



1. 2. 3. 4. 5. 6.

other all

1. 2. 3. 4. 5. 6.

*L*as de la Compañía  
De Jesús, aplicado  
Fondo F. 1. 03

*2.2.*

Sig. t.º Top.º

Est. 73

Tab. 3

Núm. 15

Aplicado al 10 Capitulo de Soria por  
el Pe. Martinez y Callebreia  
LÆVINI TORRENTII R<sup>o</sup> 654.

in  
C. SVETONII  
TRANQVILLI  
XII. Cæsares  
COMMENTARI.



ANTVERPIAE,  
Ex officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.

M. D. LXXVIII.

pel Colegio de Soria.

SUMMA PRIVILEGIÍ.

REGIAE Catholicae Maiestatis Prinilegio cautum est, ne quis  
circa Christophori Plantini voluntatem Læuini Torrentij  
in C.Suetonij xii. Cæsares Commentarios, ante an-  
nos octo à die impressionis absolute, imprimat, aut alicubi impressos  
imporiet, venalesve habeat. Qui secus facit, confiscatione librorum, &  
pœna, fisco Regio exoluenda, multabitur; ut latius in Regio diplo-  
mate expressum est. Datum Bruxellis pœnultima Iulij. 1575.

Signat.

Iac. Blynen.

LÆVINVS  
T OR R E N T I V S  
C O R N E L I O  
P R V N I O S V O.

V M adoleſcens adhuc Iuri ciuili operam darem; atque id ſtudium in primis varium eſſe ac multiplex animaduerterem; in quo nemo excelleret qui non historiæ, atque antiquitatis omnis, peritiam ſibi compa- rafſet: inter auctores qui ad hoc auxiliij aliquid adferre poſſent, non poſtremo loco habendum eſſe iudicauit, C. Suetonium Tranquillum, cuius x t i. Cæſarum vi- ta, pari ab ipſo libertate qua illi imperium gesserint de- ſcriptæ, eam habent ſtyli rationem, atque indeolem quādam, vt qui ita loquatur Iurisconsultum fuiffe ne- cesse sit. Quo factum eſt, vt ad hoc, quod dixi, ſtudium plus cetēris conferat. ſuam enim vbiq̄ue pérsonam re- tinet: neque ſola historiæ narratione, ſed verborum quoque quibus vtitur proprietate mirē & delectat & prodeſt. Itaque ab eo vſque tempore ſi quid vſpiam vel Iuris interpretū, vel aliorum ſcripta péruenti, occurrerat, quod ad historici huius explicationem fa- ceret, id in aduersariis adnotaui. Si quid præterea ob- ſcurum aut mendosum videbātur, veteres bibliothecas adiij: & Caroli Langij viri doctissimi, nupēt immatura morte defuncti, opera adiutus, codices aliquot manu exaratos cum vulgatis contuli. Sēd nihil minus cogi- tans, quām vt publicis, quod noſti, negotiis occupato tempus aliquod ſuperellet, quod concinnando operi impenderem. Intereā verò Pulmanni noſtri editio in lucem prodijt. magna quidem ipsius diligentia laudeſt: ſed cui tamen accedere aliquid poſſe ſentiebam. Cūm

A 2 igitū

4  
igitur publica legatione detentus Antverpiæ tuo ho-  
spitio vterer , habito sœpius ea de re sermone ; huc me  
adduci sum passus , vt quæ collegoram , qualiacumque  
erant , Pulmanni laboribus adiungenda transmitte-  
rem . Quod opus cùm iam mensibus aliquot , dum à  
recenti clade respirat Plantinus , apud te manserit ; nec  
minore quām me soles humanitate Suetonium exce-  
peris ; iniqui atq. ingratissimus ambo , si alterius , quām  
hospitis nostri liberalissimi , nomen editioni præfiga-  
mus . Sit ergo hæc hospitij merces , & amoris , quo te  
vnicè complector , mnemosynon sempiternum . Nec  
verò expectare quenquam velim , vt de omnibus Sue-  
tonij locis quæ dici poterant in his commentariis re-  
periatur . nam ea tantum quæ à Philippo Beroaldo , An-  
tonio Sabellico , aliisque , aut præterita aut malè expli-  
cata sunt , attingere volui . quemadmodum nec de Sue-  
tonij vita librisque mihi scribendum fuit . id enim An-  
gelus Politianus , alijque nonnulli , ante me præstitere .  
Hoc tantum addam . ipsos operum Suetonij titulos ,  
cum Iuris ciuilis atque antiquitatis Romanorum Græ-  
corumque peritissimum fuisse , testari . Nam quis alias ,  
de Regibus , de Praetoribus , virisque illustribus , de Re-  
publica Ciceronis , de Romanorum institutis , de offi-  
ciorum institutione , de signis siue notis , de anno Ro-  
mano , de vestium generibus , de spectaculis , item de  
Græcorum certaminibus seu ludis , idoneè scribat ? Hi  
enim forè sunt libri , qui à Zetze , Prisciano , Ausonio ,  
aliisque memorantur . Sed & hoc , quod de vitiis cor-  
poralibus eum scripsisse Seruius in Virgilij eclogas af-  
firmat , ad ædilitium edictum referri debere existimo :  
vti & ad sacrorum ritus , libros de ominosis verbis .  
Mirandum autem , tam multa ac varia eum commen-  
tari potuisse ; qui & in foro causas summa cum laude  
egerit , & Hadriani epistolarum magister fuerit . Vale .  
& hoc nostro munusculo fruere . Kal . Aprilis , Anno  
humanæ salutis M . D . LXXVIII .

LÆVINI TORRENTII  
IN C. SVETONII  
XII. CAESARES COMMENTARII.

IN C. IVLIVM CÆSAREM.



**A**NNVM AGENS CÆSAR XVI. I.  
Codex Vaticanus Annum agens sextū-  
decimum. Alij aliter. Que varietas,  
& quod dictio Cæsar fere abest, rece-  
ptam confirmat sententiam Suetonium  
esse acephalum.

CINNÆ IIII. COS. Libri ms. tres quater cos.  
REPVDIARET ILLAM. Vox illam abest atri-  
bus cod. recte.

AB INQVISITORIBVS, nominatim à Cornelio  
Phagita Sulla liberto. infra cap. LXXIIII. Inquisito-  
rum vocabulo eadem significatione vsus est Iuuen. Sat. 4.  
- dispersi protinus algæ Inquisitores agerent cum re-  
mige nudo.

PER VIRGINES VESTALES. Quarum sum-  
ma semper in deprecando Roma, nec apud Deos tantum,  
sed & apud homines præpotentes, gratia fuit atque auto-  
ritas. Exempla sunt apud Suer. tum hic, tum Tib. ca. II.

& Vitell. cap. XVI, plura apud alios. Vide Aug. c. c. I.  
MAMERCVM ÆMILIVM. M. Æmilium.  
Mamercum intelligit, qui A. V. C. DCLXXVI. cum  
D. Junio Bruto Consul fuit, ut Mamercus hic cognomen  
sit, quemadmodum & Mamercinus, gentis Æmilia:  
cuius etiam pranomen fuit, quod, ne quis cum Beroaldo  
erret, monitum volui.

II. M. THERMI CONTUBERNIO. Sic Sall. Bel.  
Ingr. de Metelli Numidici filio, Is eo tempore contu-  
bernio patris ibidem militabat. Sic enim libri MS. vul-  
gati in contubernio leguntur. Contubernium autem, vnu-  
de contubernales, castrense vocabulum est. Fest. de quo  
plura Vespas. c. III. Thermus quoque Minuciorum co-  
gnomen. extantq; veteres Denarij Q. THERMI M.F.



in quorum parte altera duo viri dimi-  
cantes: quos inter tertius genu flexo ab  
altero protegitur. vt, quod de ciuica  
Cæsari à M. Minucio Thermo do-  
nata hic narrat Suetonius, nummo in  
eius gratiam percuesso testatus videri  
posse. Q. Minucius M. F. IIIVIR

monetalis, aut aliis quispiam Minuciorum, fautor Cæ-  
saris.

INTRA PAUCOS RVRSVS DIES REP.  
BITH. Vaticanus, intra paucos dies rursus rep. Bith.  
ego dictionem rursus delendam censeo.

III. QUÆ PER M. LEPIDVM MOVEBATVR.  
Is anno ante Mamercum Æmilium, de quo paulo ante,  
cum Q. Catulo Consul, Sulla dictatoris tunc mortui acta  
rescindere conatus, a collega oppressus fuit. Appianus,  
Plut. Florus, & alij.

TRIUMPHALEM VIRVM. Dictio virum non  
erat in Vat. nec sanè requiritur. Accusationis autē Do-  
labella

labelle meminit Ascon. Ped. Diuinatione, & Oratione pro M. Scauro. Meminit etiam auctor libri de sui saeculi Oratoribus, sive Tacitus sive Quintilianus, his verbis, Nonodecimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem: uno & vigesimo Cæsar Dolabellam: altero & vigesimo Asinius Pollio C. Catonem: non multo ætate antecedens Caluus Vatiniū iis orationibus insecuri sunt, quas hodiéque cū admiratione legimus. *adde Quintil. lib. xii. cap. vi.* Caluus, Cæsar, Pollio, multo ante quæstoriā omnes ætatem grauissima iudicia suscepérunt.

**A POLLONIO MOLONI.** Sic libri ms. omnes, quos ego viderim. ut Molon cognomen fuerit, quo sapientia illum appellat Cicero: præsertim in Bruto, & lib. i i. Epistolarum ad Att. Quintilianus quoque lib. i i i. cap. i, & lib. x i i. cap. v i. Alij, securi Plutarchum in Cæsare, Molonis scribunt, Græco more: ut Molonis filius fuerit. quod equidem non negauerim: sed Romani suo more pronunciarunt. Discipulos habuit, præter Ciceronem & Cæsarem, T. Torquatum virum doctum, & Faonium Catonis simium: qui tamen, si Ciceroni credimus, Rhodi molis potius quam Moloni operam dedisse visus fuerit. Sunt & nummi veteres cum hac inscriptione, **L. POMPON. MOLO.**

**PHARMACVSAM INSVLAM.** Liber Tornacensis Pharmacussam, Vaticanus Pharnacusam vocat. meminit eius Plinius li. i i i. ca. x i i. vide ca. lxxixii.

**CVM UNO MEDICO.** Sic libri omnes. Sed Fr. Robortellus, Annot. lib. i, cap. x xi, Plutarchi, qui prolixè hanc historiam recenset auctoritate fretus, cum uno amico legendum putat. quam lectionem Oberto Gifanio quoque placere intelligo. nec mihi displaceat. sequitur enim nam comites seruosque ceteros. atqui inter comites amici: inter seruos cubicularij & medici ferè habebantur.

qua de re plura ad Horatium, epist. ad Celsum, comiti scribae que Neronis. neque librorum me deterret auctoritas. nam & Augusto cap. x c i , cum in re omnino simili recepta lectio habeat medici, libri omnes ms. (quod mireris) amici legunt, ut ibi dicemus . Nec dubium quin notarum similitudine hic error acciderit. nam & in vita M. Antonini apud Capitolinum tale mendum inuenias his verbis, CÆSAREM exlecto sub aure tubere septenam amisit, quem non plus quinque diebus luxit, consolatusque etiam amicos actibus publicis reddidit. Sic enim legendum, non MEDICOS. quis enim medicos cofoletur, aut qua medicorum in actibus publicis fur. Etio est?

NE DESIDER E. Eleganter hoc verbo usus est præmisso esse animo, atq; otiose agere. vnde deses, & desidia appellata est. sic enim & sedendi verbo non semel usus est Cic. vt Virg. quoq; lib. i i i. Georg. & meliora Deos sedet omnia poscens. Hinc verbum hoc etiam in luctu usitatum, de iis qui mortuis feriabantur. Tib. lib. i i i, eleg. vi i, Illius ad tumulum fugiam, supplexque sedeo. Virg. lib. i x. luco tum forte parentis Pilumni Turnus sacrata valle sedebat. neq; aliter intelligendum illud è lib. vi i. sedet æternumque sedebit Infelix Theesus. peccati enim pœnitentia lugentem describit: vt & Athamanem Plin. lib. x i i i i. cap. x i i i i. qui locus tamen fœde corruptus est. verum sic habet exemplar meū ms. Aristonidas artifex cum exprimere vellet Athamatis furorem, Learchum filium præcipitare volentis; & præcipitato illo, residentis pœnitentiam. Residere pœnitentiam dixit, vt Plaut. Capt. act. i i i, venter gutturque resident esuriales ferias, pro sedendo agunt: & Cic. i i. de Legib. denicales ferias appellat, quibus residetur mortui: quod sedendo scilicet mortuis feriarentur. quā huīus vocabuli vim non intelligens ille, quisquis fuit, Plinij

ni corruptor, nihil minus quam auctoris sententiam expressit. Porro hinc resides animos, resides viros, resides populos, Virg. ut aquam residem, Varro 111. de re rust. appellat estuaria oppositam. Addam etiam Ciceronis locum pro Sex. Roscio, non ut in vulgatis exemplaribus legitur, sed ut apud Charisium veterem Grammaticum: quod primus animaduertit Iustus Lipsius, cuius ingenium mirari soleo, lib. Var. lect. 1111. cap. vi. Cum iam proscriptionis mentio nulla fieret, cum etiam ij qui antea proscripti erant sederent, nomine refertur in tabulas Sex. Roscij. nam hic sedere, est securè agere, ac nihil metuere. cuius significationis tamen immemor Lipsius, pro sederet, redirent substituit; non recte, ut arbitror.

TRIBVNATV MILITV M. *Antiqua lectio* v.  
T R. MIL. primoribus tantum litteris. Hinc alijs Tribunatu militum, alijs Tribunatum, ego Tribunus militum lego, ut Tito cap. 1111. simile mendum animaduertimus Vespas. cap. ii. Tribunorum vero militum, ut Pedianus tradit Verr. 111. alijs Rusuli dicebantur; creabanturq; ab Imperatore in exercitu: alijs suffragiis populi designabantur Romæ in comitiis, dicti inde comitati. quae de re etiā Polybius lib. v i. Eadem autem C. Marij quæ Casaris initia. siquidem & ille, Tribunatum militarem à populo pertens, ab omnibus tribubus declaratus fuit. auctor Sallustius, & idem de M. Catone Plut. tradidit. De Valerio Coruino ex antiquo scriptore Gellius lib. ix. cap. x.

AUCTORES REST. TRIB. POT. Auctores vel precipui fuere C. Cotta, M. Crassus, & Cn. Pompeius. quae de re Plutarch. App. ipse Cic. lib. 111. de Legibus. Turnebus tamen, libro Aduers. xxiiii. cap. xiiii. actores legit. quod & ego repperi in duobus ms. sed non placet. quis enim sic Latinè loquitur?

ROG. PLOTIA CONFECIT. Liber unus fecit.

45 Orationis

Orationis verò, qua C. Cæsar legem Plautiam suasit, meminit Gell. XIII, cap. III.

**VI.** E MORE PRO ROSTRIS. Liber optimus ex more. Et pro rostris quidem laudare defunctos mos erat. sed, si Plutarcho credimus, è feminis veteres tantum matrone, qualis Julia C. Cæsaris amita C. Marij uxori, vita funesta laudabantur: non iuniores etiam, qualis hac Cornelia. vide Plutarch. Camillo.

MARCII REGES. Rex gentis Marcia cognomen, scribendum ergo R. maiuscule.

QVORVM IPSI IN POT. Cæsaris sententiam, egregie expressit Horatius, lib. III, od. I, Regum timendorum in proprios greges, Reges in ipsos imperium est Louis.

Q. POMPEII FILIAM. Eius, fortasse, Pompeij qui cum Sulla consul fuit, An. V. C. DCLXV. Consulatum unā gestum, & affinitatem quoq; declarare videntur denarij antiqui, qualēm & ego seruo. ab utraque enim parte effigies utriusque ad viuum: in altera ascriptum SVLLA COS. altera vero Q. POM. RVF. RVFVS COS. Linij tamen epitome lib. LXXVII. non Consulem ipsum Q. Pompeium, sed Consulis filium Sulla generum facit.



A. P. CLODIO. Infra cap. LXXIII. historia omnibus nota. Adulteratam autem dixit pro stupratam, ut

ut cap. XLVII. & adulterare pro stuprare, Aug. cap. LXVII. Veteres absolute usi sunt. ut apud Gellium x. cap. XXIII, illa te, si adulterares, digito non auderet contingere.

MANDATO PRÆTORIS. Sic Carolus Sigenius, vii.  
cūm alij ex P.R. populi Romani facerent. Et fieri quidem  
poterat ut quaestori aliquid populus mandaret: verum,  
cūm Velleius sub Antistio Vetere quaestorem eum fuisse  
scribat, & Plutarchus similiter cognomen prætoris quan-  
quam corruptè baitæg vocans exprimat, Sig. sequor.

HERCULIS TEMPLVM. Erat id & conditoribus  
& ætate, & religione, & opibus illustre, ut tradit Mela  
lib. III; multaq; in eo veterum Gracorum monumenta, si  
Philostrato in vita Apollonij credimus lib. v. Hinc ergo  
& Alexandri ibidem sine imago sine statua. nam Annibalem  
quog; refert Linius, Gades profectum, solutis Her-  
culi votis, noua insuper vovisse, si cetera prospere evenis-  
sent. lib. XXI.

EA ÆTATE. Anno xxxiiij. Testis præter alios Ci-  
cero Phil. v, his verbis, Quid Macedo Alexander, cūm  
ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nōnne  
tertio & trigesimo anno mortem obiit, quæ est ætas no-  
stris legibus x annis minor quam consulatis? Mi-  
randum autem Cesarem, natura acerrimum & ambitio-  
fissimum, ad quaesturam, qui primus erat honorum gradus,  
& quem Gracchi ambo ann. XXVII, ipse Cato Uticensis  
XXIX, Cicero XXXI gessere, tam sero peruenisse. Sed  
credendum est eum, declinande inuidie causa, ut Rhodū  
iuisse, sic etiam abstinuisse a petitione magistraturū. quod  
ideo dictum volui, ne quis hinc cum Paulo Manutio  
viro doctissimo, libro de legibus Romanis, existimet que-  
storiā non fuisse ætatem, ut consularem & prætoriam.  
fuisse enim aperie probat Tranquillus noster initio lib. 4.

*Germanicum quinquennio antequam per leges licet  
questorem factum esse commemorans, & Quintil. hic  
verbis que adscriptis supra cap. IIII.*

IN VRBE ETIAM. Imo si Dionis credimus, somnium illud Gadibus questor vidit. à quo quamquam in eo dissentit Plutarch. quod illa nocte que Rubiconis transitum antecessit visum narrat, relinquitur tamen extra urbem evenisse. quin & postea, cum denicto Afranio Gades iussit, Gaditanos ciuitate Romana donauit, memor somni quod questori illic ante contigerat. Dio lib. X L I. Scribo igitur, ut in duobus vetustis codicibus, occasiones in urbe. Etiam confusum. sensus enim, eodem eum tempore & somnio & Alexandri exemplo monitum, petita missione, ad urbem properasse.

VIII. COLONIAS LATINAS. Coloniis, vel pro ciuium meritis, vel pro S. P. Q. R. liberalitate, alia aliis iura dabantur. summum beneficium erat ciuitas Romana, secundo loco Latinitas, tertio ius Italicum censebatur. ut nimis & liberti nunc ciues Romani, nunc Latini, nunc dediti ius dicebantur. De Coloniis, Augusto cap. XLVII: de libertis eode Aug. cap. XL, & Claudio cap. XIX, non nihil annotauimus. Atque hinc bellum Sociale exortum, quod M. Linius Drusus Tr. pl. promissam Latinis ciuitatem prestare non potuit, A. V. DC LXII. Quod autem de conscriptis in Ciliciam legionibus addit Suet. argumento est Cesarem à questura tunc rediisse cum bello Piratico aduersus Cilicas itum est, A. V. DC XXXCIII.

IX. P. SVLLA ET P. AVTRONIO. P. Cornelius Sulla & P. Autronius Patrus, coess. designati, damnataque de ambitu, non inierunt magistratum. Non male igitur Pulmannus. quia tamen libri omnes Lucium vocant, non P. Autronium: Suetoni equidem errorem fateri esset satius quam in tanto librorum consensu quicquam immunitare.

*tere. Vide Fastos A. V. DCXXCVIII. Suetonium fortassis fecellit, quod in Fastis An. V. DCXXVII, L. Autronij qui ex Africa triumphauit, nomen legerat.*

TANVSIVS GEMINV S. Libri veteres Tamisius, unus etiam pranomē addit L. Annales Tannusij commemorat Seneca epist. xc iiii, Vitam hominis sapiētis breuem, libro qui paucorum versuum sit sed laudandus atque utilis comparans: longam verò hominis insipientis, Tannusij annalibus, prolixis nimirum sed insulsis, qui idcirco hominum elegantiorum ioco (ut & Volusii annales apud Catullum) cacata charta vocabantur. Verba Seneca in lib. m. s. qui Leodijs seruatur ad Diui Iacobi sic habent, & paucorum versuum liber est, & quidem laudandus atque utilis. Annales Tannusij scis quām non decorosi sint, & quid vocentur. hæc est vita quotundam longa, & quod Tannusij sequitur annales. subtitet Catulli verba cacata charta.

CICERO IN QVADAM AD AXIUM EP. Vulgati codices ad Atticum legunt. Et fieri quidem potuit ut id ad Atticum potius, quam quemvis alium, Cicero scripserit: sed cum libri omnes m. s. vel Auxium habeant, vel Axium, atque Axij tunc celebris & Varro & Cicero meminerint, nec sit verisimile librarios in Attici nomine erratuos, non dubitani quin, Turnebum auctorem secutus, Axium & ipse reciperem, aut Axium potius sic enim in veteri nummo l. AXSIUS NASO.

DIEM CÆDI DEST. NON OBIISSE. Liber optimus adisse: alter quoque minimè malus diem cædi non adisse, sine verbo destinatum, quod monuisse satis est. malim tamen diem cædis. ut obire diem auctionis, obire diem editi, apud Cic.

M. ACTORIUS NASO. Sic lib. omnes, vel Actorius. Naso autem, vt in nummo veteri Axiorum, sic

A 5 apud

*apud Cic. ep. fam. Oraciliorum quoq<sub>3</sub>, & ad Q. fratre  
Octauiorum cognomē est. De Actoriis nihil nunc occurrit.*

CVM C. N. PISONE. *Historia ex Sallustij Catili-  
na omnibus obvia. adde Cic. pro P. Sulla, & Pedianum  
Orat. in Toga Candida. Quanquam autem Pisone's con-  
iuratio in eundem annum incidit cum ea de qua paulo  
ante, ob Crassi tamen & Sulla pœnitentiam, perseverante  
cum Autronio Pisone, diversa videri poterant. quod Sue-  
tonius indicat.*

PER LAMBRANOS. *Libri plures Ambranos,  
aut Ambrones. Et Ambrones quidem Galliae populi: quo-  
rum nomen, si Festo credimus, etiam in proverbiū abiit.  
De Ambranis vero nihil memini me legisse. Plinius enim  
locus quem Beroaldus citat, de Ambianis, non de Am-  
branis loquitur. & alioqui remotores iij erant quam ut  
coniurationi huic seruire possent. quare nihil muto, ut  
Lambri accolas intelligamus. Nam & hi trans Padum  
sunt sollicitati, ut credo, à Cesare ab Hispania redeunte,  
ut cap. proximo: & ab eodem adiuti, cū Cn. Pisone,  
reputundarum iudicio, ob Transpadani cuiusdam suppli-  
cium iniustum, impugnauit. meminit eius Sall. Catilina.*

x. PARS APPARATVS. *Sensus est, id quod forum  
& comitium non ceperat, Cesarem in porticūs ad id ex-  
structis populo proposuisse.*

SEPARATIM. *Nempe munere patris funebri, cum  
omni apparatu arena argenteo usus est. feræq<sub>3</sub> argenteis  
vasis incessere tunc primum visæ. Sic Plin. lib. xxxiiii.  
c. iii. in Cesaris adilitate id factum memorans. vasa au-  
tem accipio que irritandis bestiis prouoluebantur.*

TANTVM CASTORIS. *Sic Linius lib. ii, Casto-  
ris èdes eodem anno Idibus Quintilibus dedicata est.  
Idem alibi templum vocat, ut nunc adem, nunc templum  
Castoris, interdum vero Castoris & Pollucis etiam Cicero:  
Plin.*

Plin. lib. x. cap. XLIII, & l. XXXIV. cap. vi. adem  
Castorum: Pollucis verò & Castoris Sueton. Tib. cap. xx.  
De vulgi ergo appellatione hic accipiendum est, quod Bi-  
buli verbis narrat Sueton. Auctores verò non uno semper  
more loquuntur.

HABERE ROMÆ. Exemplar Tornacense non ha-  
bet dictionem Romæ. quam tamen seruo. non enim idem.  
alibi quod Roma periculum suberat.

REGEM SVVM. Fuit is Ptolemaeus Cleopatra pa- xi.  
ter, multis tandem post annis, annitente Pompeio, à Ga-  
binio contra auctoritatem pop. Rom. ac Senatus in regnum  
restitutus. qua de re plenissimè inter alios Dio, lib. XXXIX.

TROPHÆA C. MARII. Ea iure neq; Sulla dei-  
cere potuit, cùm semel dedicata moueri nefas esset: neque  
Cæsar restituere, nam ne vetustate quidem consumptare-  
fiebantur. Plut. probl. XXXVI, & Dio lib. LII, de  
Pharnace iam deuicto loquens iis verbis, Cum eo in lo-  
co trophyum Mithridates de Triario statuisset, quia id  
consecratum belli Dei euertere fas non erat, Cæsar de  
Pharnace suum opposuit: atque ita Mithridatis obscu-  
ravit. Memorabile autem ob id Cæsar's facinus tunc Ca-  
tuli dictū fuit, eum iam non cuniculis, sed machinis Rem-  
pub. oppugnare. auctor Plut.

IN EXERCENDA DE SICARIIS QVÆ-  
STIONE. id uti de pratore dictum intelligo. Prætores e-  
nim indicia exercebant. Suetonius, hac & qua proximo  
capite sequuntur, vt ex eodem fonte Mariana scilicet  
factionis studio manantia, simul coniungit: non quod eo-  
dem tempore contigerint.

OB RELATA CIV. ROM. CAPITA. In uno  
cod. era fuit dictio relata. & sanè qui occidendi hominis  
causa pecuniam acceperit, vt qui telum gestet aut vene-  
num coparet, etiamsi non occiderit, lege Cornelia tenetur.

in eo autem arguitur Cæsar quod, alta Sulla SC. confirmata, hunc in modum rescindendo, remp. turbauerit: non quin illi sicary fuerint, siue occiderint siue non, cum pecuniam eos ob id accepisse constaret.

**XII.** QVI C. RABIRIO. Is T. Labienus fuit, Cicero & Hortensio reum defendantibus, extat Ciceronis oratio. & rem omnem eleganter narrat Dio, lib. xxxvii.

QVO PRÆCIPVE ADIVTORE. Duo cod. auctore. Verum auctor ipse Senatus fuit, & vniuersa nobilitas: adiutor Rabirius, cuius etiam manu occisus ferebatur Saturninus Tr. pl. quem, ut sacrosanctum, violare nefas erat. ideo perduellionis causam dixit Rabirius. quo criminе tenetur, ut inquit Ulpianus, is qui hostili animo aduersus rempub. aut principem quid fecerit. l. vlt. ad leg. ful. maiestatis. ut fortassis actore legendum sit.

ALIQVOT ANTE ANNOS. annos xxxvi Dio enumerat. Cicero in Pisonem xl, iis verbis, Ego in C. Rabirio, perduellionis reo, xl annis ante me c o s. interpositam Senatus auctoritatem sustinui cōtra Inuidiam, atque defendi. Dionis enumeratio Fastis consentit: Cicero cum parum abesset, cause seruiens & rem extollens, xl annorum, cuius temporis longissima præscriptio est, numerum adimplenit.

SORTE IVDEX IN REVVM DVCIVS. Prætor quæstionibus & publicis iudiciis præerat, indicesq; cogebat ac sortiebatur. Rabiry ergo iudicium Cæsaris præturam antecessit. neque enim iudex duci sorte, & esse prætor potuit. Catilina vero coniuratio extremo Ciceronis consulatu detecta fuit. & tunc quidem prætor declaratus erat Cæsar: sed nondum inierat magistratum, vt cap. xv.

**XIII.** PROVINCIÆ SPE. Redit ad id quod ante de Aegypto dixit.

MATRI OSCVLANTI. Tib. cap. xxxiiii. Quotidiana

tidiana oscula prohibuit edicto.

DVOS COMPETITORES. *Q. Lutatium Catulum, & P. Seruiliū Isauricum Plut.* Dio plures adhuc alios petinisse refert.

ÆTATE AC DIGNITATE. *Melius quatuor libri ms. & ætate & dignitate.* Cicero in Verr. P. Seruilius & *Q. Catulus* tantis rebus gestis sunt, ut in clarissimorum hominum numero reponantur. *De Catulo*, quod *huc proprius spectat*, sic etiā Sall. Ex petitione Pontificatus odio incensus, quod extrema ætate, maximis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare vicitus discesserat. *Catuli*, vt videtur, verbis adolescentulum vocans eum qui mox prætor factus est. & alioquin vetusta consuetudine Romani ad annum **X L VI.** Iuniores: supraq; eum annum Seniores appellabantur. Gellius x. cap. XXVIII.

CICERONIS CONSULIS FRATRE. Liber optimus Cicerone consulis fratre. *Quod sanè elegantius est.* XIIII.

VT SEDENTE M. Plutarchus egredienti iam curia hanc vim factam dicit, Curione obiecta toga eum protegente.

IN RELIQVM ANNI TEMPVS. Hec extremo Ciceronis anno acta fuere. Cæsar sequentibus Consulibus præturam gessit.

DE REFECTIONE CAPIT. De ædificatione Capitoli, & varia eius fortuna Plut. in vita Poplicola & Tacitus lib. III. histor. quod vero proprius ad hunc locū spectat, auctor est Dio lib. X L III. inter alios decretos Cæsari post victoriam honores, hunc quoque additum ut nomen ipsius deleto Catuli nomine Capitolio inscriberetur, perinde scilicet ne si ipse id perfecisset, de cuius perfectione Catulum ad disquisitionem populi vocauerat, verum id secutum non fuisse Tacitus quo supra citamus loco ostendit. adde si placet Val. Max. lib. VI. cap. IX. XV.

**C O N S U L V M O F F I C I O.** Consulum officium vocat, quod Consulibus quo die inibant magistratum ab amicis praestabatur. notandumq; ex hoc loco primum præturae Cesaris diem eundem fuisse quo etiam noui coss. deducebantur, kal. Ian.

**F R E Q U E N T E S O B S T I N A T O S Q V E.** Liber opt. qui fuit olim f. Baptiste Paneti Ferrarensis, frequentes destinatos, sine coniunctionis particula. quam lectio nem veram puto. Cat. Epigr. At tu Catulle destinatus obdura. pro certus obsfirmatusq;

**XVI. CÆCILIO METELLO TR. PL.** Is etiam Ne potis cognomen, quod Valerio teste à moribus ductum est, habuit homo leuissimus. de cuius seditione tribunatu prolixè Plut. Catone Uticensi, & Dio lib. xxxvii. infra cap. LV.

**O B E V N D E M C O E T V M.** Peculiare apud antecedentes de seditione verbum. Sic infra cap. xli. ac ne qui noui cœtus. Liu. Cœtus nocturni plebis suspecti patribus. Sen. III. declam. Qui cœtum fecerit capitale sit. Marcianus I.C.L. V. ad leg. Julianam de vi publica. Qui cœtu, concursu, turba, seditione, incendium fecerit.

**XVII. I N T E R S O C. C A T. N O M I N A T V S.** Sic Cal. cap. xxvi. Quæstorem suum, in coniuratione nominatum, flagellavit. f. Consulti nostri, ubi de criminibus agitur, nominatos dicunt eos qui rei facti postulatique sunt. L. I. de questionibus. L. VI. de interdictis & releg. L. II. de bonis eorum qui sib. mor. consc. eadem scilicet ratione qua appellare interdum pro accusare, sen in iudicium vocare, accipitur.

**A P V D N O V I V M Q VÆSTOREM.** Turnebus, lib. II. Aduers. cap. xxvii. quæstorem accipit pro eo qui iudicium publicum exercet, & quæstor sapius dicitur. verum, cum de indicio tantum hic agatur, ego huic Nonio

tunc

tunc quæstori urbano à Senatu extra ordinem mandatum  
puto, ut Vettium indicium profitentem audiret. Nam a-  
lioqui, si lege questio Nōnius præerat, prætorem fuisse  
necessæ est. prætor enim, ut suprà monuimus, iudicia exer-  
cebat, & tum quæstor dicebatur. prætorem autem nō fuisse  
Nōniū ostendit id quod sequitur, ideo videlicet con-  
iectum fuisse in carcerem quod compellari apud se maio-  
rem potest atem passus esset, prætorem scilicet Cesarem  
ipse quæstor tantum. Qua de re Gellius lib. xiii. cap. xii.  
& sequenti. Liber vnus habet Nonius, ut in veteri nu-  
mismate sex. NONIUS SVFENAS, & Suetonius  
Aug. cap. xliii. Nonius Asprenas. Sed & Nōniū Ro-  
mani sunt. Horat. lib. i. Sat. vi. At Nōnius collega  
gradu post me sedet vno. quo tamen sermone etiam No-  
nius commemorat.

A L. VETTIO INDICE. Rectè sic Pulmannus,  
cùm antea Vectio legeretur. Dio & App. nomē seruant,  
& exemplar unum ex nostris Vetio habet. Vettius ergo,  
vnde cognomen Vettienus, scribendum est, etiam apud  
Cicerone; maximè ad Att. lib. ii. epist. penult. & oratio-  
ne in Vatinii. Extant, præter lapides, etiam nummi vete-  
res: in quibus cùm T. VETTIUS IVDEX legamus;  
quidam vir doctus hoc loco non Vettio indice sed Iudice,  
ut cognomen sit, scribi voluit. à quo dissentio. non quin In-  
dex cognomen ei fuerit, quamquam Salassus quoque vo-  
cari potuit, ut ille Vettius de quo Valerius lib. ix. cap. xi.  
sed neque Suetonius tot nominibus uti consuevit, & indi-  
cem vocat ipse Cicero ad Att. Vettius ille ille noster in-  
dex. Justo autē Lipsio libentius assentior, qui hunc ipsum  
Vettium proscindi putat à Catullo nobili illo epigramma-  
te. In te si in quemquam dici pote putide Vetti. De Q.  
Curio autem altero indice idem Cicero non vno in loco, &  
Sallust. Catil. & Plut. Cicerone.

PIGNORIBVS CAPTIS ET DIREPTA  
SVPELL. Id ita intelligo, vt cùm multæ nomine ob fal-  
sum indicium pignora caperentur, in turba, quemadmo-  
dum fieri consueuit, supellex tota direpta sit. Coercitionis  
enim genus erat pignoris capio, Gell. lib. vii. cap. x. qua  
Senatores etiam in Senatum venire, & rogati sententiam  
dicere cogebantur. Cic. Phil. iii. aut aliam quoque ob cau-  
sam coercebantur. Sic enim & lib. iii. de Oratore, Cras-  
sum in Senatu Philippus consul se lacessem pignoribus  
captis instituit coercere. Dio Vettium hūc equitem facit.

MALE MVLATVM. Sunt qui malè mulcatum  
legant. Et mulcare quidem elegans & antiquum verbum  
est; verū hoc loco multatum magis placet: loquitur enim de  
multa Vettio illata, & quidem minus duriter. Alioqui  
mulcatum mallem ut in Terentij Ennucio malè mulca-  
bo ipsam. & iterum in Adelphis. neque id vno Ciceronis  
loco & P. Victorius annotavit, & ego quoque ex vetustis  
cod. deprehendi.

EODEM NOVIVM. Codex Ferrarensis eodem  
modo. ut multatum quoque intelligas.

VIII. PROVINCIÆ ORDINARENTVR. Facta  
provinciarum sortitione, antequam proficiscerentur qui  
sortiti fuerant, solebat Senatus pro cuiusque provinciæ ra-  
tione modum formamq; prescribere qua administraren-  
tur: solebat etiam ea decernere quæ proficiscentibus neces-  
saria videbantur. ea cùm fierent, ornari (verbo ab anti-  
quis sepe ad id usurpato) provinciæ, ornari etiam prætores  
ipsi proconsulesq; dicebantur, minus futuri graues, si sum-  
ptu publico mitterentur. Cic. lib. ii. ad Q. fratrem, re-  
ferebatur de provinciis quæstorum, & de ornandis præ-  
toribus. Idem ad Atticum lib. iii. epist. xxiiii. Cùm  
scripsissetis consulares provincias ornatas esse: & paulo  
post, de consulibus ornandis: & pro lege Manilia, orna-  
tae pro-

tæ prouinciæ lege cui iata. Iterum II. in Rullum, loquens de xviris quos Rullus agris diuidundis instituere volebat, ornat eos apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, architectis, præterea mulis, tabernaculis, canteriis, suppellectili sumptum haurit ex ærario. Suetonius ergo, nisi mendum subest, ordinare dixit prouinciam, pro ornare, non impropriè quidem: ut ordinare littem, causam, iudicium, testamentum, codicillum, apud I. C<sup>o</sup>. aliosque auctores passim reperias; ordinare etiam res publicas apud Horat. lib. II. ode I. sed veteres, ut antè dixi, ornandi vocabulo utebantur. Nam ordinare non tam instruere est, quam componere atque dirigere. quo sensu ordinare prouinciā dixit Suetonius Galba, cap. VII. ordinare arbusta Horat. lib. III. od. I. vide Aug. cap. XXXVI. & Tito cap. IX.

EDITIS IAM COMITIIS. *Quid hic sit edere comitia non equidem intelligo. Codex Louaniensis habet edictis quod sequor. sic Senatus edictus cap. LXXX. ipse Cic. ad Q. fratrem lib. II. Comitia sine mora futura videtur, edicta sunt ad XI. kal. Febr. edicere diem, edicere institutum.*

NISI PRIVATUS INTROISSET VRBEM. Oportebat, inquit Plut. triumphum petentes extra urbem manere: consulatum vero presentes petere.

CONSVLATVS COMP. *Dicitio consulatus non est in lib. uno ms. apposita hand dubiè ab eo qui Suetoniu*xix.* in capita dini sit.*

CONSVL CREATVS EST. *Tres libri creatur: unus creatus sine est.*

OPERA OPTIMATIBVS DATA. *Duo libri ab Opt. non placet peculiare enim est Suetonio ut hæc sine propositione enunciet: vt supra cap. XVI. administratione recip. summouerentur. & infra cap. XX. maioribus con-*

seruatum seu consecratū, pro à maioribus: & saepe alibi.

SILVÆ CALLES QVE. Rectè Turnebus de administratione callium siluarumqz, quæ futuris coss. per Senatum decreta erat, hunc locum intelligit. ad huiusmodi enim prouincias cùm nullis opus esset copiis, minus erat à Cæsare metuendum. sic aquaria, sic Ostiensis prouincia, Orat. in Vatin. & pro Murena: questor quoque Ostiensis, Orat. pro Sextio. Sed & Varro lib. II. de rustica cap. x. Neque senes neque pueri callium difficultatem ac montium arduitatem atque asperitatem facile ferunt, quod patiendum illis qui greges sequuntur, præsertim armentitos ac caprinos, quibus rupes ac siluae ad pabulandum cordi. Malè igitur qui collum ibi, pro callium legunt. nam & Isidorus lib. xv. cap. xvi. Callis, inquit, est iter pecudum inter montes, angustum & tritum: à callo pedum vocatum, siue callo pecudū perduratum. Adde locum Suet. Claud. cap. XXIII. quem restituimus.

OFFENSVM PATRIBVS. Aut hic quogz, deest prepositio à, ut proximo cap. aut offensum pro iratum dixit. quod verius est. ut Tib. cap. XIII. Is fortè tūc M. Lollio offensior. & Ner. c. i. Pontificibus offensior. Cic. pro Cnentio, quem sibi offensiorem sciebat: & saepe alibi.

CVNCTATIVS. Optimi quique libri contatius: alijs cunctatius.

XX. PVBLCARENTVR. Id Augustus postea vetuit, inf. cap. XXXVI. ne publicarentur scilicet: non etiam ne conferentur. hinc toties mētio actorum Senatus. quin & certum erat quorundam officiū curādi acta Senatus Spartia. Hadr. Post quæsturam acta Senatus curauit.

QVO MENSE FASCES. Vide Gellii lib. II. c. XV.

PER EDICTA OB NVNCIARET. Hac illa Bibuli edicta, de quibus suprà cap. IX. infra cap. XLIX. Cicero ad Att. lib. II. ep. XXI. & alibi saepe. Auctore etiam est Dia

Dio Bibulum, vi pulsus ab administratione reipub. ferias edixisse in reliquam anni partem, quibus nempe nihil agere de repub. liceret: ac quotiescumque aliquid moliretur Cæsar, obnunciasse per lictorem esse ferias. Vide Dion. initio lib. XXXVIII.

TESTANDI GRATIA SIGNARENT. Ex hoc Suetonij loco colligimus eos qui testimonium dicebant, testationem illam, ut Quinctilianus, seu testificationem, ut Cicero loquitur, scripto redactam cum signarent, annū etiam diemq; sua manu apponere solere.

BIS EVNDEM PROPONENTES NOMINE ATQVE COGNOMINE. Hac verba damnare quidem nolui, sed non difficulter quis mihi persuaserit adulterina esse.

NON BIBVLO QVICQVAM. Codex Ferrar. quiddam, hand dubiè melius.

CAMPVM STELLATEM MAIORIBVS CONSECRATVM. Id est maiorum opinione facrum. sic enim Turnebus exponit lib. Aduers. III. cap. XXII. addens ignoratum id a Cicerone (qui alioqui Orationibus suis contra Rullum non siluisse) Suetonium è reconditis annalibus eruuisse. Ego non facile crediderim Tranquillum nostrum sciuisse aliquid quod Ciceronem fugerit, ea præsertim de re quam summus ille orator & in Senatu & apud populum tractandam sumpserit. quare vel consuetum legendum est: vel dicendum potius id quod de eius agri consecratione scripsisse potuit Cicero, cùm multa in orationibus illis desiderentur, nobis periisse. Legem sane à L. Papirio Trib. pl. in Oratione pro domo latam commorat, que vetabat iniussu plebis adem terram agros consecrare. Porro ut hic cāpum Stellatem, sic campum Martium exactis Tarquinis, & deletæ olim Carthaginis solum apud alios consecratum legimus. Notandum autem

est & Suet. & Lin. & sapissime Ciceronem, tanquam peculiari nomine, Campum Stellatem vocare certam agri Campani partem: vti & Silius Italicus lib. ix. Stellatisque docent campos cum tamen campus, si quis reclè auctores obseruet, maius aliquod spatum comprehendat; ut ager potius pars campi sit: sic enim Virgil. libro iii. Georg. Si pinguis agros metabere campi. Sed hoc verum est, cum agrum pro ruris certa parte quam quis colat accipimus: non cum cuiusq; oppidi fines ac territorium significat. Cicero sane ii. in Rullum agri nomen utrique accommodat, cum inquit, Ager Campanus ac Stellatis.

**E X T R A   S O R T E M   A G   X X .   M I L L I B V S   C I V I V M .** Sic omnes libri, uno dempto, in quo abest particula ac. quam lecturam recipio. Viginti enim hominum millia, si Appiano credimus, conuenerant, tribus pluribusue liberis alimenta poscentium. Inter eos ergo agri diuisi sunt. At qui si coniunctionem retinemus, sensus erit, etiam aliis extra sortem partes aliquas attributas fuisse. extra sortem vero sic intelligo, vt, non sorte ducta, sed xx. virorum arbitrio, diuisio fieret.

**L I C I T A R E N T Y R .** Libri duo licerentur. Paulus I.C. l. ix. de public. & vectig. Locatio vectigalium quæ calor licitantis ultra modum solitæ conductionis inflauit. Idem l. xxix. fam. ercise. Si obiiciatur creditori quod animosè licitus est.

**M. C A T O N E M .** Vide Gellium lib. iiii. cap. x. Nobilis autem tunc illa audita M. Petrey, Catonem è curia in carcerem sequentis, vox obiurgatus enim à Cesare quod nondum dimisso Senatu, discederet; mallem, inquit, cum Catone esse in carcere, quam hic cum Cesare. Dio initio lib. xxxviii. ubi plenissimè de hac lege Agraria.

**A C C I D E R E T.** *Liber Ferrariensis accederet. & mox pro eodem die, eo denique die. Nota historia ex Oratione pro domo. adde Dionem. transduxit etiam pro traduxit, habent duo optimi codices.*

**I N D U C T U M P R A E M I I S.** *Indicem hunc L. Vettium vocant Dio & Appianus: Interpretes Veltium, male: quod suprà monuimus. Quamquam dubitari posset an idem iste Vettius fuerit, qui & coniurationis Catilinae index. neque enim Cæsar homini à se male multato tantam rem credidisset: & illum priorem equitem alicubi vocat Dio; hunc vero plebeium Appianus. vt tamen eundem credam non solum nominis ratio me inducit, sed & Ciceronis ad Atticum verba lib. 11. ep. XXIIII. Vettius ille, ille noster index: id est, quo anteavisi sumus. Poterat autem homo sceleratus hoc officio placare Cæsarem. Greci non satis consentiunt hic cum Suetonio. Vide Orat. in VATINUM.*

**S E D V N O A T Q V E A L T E R O.** *Mallem abesse dictiōnē Sed: turbat enim sensum orationis, alias ob tot periodos satis difficilem.*

**S E R V I L I O CÆPIONE.** *Cui Pompeij filiam spopondit, pactam antea Fausto Sulla filio: ne quicquam vociferante Catone nuptiarum lenociniis prodi remp. Vide Plutar. si lubet, & Dionem, & mox c. XXVII.*

**P R I M U M R O G A R E S E N T.** *Vide Gellium lib. IIII. cap. x. & lib. XIUII. cap. VII. infr. Aug. cap. XXXV. in fine.*

**L E G E V A T I N I A.** *Extra sortem scilicet & sine decreto Senatus. Idq; contra legem Semproniam de provinciis; qua inter alia cauebatur ut quotannis provincia decernerentur. Cicero. ad Lentulum epist. VII.*

& Orat. pro Balbo : pro domo sua : & de prouinciis Consul.

VLLI FEMINÆ FORE. Cæsare iactante insultaturū se omnium capitibus, alter, quisquis ille fuit, ad obscenum sensum trahens, negabat facile hoc vlli feminæ fore, impudicitiam ei exprobrans, ob ea que de Nicomedē vulgo ferebantur: at Cæsar, de imperio se locutum ostendens, Semiramidis & Amazonum exemplo eum refellit. Inf. T. ib. cap. XLV. feminarum & quidem illustriū capitibus quantopere solitus sit illudere, que loquendi ratio me adducit, vt obsceni aliquid subesse putem. offensi enim iis quos contemnabant, cōtumelie causa, tale aliquid minabantur. vt Catullus non semel Epigram. neque aliter intelligi poterit Senece locus, de fædissimo Man. Scauri connicio lib. de benef. I I I I . cap. XXXI.

IN ASSYRIA. Vaticanus & Tornacensis, in Suria.

XXIII.

C. MEMMIO L. QVE DOM. PRÆT. De Domitio sic Suetonius Ner. cap. II. Prætor Cæsarem abeuntem consulatu, quem aduersus leges auspiciaq; gessisse existimabatur, ad disquisitionem Senatus vocauit. Ad disquisitionem Senatus dixit, vt supra cap. XV. ad disquisitionem populi: hic cognitionem vocat. de C. Memmio inf. cap. XLIX. & LXXXI I.

IN PRÆIVDICIVM. Questore enim damnato, de Cæsare idc sperari poterat, ob parem utriusq; causam, praividicium enim vocabant, quod veluti exemplum esset, ad quod causa subsequens decideretur.

ALIQVOT CRIMINIBVS ARREPTVS. Tornac. aliquot de criminibus. Sic Cicero pro Cœlentio, arrepti subito ad quæstionem : & pro Milone, arreptus in quæstionem. Verbum elegans & quod auiditatem accusatoris exprimit.

IN

IN MAGNO NEGOTIO HABVIT OBLIGARE. *Pro magnum negotium habuit in obligandis: vt negotium habere in re aliqua. Cic. fam. lib. v. ep. xiiii.* nisi in magno negotio habere interpretetur, magni negotij loco habere; *vt Virgil. v. Aeneid. in magno munere Cisseus ferre sui dederat monumentum & pignus amoris.*

E COMPETITORIBVS. Libri ms. quatuor petitoribus habent. *Horatius lib. iiii. Ode 1.* Hic generosior descendat in campum petitor, Moribus hic meliorque fama. *I.C<sup>o</sup>.* & Ciceroni petitor actorem significat, & opponitur reo. at veteres pro candidatis usos fuisse Scipionis æmiliani apud Macrobius verba ostendunt: Ductus sum in ludum saltatoriū. plus Medius fidius in eo ludo vidi pueris, virginibusq; quingentis. In his vñū, quo me maximè reip. misertum est puerum bullatum petitoris filium, *id est, Candidati, ut exponit ipse Macrobius lib. iiii. Sat. c.xiiii.*

QVI SIBI PEPIGISSENT. *Vat. & Torn.* receperissent. rectè verbum elegans, & quod plus quam promittere significet aut spondere. exempla apud Cic. passim obvia. *Dictio autem sibi Cesarem notat; ut Cic. id tu mihi recepisti.*

SYNGRAPHAM. *Torn.* syngraphum, *vt chirographum sup. cap. xvii. Cicero semper syngrapham vocat.*

VRBEM PROV. SVÆ LVCAM. Ergo Lucam *xxiiii.* Gallie Cisalpina attribuit Suetonius: Plinius Etruria. Vide Strabonem.

PERFECIT QVE VTRVM QVE ET VT IN QVINO. *Cum animaduertissem verba illa non suo loco esse posita, exemplar Vaticanum postea me confirmavit. quod ita habet, vt detrud. D O M. causa cons. alt. pet. & vt in quinquennium imper. propagaretur, perfecit que*

*vtrum-*

vtrumque. Que verborum transpositio si cui forte minus placet, is sic legat: Perfecitque virumque: etiam ut in quinq. Sicut autem antea lege Vatinia tribunitia, sic deinde lege Trebonia Gallia Cæsari in alterum quinquenium confirmata, Pompeio & Crasso iterum coss. A. U. D. C. XC VIII. repulsam tunc ferente Domitio.

ALIAS PUBLICO. He dictiones absunt à Vaticanō, & recte, mea quidem sententia. Cic. ad Lentulum epist. vii. Stipendium Cæsari decretum, & ne lege Sempronia succederetur facile perficitum est. de secundo autem quinquenio loquitur, & stipendium pro legionibus ante acceptis intelligo. nam si noua concessa fuissent, Cicero id non tachisset.

VOCABULO QVOQUE GALLICO ALAVDA. Plin. lib. xi. cap. xxxvii. aniculam Alaudam legioni quoque nomen Gallicum dedisse scribit, non recte. si enim nomen anicule legioni datum, quomodo Gallicum? nam & ante Cæarem id apud Romanos, ut puto, an nomen fuit. Ioannes Goropius Becanus, in libris Originum, legionem ab eo Gallicè vocatam existimat, quod tota constaret ex veteranis militibus. qua sane etymologia à peritis nostri idiomatici probabitur: tanto magis quod milites ipsos, postea cimitate donatos, Cicero in Philippi c. 5 non semel Alandas vocat.

AC NON NULLI. Ipse Cato, auctor Plut. Ac vero particula abest à Cod. Ferrarensi.

XXV. A SALTU PYRENÆO. Sic Cæsar lib. 1. de bello civili, Saltus Pyrenæos occupari iubet: & Saltus Graius, pro Alpes Graiae apud Lutium. Proprium epitheton attribuit Cat. hymno in Diana. Saltuumque reconditorum. Virgilius quoque, cum Saltus ac lustra feceratum dixit il. Georg. remotiores silvas significat.

**BIS ET TRICES.** *Liber unus bistricies, mendosè: vti & apud Eutropium lib. vi. circuitu patet ad bis tricies centena millia passuum: cùm lib. ms. habent ad bis & tricies centum millia passum. Locus autem ille Eutropij ad verbum pāne è Suetonio desumptus est.*

**STIPENDII NOMEN.** *Liber unus, stipendij nomina. Vaticanus sic, Eiique cccc. in singulos annos stipendij nomine impos. Optimè Eutropius, Galliae autem tributi nomine annum imperauit sestertium quadringenties. sic enim in meo cod. lego igitur, eiq; cccc. hs. in l.a. st. nomine impos.*

**AGRESSVS ET BRIT.** *Libri tres Aggressus est & Brit.*

**IN GERMANORVM FINIB.** *De eadem re cap. LVIII. obfessione castrorum in Germania nunciata. Porro cùm hec apud Eburonnes contigerint, vt ipse Caesar scribit, sequitur eos in Germania fuisse. qua de re alias latius.*

**ARVNCVLEIO.** *Meliores Cod. Aurunculeio. vt Auruncos sepius quidem sed & Aruncos scriptum reperias. unde, vt puto, familiae nomen.*

**NEPTEM.** *Vat. nepotem. quod sānē miror. Iulia enim Pompeij coniunx filiolam enixa diem obiit. Dio extremo lib. XXXIX. & alijs.* xxvi.

**INTERIM QVE CONSTERNATA.** *Duo cod. Inter quæ const. haud dubiè melius.*

**ABSENTI SIBI ET QV.** *Tres lib. Absenti sibi quandocunque. Placet.*

**SUPER HS. MILLIES.** *Millies hs. si Budaeo credimus, vices quinquies cētēna millia coronatorū efficiet. qua summa deterritus Egnatius mille sestertia legendū putat: apud Plinium vero lib. XXXVI. cap. xv. eadem de re loquenter,* tem,

tem, *sestertia* MCC. *Glareanus* autem *millies* HS. *retinet*, & apud *Plin.* *Millies* *ducenties* *legi* *debere* *contendit*: *vt ducenties* sit *quod Sueton.* ait *super millies* HS. *Budeo* *quog, insolens summa visa fuit*. *Verum si Cæsar* *pane pri-*  
*natus adhuc, cum ex prætura in Hispaniam profici* *cere-*  
*tur, bis millies quingenties, teste Appiano, sibi opus esse di-*  
*xit vt nihil haberet, (quia tantundem debebat) nihil sanè*  
*de hac profusione & areae pretio mirandum est. nam si P.*  
*Clodius, quem Milo occidit, domo centies & quadragies*  
*octies empta habitauit, vt auctor loco iam citato est Plini-*  
*nus, facile fieri potuit vt area toti foro struendo millies*  
*abstulerit. cum verisimile sit, intanta urbis frequentia, lo-*  
*cum cum ante emptionem vacuum non fuisse.*

QVOD ANTE EVM NEMO FECIT. *De-*  
*le dictionem fecit, vt in duobus ms. & ita intellige, vt in*  
*filiæ defunctæ memoriam nemo id antè fecerit, quod tunc*  
*Cæsar, & quidem, vt arbitror, in gratiam populi, qui in-*  
*uitis etiam Tribunis Iuliam in Campo Martio sepeliri*  
*voluit. auctor Plut.*

GLADIATORES NOTOS. *Huius loci sententia*  
*est, Cæsarem, quo munus suum gladiatorium magnificen-*  
*tius ederet, mandasse vt nobiles gladiatores, infestis specta-*  
*toribus, & proinde magno discrimine ne occidi inberentur*  
*dimicantes, vi raperentur ac sibi reseruarentur. quod me-*  
*lius intelliget, qui meminerit prouerbij, quo pollicem pre-*  
*mere dicimus cum fauemus: contrà vertere cum non faue-*  
*mus. Plin. lib. XVII. cap. 111. ab arena enim ductum est,*  
*quod eo populi signo gladiatores aut perirent, aut seruare-*  
*tur. Qua de re ad Horat. epist. 11 ad Lollium, fautor v-*  
*troque tuum laudabit pollice ludum: & ad Iunenal. Sat.*  
*111. verso pollice vulgi Quemlibet occidunt populari-*  
*ter. Inf. Claud. cap. XXXIIII. quocumque gladiatorio*  
*munere vel suo vel alieno etiam forte prolapsos, iugu-*  
*lati*

lari iubebat, maximè retiarios. *Adde locum Suet. Ner.*  
*cap. IIII. & XII.*

NEQVE IN LVDO. Ludus gladiatorius, inquit *Fidorus etymolo. lib. XVIII. ca. LII.*, inde dictus est quod in eo iuuenes vsum armorum condiscant: & modò inter se aut gladiis aut pugnis certantes, modò contra bestias incedentes, subeant ferale certamen. *Hinc ludus magnus, & ludus matutinus, apud Victorem, & Sex. Rufum de region. vrb. marmora quoque vetusta Hilarum ludi magni, & Eutychum ludi matutini medicos commemo- rant. ludus item Aemilius apud Horat. de arte. ludus G. Aurelii Scauri apud Valerium Maximum libro II. cap. IIII. ludus Venatorius apud Vlpianum l. VIII. de pœnis, idem, ni fallor, qui bestiarius apud Senecam epist. LXXI. Hinc denique genus pœnae in ludum damnari, Plin. epist. ad Traianum lib. x.* Quidam vel in opus damnati, vel in ludum: & quod ludo Christiani adiudicari vetan- tur, *l. VIII. de pœnis, Cod. Theodosij. Infrà cap. XXX.*

LEGIONIBVS STIP. Stipendium militare dari cœptum de publico, peditibus quidem *A. V. CCC. XLVII;* equitibus verò triennio post, auctor est *Liu. lib. IIII. sed quis stipendijs modus fuerit nemo*, ne Budanus quidem ho- mo doctissimus & diligentissimus, satis explicauit. Et initio quidem pere exiguum fuisse, cum re ipsa manifestum est, tum Polybius suo quoque tempore ostendit: quomodo verò excreuerit, *Suetonium audiamus.* Addidit, inquit, de Do- mitiano loquens *cap. VII.* & quartum stipendium au- reos ternos. *Quæ verba, tres aureos vnum efficere stipen- dium, & militem sub Domitiano quadruplex stipendium meruisse, testantur, aureos scilicet XI. aureus autem tunc valebat denarios sine drachmas XXV. quod ita esse mon- strauimus Othone *cap. IIII.* & probat Zonaras, ex Dione ut arbitror; nā & ipse de Domitiano loquens Cum, inquit,* mili-

militibus septuagenæ quinæ drachmæ soluerentur, certenæ dari iussit. Idq<sup>3</sup> cum Tacito conuenit lib. I. Annalium, ubi milites post excessum Augusti singulos in diem denarios per seditionem poscentes describit, cùm antè non nisi xxv. denarios in mensem; & sic sexta parte minus, accipere consueissent. Quod vero denis in diem assibus animam & corpus estimari idem ibi milites conqueruntur, non de assibus quales decem denarium efficiunt intelligo: alioqui diurnum poscentes denariorum non plus petissent quam antè acceperant: sed de assibus, ut tunc temporis in usu erant. & fortassis denarius duodecim assibus permutabatur, aut etiam pluribus, ut sub Augusto XVI. bellis nimirum ciuilibus exhausta repub. quod Vitruvius tradit, & totidem Fabio dictatore bello II. Punico. de quo Plinius lib. XXXII. cap. III. Neque me mouet quod ibidem scribit Plinius, in militari stipendio semper denarium pro decem assibus datum. nam XXV. denarij (quod simplex in menses singulos esse stipendum diximus) cum ducentos tantum & quinquaginta asses militares efficiant, si dies XXX. mensi attribuas, non denos in diem asses sed octonos tantum & trientem reddent. at qui milites denos poscebant iustos ac legitimos, hoc est nimirum, denarios XXX. seu asses militares CCC. Atque hec quidem satis aperta sunt, maior vero dubitatio est, cùm, vt hic narrat Suetonius, legionibus Cæsar in perpetuum stipendium duplicauerit, Domitianus vero quartum addiderit, quis medio tempore tertium adiecerit, de quo nihil temere affirmauerim. nam & quod Cæsar perpetuum esse voluit, Augustus constituta à bellis ciuilibus Repub. haud dubie renocavit quicquid ybiq<sup>3</sup> militum esset ad certam stipendorum premiorumq<sup>3</sup>, formulā astringens. auctor Sueton. lib. proximo c. XLIX. Successores vero pro sua quisq<sup>3</sup> libidine iterum auxere.

auunculus ei erat; uti & Octauius, qui postea Augustus appellatus est: cuius soror Octavia minor Aug. cap. III.

CONDITIONE EI DETVLIT. Sic Claudi. cap. xxvi. nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret. Galb. cap. v. neque sollicitari vlla conditione amplius potuit. Quibus omnibus locis Suetonius conditionis vocabulo, pro coniunctione vel pactione nuptiarum sponsaliorumne, usus est: ut & alij auctores: præcipue I.C. è quibus Caius in renunciatione nuptiarum hæc verba probata esse ait, conditione tua non utar. Sed & Festus, cōuenta, inquit, cōditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis, & earum conditione habebatur. Sueton. tamen, Aug. cap. LXIX, conditiones quæsitas per amicos cum scribit, non de nuptiis, sed de stupris intelligendis est. Vide Caium I. C. l. 11. de diuortiis & repudiis. sic Ter. And. Accepit conditionem, dein quæstum occipit.

OMNIBVS CIRCA EVM. Græca locutio. τοῖς  
μητρῶοις: id est, quorum familiaritate utebatur. Sic Dom. cap. IX, omnes circa se largitione prosecutus.

GRATVITO AVT LEVI FENO RE. Liber Tornacensis gratuitum; ne quis forte ad fenus referat. nullum enim fenus gratuitum est.

VBERRIMO CONGIARIO. Ut donatiū, quod militi; sic Congiarium vocabant, quod populo à viris principibus, liberalitatis ergo, præstabatur. hic pro dato priuatis munere ponitur: vt Vespas. cap. XVIII: & de claris Rhetoribus cap. IIII. Cicer. VIII. fam. epist. III. Plancus magno congiario donatus à Cæsare.

M. CLAVDIVS MARCELLVS COSS. Hic, XXVIII. & Ser. Sulpicius Rufus, An. V. DCCII. ipse ob eloquētiam, alter ob iuris scientiam, consules facti sunt. Dio.

DE SVMMA SE REP. Sic Cicero summam  
rempub. gerere, pro Plancio: et summa reipub. præesse, pro  
domo. Virg. lib. ix. Méne igitur socium summis ad-  
iungere rebus Nisi fugis?

QVANDO NE PLEBISCITO POMPE-  
IVS POSTEA ABROGASSET. Tres libri,  
quando nec plebiscito. Turnebus, li. xxiii. cap. xiii.  
ne particulam retinet: & sic distinguit, quando ne ple-  
biscito, Pompeius postea abrogasset: hoc sensu, quando  
ne plebiscito (supple, absentis ratio haberetur) Pompeius  
postea abrogasset. Sed hæc dura nimis atq; insolens inter-  
pretatio est. Ego vel reiciendam censeo particulam ne,  
seu nec: vel pro alterutra scribendū, ei plebiscito: quod  
Oberto Gifanio placere intelligo: aut, etiam retento ne;  
dicendum coniunctionem esse, neque dubitantem, neque  
interrogantem; sed confirmantem, atq; enunciantem: ut  
Priscianus docet de illo Horati loco Sat. x. ô seri stu-  
diorum quine putetis. adde Virg. quiane auxilio in-  
uunt ante levatos. Catul. epith. quemne ipsa reliqui. &  
iterum, quine fugit. Plebiscitum autem vocat legem,  
seu Vatiniam, seu Treboniam, vtramque tribuniciam,  
ut sup. cap. xxiiii. legem autem de prouinciis Pompei-  
ins tulit, anno urbis DCCI. quo solus c. o. s. factus est.

CORRIGERET ERROREM. Pompeius con-  
sul legem iam tulerat. Marcello verò & Sulpicio co. s.  
videns Marcellum acerbius agere, moderari eam cond-  
batur: displace quidem sibi affirmans Cesarem ante te-  
pus imperio priuari; dans tamen operam, ut finito decen-  
nio arma deponere, & ita ad urbem redire, iuberetur.  
Contendebat ergo Marcellus legi locum esse; qua semel  
in ararium relata, non nisi contraria lege abrogari pote-  
rat. vide Dionem.

LI SVO MARCO. Dio C. Marcellum ab aliis  
*ἀρετῶν, ab aliis ἀδελφὸν M. Marcelli, traditum scribit.*  
 Suetonio magis credo. c. verò Marcellus, qui An. sequente  
 cū Lētulo cos. factus est, Marcii frater fuit. cum tribus  
 igitur Marcellis, annis continuis tribus, Cæsari nego-  
 tium fuit.

INGENTI MERCEDE. Curionem enim erat  
 alieno, quod erat sexcenties hs. si Valerio credimus, lib.  
 IX. cap. i. liberavit: & Paullo Æmilio mille & quin-  
 genta talenta donauit, seu, ut volunt alij, hs. trecenties  
 sexages. App. & Plut.

BENEFICIVM POPVLI ADIMERET  
 TVR. Liber unus adimeret: Senatus scilicet, quem litteris  
 Cæsar deprecatus fuerat.

CVM ADVERSARIIS AVTEM PEPI-  
 GIT. Pepigisse eum dicit, qui non tam pactus sit, quā  
 pacisci voluerit. nam, ut mox sequitur, adversarij omnia  
 reiecerunt. Pactum autem, vt J. C. definit, duorum  
 plurimum in unum placitum & consensus est.

ASINIVS POLLIO. Hunc de bello ciuili histo-  
 riam scriptissime ostendit Horat. lib. II. od. I. Priscianus  
 quoque, non uno in loco, Annalium eius libros citat: ut  
 historiam Seneca. meminit & Sueton. inf. c. LV. Plura  
 ad Horat. notauimus.

HÆC VOLVERVNT. Melius libri ms. hoc vo-  
 luerunt: & in uno peruetusto, Cæsar condemnatus es-  
 sem: non, C. Cæsar. nec displicet.

EOS IN PHœNISSIS. Turnebus XXIIII.  
 cap. XI III. illud in Phœnissis, expungendum putat:  
 Ego ne Græcos quidem versus à Suetonio ascriptos pu-  
 to: sed simpliciter ita legendum censo: eos Euripidis  
 C 2                  versus

versus quos sic ipse convertit. cetera, ab erudito aliquo margini ascripta, in contextum venere. Versus autem verit Cicerio, non Cæsar.

**XXXI.** FORMAM QVA LVDVM GLAD. Deludo gladiatorio, cap. xxvi. formam autem ludi dixit, ut Ner. cap. xvi. formam edificiorum. Cic. ad Att. cum formam reipub. vide rem, quale ædificium futurum sit scire possum. architecti ichnographiam vocant. Turneb. lib. iii. cap. xxii.

MVLIS EPISTRINO. Sic iumenta pistrenses, Cal. cap. xxxix.

LVMINIBVS EXSTINCTIS. Solebant igitur nocturno itinere preferre faces. quod Turnebus annotavit. Vide Aug. cap. xxix.

**XXXII.** ÆNEATORES. Sic generaliter eos vocat qui claram canunt, sine id tuba sine cornu faciant: neq; enim tubam à cornu materia sed formam distinguebat. Ovidius lib. i. Met. Non tuba directi, non æris cornua flexi, Non galeæ, non ensis erat. Æneatores tamen Festo dicuntur propriè cornicines, qui cornu canunt. Plura ad Horat. lib. ii. Od. i. Iam nunc minaci murmure cornuum Praestringis aures, iam litui sonant.

IACTA EST ALEA INQUIT. Dic̄tio, inquit, hic reposita, omnino superflua est, & libri tres, IACTA ALEA EST: ut fortassis est legēdū sit, ex Erasmi sententia Græci enim ἐπίθεντος, & τὰς ἐπίθεντος. quod eleganter expressit Petronius Arbitr̄, cū, inquit, indice fortuna cadat alea. eodemq; respexit Lucanus, eo versu, ruit alea fati, Alterutrum mersura caput.

**XXXIII.** ANVLVM QVOQVE Quāta anuli fuerit olim dignitas, arg; existimatio, qui etia equitē à plebe distinxit; videre est apud Pliniū lib. xxxiiii. ca. ii. quiduis igitur facturum

facturum se Cesar pro milite sponponit, cum detrahi sibi  
anulum se malle dixit, quam bene de se merentibus non  
satisfacere. Spectant eò Iuuenal is versus Sat. xi. in deco-  
tore ac prodigos, Talibus à dominis post cuncta no-  
uissimus exit Anulus, & digito medicat Pollio nudo.  
ut Romani vix esse viderentur, qui anulo carerent. adde  
*Mart. II. Epig. LVII.*

CVM MILLIBVS CCCC. Duo libri quadragenis,  
ut fortassis quadringenis, aut si manus quadringētis, sine  
notis scriptum fuerit. Iuuenal is Sat. IIII. Quadringēta  
tibi si quis Deus, aut similis Diis. Aut maior fato, do-  
naret homuncio; quātus E nihil fieres? loquitur autē  
de censu equestri. Recte etiam à Pulmanno scribitur,  
fama distulit. Sic enim libri ms. omnes quos vidi: at vul-  
gati dictiōnem fama omisere.

SIC SE HABENT. Liber optimus, sic habent, XXXI IIII.  
& Brundisium, ut semper in vetustissimis quibusq; ex-  
emplaribus scriptum animaduerti: non Brundisium.  
probat id etiam Festus, & antiquum marmor Brundi-  
si seruatum.

M. VARRONE. Is ulteriorem Hispaniam legatus  
tenebat. Dio, & App. ipse Cesar, lib. II. de bello civili,  
antē quoq; bellis piraticis, sub Pompeio res optime gessit;  
donatus ab eo corona rostrata. Plin. VII. cap. XXX. &  
XVI. cap. IIII. Idq; etiam nummi testantur.

VERITVS PROVINCIAM FACERE. Ta-  
citus lib. II. Annaliū, Augustus inter alia dominatio-  
nis arcana, vetitis nisi permisso ingredi Senatoribus,  
aut equitibus Romanis illustribus, se posuit Agy-  
ptum: ne fame vrgeret Italiam, quisquis eam pro-  
vinciam, claustraq; terrae ac maris, quamuis leui  
præsidio aduersus ingentes exercitus insedisset.

De eadem re idem iterum Tacitus, lib. i. histor. & Suet. Tib. cap. lii.

MITHRIDATIS MAGNI FILIVM. Sic Plin. quoque lib. xv. cap. ii. Mithridates maximus sua ætate regū. & Cicer. Acad. Mithridates rex post Alexandrum maximus. Dissipauerat autem Pharnaces Cn. Domitij exercitum: quo successu præferocem, Casar oppressit. Vide Plut. & Dionem lib. xlvi. Graca numismata Midradatū vocant.

SCIPIONEM. Is fuit Q. Cecilius Metellus Pius Scipio, Pompeij sacer; eiusq; in tertio consulatu quem solum inuierat, quinq; mensibus extremis collega.

XXXVI. C. ANTONIUS, Liber Tornasensis, C. Annius, non bene ex Floro, Lucano & Dione. eodem enim tempore ferè P. Dolabella & C. Antonius vieti sunt a C. Octauio & Scribonio Libone, ut Dio tradit. Florus, non absque suspicione mendi, Octauium tantum commemorat: & cognomine Libonem vocat.

VLTIMO PROELIO. Cum Pompeij liberis. Sic enim & Lucanus, lib. i. vltima funesta concurrunt pœlia Munda. nam apud Mundam, Hispania oppidum, id pœlum commissum fuit. Strabo lib. iii.

XXXVII. SED INTERIECTIS DIEBUS. Dio diebus quatuor continuis quater eum triumphasse scribit; lib. xliv.

DIVERSO QVEMQVE APPARATV ET INSTRV. Velleius lib. ii. Gallicum citro, Ponticum acantho, Alexandrinum testudine, Africum ebore, Hispaniensem argento rasili constitisse scribit. De triumphi autem scerulis, diversa factis materia, loquitur. Et, ut hoc quoq; obiter admoneam, Acanthum ibi non herbam, fruticemue; sed arborem intellige, quam acaciam etiam vocant:

recant: de qua Plin. XXI III. cap. XII. Cedro etiam, pro citro, apud Velleium malim legere: ut cedrum pro lance accipiamus, ex doctissimorum hominum sententia. Citrum enim vix suo tempore nouit Plinius: tantum abest ut uniuersum triumphi Gallici instrumentum citro constiterit. nec semel citri cedrig<sub>3</sub> nomina apud auctores confunduntur.

VELABRVM PRÆTERVEHENS. Lib. vnus præuehens. sed præteruehens magis placet, quo sepe r<sup>s</sup>fus est Cic. & ipse Suet. infr. cap. LXXXVIII. Aug. cap. IX. & cap. XCIII.

AXE DEFRACTO. Diffracto mallem, ex quanto ms. pro defracto. ut gubernaculo diffracto Aug. c. XVII. & crura diffringere, apud Plautum. οντος ευνεπίσην. Dio.

LYCHNVCHOS GESTANTIBVS. Libri ms. & lychnos, & lychnios, & lychnuchos habent: ut infra Domit. capite III. & apud Plin. li. XXXIII. cap. III. placuere & lychnuchi penfiles. nam etiam lychni penfiles ibi in vetustis codicib. legitur. placet tamen ut Politianum & Egnatium secuti, lychnuchos hic retineamus. iuuenes enim, qui vesti elephantis lychnos prætulerint, intelligo: aut certè iuuenum simulacra; quemadmodum inquit Lucr. initio lib. 11. lychnos tamen apud Virg. in Didonis conuinio legitimis, pendent lychni laquearibus aureis incensi, & noctem flammis funalia vincunt. Nec alii: er Cic. pro Cælio, his verbis, Alia fori vis est, alia triclinij; alia subselliorum ratio, alia lectorum; non idem iudicium comassatorumque conspectus; lux denique alia solis & lychnotum. Horat. ferò in conuinis suis lucernas vocare maluit, lib. III. od. XXI. Viuæque producent lucernæ: & ode VIII. eodem lib.

vigiles lucernas Perfer in lucem. iterum, Vino, & lucernis Medus acinaci Immane quantum discrepat.  
infra Dom. cap. IIII.

XXXVIII.

IN PEDITES SINGULOS SUPER BINA  
HS. QVÆ. Locus hanc dubie corruptus est. Exemplar  
Vat. non habet duas illas dictiones, quæ mox sequuntur,  
in equites: quibus remotis sensus quidem aperius est, su-  
per bina sextertia quæ initio acceperant vicena quaterna  
ad huc data esse: sed & ea summa numis improba est; nec  
ulla fiet equitum mentio; at qui oportebat eum, qui quid  
pediti datum sit referat, equitem non omittere. App. li-  
bro II. ait diuisisse eum militi quina millia drachma-  
rum. Centurioni (sic λοχαρὺ interpretor) duplum;  
Tribuno vero turmarumq; ductori, quem ἵππαρχὸν vo-  
cat, alterum tantum. Plebi vero singulas minas. Dio-  
autem, libro XLIIII. nulla & ipse facta equitum mentio-  
ne. Distributo, inquit, populo frumento, quinque in-  
super & septuaginta drachmas, quas ante promiserat,  
& alias præterea quinque & viginti, nec non militibus  
quinque drachmarum millia diuisit. Et hac quidem  
hi duo Graci scriptores tradidere. sed uterque ab altero,  
& ambo à Suetonio dissentinunt. Dionis vero interpres,  
vir diligens, dum Græcæ conciliare cum Latinis nititur,  
nihil minus quam auctoris sui sensum explicat. Glarean-  
nus, ex veteris libri vestigiis, sic legit: Super bina hs.  
quæ initio civilis tumultus numerauerat, quaterna; in  
equites vicena quaterna millia nummūm dedit: una  
dum taxat voce quaterna interposita. Verum ego vocem  
illam transphonere malim, vt eo scilicet, quo Glareanus  
vult, loco maneat; neque alibi rursus inseratur, hoc modo:  
In equites vicena millia nummūm dedit. quinetiam, si  
nemo arbitrio fieret, totum illud quaterna millia num-  
mūm

mūm deleretur: ita ut Cæsar pediti in universum sex; equiti vero viginti sestertia numerauerit. hoc est, illi sex, huic viginti millia nummūm. & proinde pediti drachmas sine denarios M.D. Equiti quinque millia. Graci, non in collecto, ni fallor, Suetonio, rationes cōturbarunt. Illud tantum adiiciam, ut in stipendiis, sic in donatiis quoq; obseruari solitum, uti centurio duplum; eques vero tripulum eius quod militi dabatur acciperet. exempla passim apud Liuum. Suetonius itaq; in equitem paulo liberalior est.

TRECENOS QVOQVE NYMMOS. Recē Pulmannus: cūm in vulgatis codic. tricenos legatur. Probant idem Graci, quos paulo ante citauimus. nam & Dio una centum drachmas colligit: & minam apud Appianum centenariam intelligo. Mina autem, & drachma centum, & nummi sestertijs quadringenti, ean-  
dem summam efficiunt. Similis locus inf. c. LXXXII. & tium  
Aug. cap. XLI. & Cal. cap. XVII.

ANNYAM HABITATIONEM. Sunt qui nescio quod vectigal pensionum remissum intelligent. verum quomodo id explicitent, viderint alij. ego sic interpretor: ut qui ciues Romani in conducto habitarent, sine Roma, sine in Italia, nec plus penderent quam bina milia, aut quingentos nummos, anno uno Cæsaris beneficio à pensione liberarentur.

EPULVM AC VISCERATIONEM. Vi- scerationem crude carnis distributionem fuisse volunt: epulum, cum, discubentibus per triclinia, aut cœna aut prandium dabatur. Sueton. Tib. c. xx. prandium dein populo mille mensis. Plin. quoque libro IX. cap. LV. & lib. XIV. cap. xv. triumphales Cæsaris cœnas commemorat. Plutarchus epulum toti populo XXII.

*multibus tricliniorum datū fuisse scribit.*

**XXXIX.** M V N E R E I N F O R O . Due dictiones, in foro, absunt è libro quodā peruetusto. Verū de hac re sic Plin. xix. c. i. Cæsar dictator totū forū Rom. intexit, viamq; sacram ab domo sua ad clium usque Capitolinum: quod munere ipso gladiatorio adū ira bilius visum tradunt.

**A. CALPENVS.** ms. omnes *Q.* vocant. Dio, Ful-  
uium Setinum.

**DONATVS QVE** E S T . *Lego donatus: sine est: vt  
habet editio Germanica, & ms. duo. hac enim continuè  
legenda sunt: Donatusque quingentis LLS. & anulo  
aureo, sessum in xiii. è scena per. sic enim codex Ferrar-  
iensis, & Turnebi. Vide inf. Claud. capite xxii. Gell.  
xvii. cap. xiiii; Macrob. II. c. VII.*

**SPATIO CIRCI.** Plin. VIII. cap. VII. & XXXVI.  
cap. xv. circi, vt tunc erat, magnitudinem describit: &  
quare Euripo eum Cæsar munuerit, causam reddit.

**QUADRIGAS BIGAS QVE ET EQVOS DE-  
SULTORIOS.** Desultores vocabat, nō eos solum, quos Græci  
ἀγοράπτες, quod, binos ducentes equos, ab altero in alterū  
subinde saltabat; quae equorum mutatione gētes olim Istro  
vicina (si Eliano credimus) utri & Numide, si Linio  
lib. XXIII. vrebantur. Sed eos quoq; de quibus Dionysius  
extremo libro VII. antiqu. Rom. quos παεγάτας, vt inquit  
ipse, Poëta; Atheniensēs verò, ἀπεβάτας appellabant, unde  
ἀποβάτης ἀγωνίστης, Plut. Phocione: & Cicero pro Mu-  
renā, nescio quo pacto mihi videtur prætorius candi-  
datus in consularem, quasi desultorius in quadrigarū  
curriculum, incurrete. Linius quoq. lib. XLIII. hūc mo-  
rem significat, his verbis, semel quadrigis, semel desul-  
tore misso. Locus verò Suetonij de vtrog; desultorum  
genero

genere intelligi poterit.

IN MOREM COCHLEÆ. Rebetè Turneb.lib.  
XXIIII.cap.XIIII.in minore Codeta.sic enim etiam  
vnus è nostris libris:nec solus Festus eius loci trans Tibe-  
rim meminit,sic dielli, quod in eo virgulta nascerentur  
ad caudarum equinarum similitudinem; sed & Victor,  
reg.XIIIITrans Tiberim,campum Codetanum ponit.

ANNVM QVE AD CVRSVM SOLIS. Fe-  
xit id Cesar,Sosigene eius artis perito adhibito. Plut. eius  
vita.& Plin.xVIIIT.cap.xxv. Dio ab Alexandrinis  
eum id didicisse tradit .plura Censor. de die natali:&  
Macrobi. I.cap.XIIIIT.

MINORVM ETIAM MAGISTRATVVM. XLI.  
Minorum scilicet, quam Questorum,nam & ipsi que-  
stores inter minores erant magistratus.vide Gell.lib.XII.  
cap.IIIIT.

NVDATOS OPERE CENSORIO. Nonc  
dixit, pro ordine aut loco motos à censoribus , priuatosq;  
equo publico, vel factos ararios; quibus notati ignominius  
turpitudinem vltra tegere non poterant.

COMITIA CVM POPVLO PARTITVS  
EST. Quid de comitiis Augustus,quid Tiberius,quid  
postea Caius egerint, alibi videbimus.Sed verissimum est  
post Cesarem dictatorem ea in principum potestate fuisse.  
pulchre igitur de pop.Rom.Iunen.Saty.x. qui dabat o-  
lim imperium,fasces,legiones , omnia,nunc se conti-  
net,atque duas tantum res anxius vrget , Panem, &  
Circenses.sic enim potius quam pannum legerim.Juris-  
consulti vero nostri ambitus vitandi causa inductū tra-  
dunt, ut ad curam principis magistratum creatio per-  
tineret, non ad populi furorem.Modestinus L.I.ad leg.  
Iul.de ambitu.

PROSCRIPTORVM LIBEROS. Refert Dio-  
nysius, antiq. Rom. lib. VIII. seruatum fuisse apud Ro-  
manos, ut parētum pœna, quocumq; crimine, etiam per-  
duellionis, deliquerissent, liberi minime tenerentur. Unde  
Ulp. l. II. de decurionibus, nullum, inquit, patris deli-  
ctum innocentī filio pœnæ est. quo tamen non obstante,  
Cicero, quod inter eius laudes refert Plin. lib. VII. cap.  
XXX. videns Rempub. sine legibus Cornelii stare nō posse,  
effecit eloquētia sua vt proscriptorum à Sylla liberos ho-  
nores petere puderet. hos postea dictator Cæsar ad honores  
admisit. exemplum de A. Hirtio ex Dione.

TRIBVNOS ÆRARII. Vide Festum, Ærarij  
Varr. libro III. de ling. Lat. Ascon. in orat. pro Milone.  
Plin. lib. XXXIII. cap. II. apud quem Tribuni eris vo-  
cantur, pro erarij. s̄epe Cicero. Inf. Aug. cap. XXXII.

RECENSVM POPVL. Sic Aug. cap. XL. c̄sum  
populi viciatim egit. Egit autem hunc censum Cæsar,  
deinde Scipione ex Africā rediens, & quidem solus: ne-  
que vt Censor, sed vt præfetus morum in trienniū. quare  
nec lustrum condidit. ex Dion. Plutarchus enim non sa-  
tis recte. Cicero ad Papirium lib. IX. epist. XV. Cæsarem  
intelligit, his verbis, quamdiu hic erit noster hic præ-  
fetus moribus, parebo auctoritati tuæ. Locus autem  
agendo censi vel forum erat, vel villa publica in Cam-  
po Martio.



MAIOR ANNIS XX. MI-  
NORVE X. Liber Tornacēsis ma-  
ior annis xx. minore xl. vii et edi-  
tio Frobeniana. quod omnino probo,  
reiecta Beroaldi interpretatione.  
Cæsar enim id s̄obolis causa fecit.  
Transmarinas autem colonias in-  
telligo.

*telligo, Corinthum & Carthaginem deductas. Dio,  
extremo lib. XLIII. & nummi veteres.*

CONTUBERNALIS. *vt Cæsar ipse contubernio  
M. Thermi militauit. sup. cap. II.*

DISIECTA. *Mallem deiecta. Tale autem quid  
etiam Cicero consul præstítit. sic enim in libris de legibus.  
Numquam (ante me consulem scilicet) nec maius æs  
alienum fuit, nec melius aut facilius dissolutum est.  
fraudandi enim spe sublata, soluendi necessitas con-  
secuta est.*

COMPARASSENT DEDVCTO, SVMMÆ  
ÆRIS AL. *Melius in optimo Cod. ms. comparauis-  
sent, deducto summe. voluit enim Cæsar, ut vseræ sup-  
plerent sortem, & tanto minus creditor exigeret. annota-  
uit hoc etiam Turnebus: sed relictis duabus vocibus æris  
alieni; quæ rectius aberunt, ut in nostro Codice.*

DET RAXIT. *Melius ms. tres, distraxit. Unus etiā  
distraxit, id est, dissoluit separavitq;. Contigerat autem  
ut cum L. Cæilio, Q. Marcio coss. collegia sublata  
fuisserent, ea P. Clodius Tr. pl. restitueret, ac noua faceret  
ex infima plebe. testis Dio, lib. XL. & Cic. in Pisonem,  
vbi Pedianum vide. Sed & Ios. Antiq. lib. XIII. re-  
fert Cæarem interdictis ceteris sodalibus permisisse In-  
daos Rome more patrio conuenire.*

CVM LOCUPLETES. *vt Marius ille, de quo  
Iuu. Sat. I. Exul ab octaua Matius bibit. sequitur quip-  
pe, quid enim saluis infamia nummis?*

PARRICIDAS VT CIC. SCRIBIT. *Ubi id  
scribat Cicero ignoror: & sanè tria illa verba, per paren-  
thesin asscripta, merito suspecta sunt. Parricidas autem  
vocat omnes qui scientes hominem liberum occiderint.  
Sic enim & Numa lex, Siquis hominem liberū sciens  
morti*

morti duit, patricida esto: & illa Tribunicia apud Festum, V. Sacer, Si quis eum qui plebiscito facer sit, occiderit, parricida ne sit. Hos ergo bonis omnibus multauit: reliquos, qui non occidendi animo, occiderint tamen, parte dimidia. sic enim hunc locum interpretor. Vide l. i. & l. I. I. I. ad leg. Corn. de sicariis. Alij de parenticidis intelligunt.

**XLI. REPETVN DARVM CONVICTOS.** Legem de repetundis pecuniis, maximè sociorum pop. Rom. causa, L. Piso Frugi instituit. Cic. Verr. VI. & li. III. de officiis. eam Cæsar, consulatu suo, instaurauit: & pleraq; ei capita adiecit, quæ ad provincialium cōmoda spectarent: victor etiam seuerius exercuit. meminit Cic. ad Att. lib. v. epist. x. & lib. vi. epist. vii. & famil. lib. II. ep. xvii. & lib. v. ep. x. De cuitus pena Marcellus I. C. l. VII. ad leg. Julianam repetund. Hodie, inquit, extra ordinem puniuntur: & plerumque exilio, vel etiā durius prout admiserint. Grauissimè autem puniebantur (etiam ex lege XII. tab.) qui indices arbitriue, ob rem dicendam pecuniam acceperant. Gell. lib. xx. c. i. Nam & hoc postea legis Iulia caput fuit: quemadmodum & illud, de naue à Senatore non habenda: de quo Claud. cap. xix.

**QVI DIGRESSAM A MARITO.** Id enim contra publicam honestatem erat: & alioqui breui reuersa vxor, quæ per calorem repudiū remiserat, nec diuertisse, videtur. l. I. I. de diuertiis. l. XLIX. de reg. Jur. adde locū Tiberio cap. XXXV. Pulchrè contra Iominianum Hieronymus quasdam repudiat. us altero nuptiarum die statim nupfisse legimus. vterque reprehendendus maritus: & cui tam citò displicuit, & cui tam citò placuit.

**PEREGRINARVM MERCIVM.** Quales I. C. Marcianus enumerat, l. vlt. de public. & vectig. quibus cunct

*bus cum hi qui frugi sunt facile careant, meritò illis v-*  
*etigal imponitur.*

LECTICARVM VSVM. Auctor est Eusebius  
*Chronicis, Iulum Cesarem, Cleopatra regio comitatu-*  
*urbem ingressa, vetuisse lecticis margaritisq; eas uti,*  
*qua nec maritos nec liberos haberent, & minores essent*  
*XL. annis.*

LEGEM PRÆCIPVE SVMPTVARIAM.  
*Qualis Fannia, Licinia, & aliae multæ: etiam Julia,*  
*quanquam ad Augustum potius referenda, si Gellio cre-*  
*dimus: Nam Cicero sanè, eleganti illa ad Gallum episto-*  
*la, lib. vii. C. Cæsar is dictatoris legem, ut puto, intelligit,*  
*his verbis, dum voluntisti laui terra nata, quæ lege ex-*  
*cepta sunt, in honorem adducere. Vide Gellium lib.*  
*ii. cap. xxxiiii. Macrobius lib. iii. cap. xvii. Plin.*  
*lib. x. cap. v. Athenaeum lib. vi.*

IUS CIVILE AD CERTVM ORD. *Qua de*  
*re notum est omnibus etiam Ciceronem cogitasse. nam &*  
*librum eius, de iure ciuili in artem redigendo, citat Gel-*  
*linus i. cap. xxii.*

XLIIII.

GRÆCAS ET LATINAS. Duo cod. Græcas  
 Latinasque. & mox Pomptinas paludes, pro Pontinas:  
 vti & in optimis codicib. Juuenalis obseruani, Sat. iii.  
 & apud Plin. lib. iii. cap. v. A Circeis palus Pomptina  
 est: quem locum xxiiii. vrbium fuisse Mucianus  
 ter consul prodidit. *De Pomptina palude Horati*  
*quod de arte locum intelligunt, sterilisque diu pa-*  
*lus, aptaque remis, Vicinas vrbes alit. atqui si ita est,*  
*rem cogitatam tantum à Cæsare, tanquam factam nar-*  
*rat Horatius: quod etiam ex Plinio constat, libro xxvi.*  
*cap. iiiii. ubi magica arte siccari eas paludes optat, vt*  
*tantum agri suburbanæ reddatur Italiae. hinc porro*  
*Pomptina*

Pomptina tribus: quam tamen à Pometia oppido vocatam Festus prodidit.

EMITTERE FVCINVM. Id postea factum à Claudio Suet. cap. II.

PERFODERE ISTHMVM. Id ante Cæsarem Demetrius Rex, ac post eum Caius & Nero tentarunt, infausto omnes exitu. Plin. lib. IIII. cap. IIII. Philostratus vita Apollonij, lib. IIII. Suet. Cal. cap. XXI. & Ner. c. XIX.

**XLV.** PER SOMNIVM EXTERRERI. Duo libri, per somnum. placet. quis enim non aliquando per somnium exterretur? somni autem inquieti, maximè autem accidente terrore, morbum significant.

INTER RES GERENDAS. Libri duo, inter res agendas. haud dubie melius. Plutarchus eum hoc morbo laborasse scribit, cum bello Africano aciem ordinaret: possumus etiam ad iudicia referre, unde rerum actus, de quo Aug. cap. XXXIII.

LATO CLAVO AD MANVS FIMBRIATO. De tunica lati clavi loquitur, quæ propriè Senatorum erat. Aug. c. XCIII.

SVLLE DICTVM CONSTAT. Dele cōstat, ut in quatuor exemplaribus. ex eodem fonte illud Ciceronis, præcinctura me decepit. Macrob. lib. Satur. II. cap. III. Plura ad Horatium epod. I. discinctus aut perdam ut nepos.

**XLVI.** IN DOMO PVBLICA. sic enim Pontificem habitare necesse erat. de quo Aug. cap. LXXVI.

VILLAM IN NEMORENSI. Eius villa adhuc existant vestigia, non procul ab Aricia. Cic. ad. Att. lib. VI. ep. I. Cæsarem in Nemorensi reædificando diligenterem fore. sic enim Turnebus legit, quem sequor.

T E S-

TESELLATA ET SECTILIA. Hac pro  
ijsdem usurpare videtur Vitr.lib.VII. Sunt qui tessellata ex marmore; sectilia ex curo, ebore, acere, testudine, & id genus aliis fieri solere contendant. quasi verò  
no & marmora secentur. Tessellata igitur, quæ tessellis  
strata sint, expono: Gracè nubesq; vocantur: sectilia  
verò quæ secto vel marmore, vel citro, vel ebore, vel acere  
iunguntur. Vide Isidorum, lib.XIX. cap.XIII. & XIII.

EXEGISSE PONDVS. Margaritarum dos o-  
mnis in candore, magnitudine, orbe, lenore, pondere.  
quamquam semuncie pondus raro excedant. Plin.lib.  
IX.cap.XXV: ubi tamen de Margaritis Britannicis  
non satis eicum Suetonio conuenit.

ANIMOSISSIME COMPARASSE. Sic  
animoseliceri, Paulus f.C.I.XXIX.fam.erciscundæ: em-  
ptor animosior, fabolenus l. XXXVI, mandati: audax  
spōsio, fūne. Sat.IX.dedecorū pretiosus emptor, Hor.  
lib.III.od.VI.Exemplum de Cesare, apud Plin.XXXV.  
cap.XI. Aiacem enim, & Medeam, ei Timonachus  
vendidit LXXX.talentis.

SERVITIA RECENTIORA. Liber Vatica-  
nus recentiora, & ascriptum margini rectiora. Ac sānē in  
confesso est, mancipia nouitia adhuc, ac proinde ad om-  
ne ministeriū aptiora, tritis iam & veteranis esse pre-  
ferenda: quod l. XXXVII. de adilitio edicto, Ulpianus  
tradit: sed tamen aliud subesse debuit, propter quod ad  
tantum premium iretur. queratio scriptorem mouit,  
ut pro recentiora, rectiora substitueret. verum cum di-  
ctio politiora, quæ subiungitur, eundem sensum melius  
exprimat: nihil muto: sic enim & nouitiae puellæ, apud  
Ter.Eunucho, aet.III: Sc.v.veteranis oppositæ. quam-  
quam & alio modo recentiora exponere possumus, quæ

*etate integra sunt. Auctor est Plin.lib.vii.cap. xxxix.  
Daphnidem Grammaticum venditum fuisse hs. (quo  
nullum ante maius serui pretium) III. M. DCC. vide  
Aug. cap. XLII.*

UT RATIONIB. VETARET. *Libri duo,  
ut rationib. quoque vet. inf. quæ particula sensum in-  
uat. nam qui frugi erant, quæcumq; quouis modo ex-  
penderent, rationibus inferebant. Inf. Vespas. cap. XXII.*

XLVIII. SAGATI PALLIATIVE. *Gallos Gracosq; his  
verbis intelligit. Nam & palliū Græcorum erat, quod  
nemo ignorat: sagum vero etiam Gallorum, de quibus  
Strabo, ογυπορεῖ δὲ καὶ κομοτεοφύσι. Sic Turneb. lib. II.  
cap. XXVII adde Virg. lib. VIII. Gallorum habitum de-  
scribente, Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis, Vir-  
gatis lucent sagulis: tū lactea colla Auro innectitur.  
Trebell. vita Gallieni, Perdita Gallia arrisissē, & di-  
xisse perhibetur, non sine trabeatis sagis tuta resp. est.  
Tacitus, de moribus Germanorum, nudi aut sagulo le-  
ues, nulla cultus iactatio. Sagum igitur, ad Romanos  
a Gallis venit, hodieq; nomen apud nos manet.*

IN PARVIS AC MAIORIBVS REBV. *Carolus Langius, vir doctissimus, illud ac maioribus  
reincebat.*

NVLLO QVERENTE. *Liber unus, quarerente,  
id est, questionem exercente, unde anquirere. sed ni-  
hil muto.*

XLIX. PUDICITIAE FAMAM. *Notus in Cæsarem  
Catulli versus, es impudicus, & vorax, & aleo. vide  
inf Aug. cap. XXXIV.*

BITHYNIA QVICQVID. *Finis est versus hex-  
ametri, cui subiungitur integrum pentametrum, &  
pædicator Cæsaris vñquam habuit.*

ACTIONES DOLABELLÆ ET CVRIOL  
NIS PATRIS. *Suprà cap. ix. orationes C. Curionis*  
*patris commemorat. Sic actiones Ciceronis in Verrem.*  
*Dolabellam autem nō eum intelligo quem Cæsar ado-*  
*lescens accusauit; sed eum potius qui occiso Cæsare con-*  
*sulatum occupauit; tantiisper dum libertati studere vi-*  
*sus est; summopere eo tunc nomine à Cicerone laudatus,*  
*fam. lib. ix. ep. xiiii. & sape alibi. Idem Dolabella, se-*ditione etiam illa contra Trebellium, Cæsarem in E-*gypto tunc agentem offendit: de quo prolixè Dio lib.**  
*xxxxii. atq; eo fortassis tempore Cæsare criminatus est.**

PELLICEM REGINÆ. Plures libri pelicem,  
vt semper in optimis quibusq; ms. scriptum animad-  
uerti: quamuis sine à pelliciendo; quod Festus voluit;  
sine à Graco παλλάκη dicatur, duplice L. scribi de-  
beat. vide Gell. lib. iii. cap. iii. & I.C.l. cxliii. de  
verb. signif. Reginæ autē pellicem dixit, vt apud Ouid.  
lib. vi. Metam. Philomela, pellex ego facta sororis.  
Cicero pro Cælio, vxor generi, nouerca filij, filiae pelle-  
x. quod qui nō intellexit, pro pellicem Reginæ, scri-  
psit pellicem regiam: sic enim in quodam lib. ms.

S PONDAM INTERIOREM. quòd mulieres,  
tredo, verecundia & causa interius cubabant. Sic Hor. ii.  
od. iii. interiore nota Falerni dixit, quòd optima vina  
interius remotiusq; condebantur. Idem epod. i i. extre-  
ma & in sponda cubet.

Q VI B. PRÖSCRIPSIT COLLEGAM:  
De edictis Bibuli, sup. cap. xx. Malè autem qui per-  
scripsit, pro proscripsit, legunt. proscribere enim nihil  
alind est, quam publicè quid scripto proponere. & qui-  
dem de Bibuli edictis sic Cic. ad Att. ii. epist. xxi.  
Itaque Archilochia in illū Bibuli edicta, ita populo

sunt iucunda, utrum locum ubi proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, præterire nequeamus: ita ipsi acerba, ut tabescat dolore. Archilochia vocat quæ Archilochi poëta maledicentissimi iabos acerbitate aquare posset: ut in quadam ad Fabium Gallum epistola, lib. vii. Tigellium Calui Liciniij Hipponaætæo preconio addictum cum scribit, dignum Hipponaætæ stylus significat.

SED C. M E M M I V S. Sic plures libri. unus, & C. Memmius. legendū puto, sed & C. Memmius, delecta dictione etiam. De C. Memmio, inf. c. lxxxiii.

AD CYATHVM ET VINVM. Ad cyathum dixisse satis erat. Horat. i. od. xx. x. puer quis ex aula capillis Ad cyathum statuetur vñcti: Inuen. Sat. xiii. nec puer Iliacus, formosa nec Herculis vxor Ad cyathos. Prop. etiam, Lygdamus ad cyathos. Graci wa-  
diæciv vocat. duo igitur illa verba, & vinum, inepti alius  
cuius glossemate margini adscripta, in contextum ve-  
nere. Addel locum C. Gracchi, apud Gell. c. xi. lib. xv.

IN CUBICVLVM EDVCTVM. Liber unus inductum: alius, deductum. quod sanè malim: ut capite sequenti, Tertia deducta. Sensus enim est, è triclinio in cubiculum deductum fuisse. Sueton. Aug. capite LXIX. feminam consularem è triclinio, viro coram, in cubiculum abductam.

DEFENDENTI NYSÆ CAVSAM. Recte sic Pulmannus, auctore Turnebi lib. xxxiiii cap. xiiii. & sic quatuor nostri ms. unus etiā filij, non filia Nicomedis: & Nysam sanè filium non filiam fuisse Nicomedis etiā Sallustij fragmenta quadam (si modo Sallustij sunt) L. testantur. Muliebre tamen nomen est, & quidem so-  
roris magni illiu Mithridatis apud Plutarcho in vita Luculli. Gellius quoq; lib. v. cap. xiiii. oratione is-

meminit quam C. Cesar Pöt. Max. pro Bithynis dixit.  
Beroaldus pro Nylæ scripsit enixe.

PROXIMO SVO CONS. Non errauerit, ut L.  
arbitror, qui primo suo cons. legendis esse contendat:  
aut proximum intellige, quem ipso belli ciuilis ingressu  
occupauit, hoc est, secundo.

MINIMO ADDIXIT. Beroaldus in omnibus  
quos viderit libris nummo scribi affirmat: ego vtrumq;  
repperi. Et olim quidem emptionis quoddam simulacrum  
genus erat, ut dato quis nummo quod emere videbatur  
donatum acciperet: de quo Porphyrio ad illud Hor. lib.

11. Sat. 1111. gaudentem nummo te addicere. similis  
& apud Val. Max. locus, lib. 11. ca. v vbi de Hiriy &  
de Panse funere scribit: & apertiss I. C. l. XLVI. locati,  
& l. x. de acquir. possess. vbi conductionem qua vno nū-  
mofiat nullam esse aiunt, ideo quod donatio inducatur.  
sed tamen aliae rationes me mouet, ut non nummo, sed  
minimo, legendum hic esse existimem. Nam si emptio  
qua nummo sit, non emptio, sed donatio est; quomodo  
verū erit quod mox sequitur, plerosq; admiratos fuisse  
vilitatem pretij? Deinde Macrob. lib. 11. Saturn. cap.  
11. de eadem re scribens, non nummo, quod verbum sol-  
lemnne est; sed ère paruo fundum ablatū scribit. Sequi-  
tur igitur, veram, nō imaginariam, hanc venditionem  
fuisse. idq; & Cæsari & Sernilia erat honestius.

TERTIA DEDVCTA EST. Contigerat per  
legem Cæsari, de qua supra cap. XLII. ut ad minimum  
quarta pars debiti, & saepe tertia summa deduceretur:  
deducere etiam, vti & perducere, unde perductores  
Plauto & Ciceroni, nō multum à lenonibus differētes,  
ad amoris conciliationem pertinent. Cicero igitur face-  
tissimi hoc dicto, & legem Cæsarī, & libidinem nota-

uit. Similis in Uerrinis locus, ad quem iste deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiam: & sup. cap. proximo, deductum in cubiculum. Adde Tib. cap. XLV. & Vesp. cap. XXII.

FILIAM SVAM TERTIAM. Juniam Ter-tiam vocat Macrobius vxorem C. Crassi. Sed quis hic C. Crassus fuerit ignoro. Seruilia vero maritum Iunium Silanum appellat Plut. Catone Uticensis, qui Cato Seruilia frater uterinus erat, auunculus Bruti: altera Seruilia Lucullo nupserat, & ipsa fama parum integra, ut totum Catonis Gynæcum. Vide Plut.

AVRO IN GALLIA STVPRVM E-  
LI. MISTI. Quod Beroaldus, & Glareanus affirmant in lib. ms. legi, aurum in Gallia effutuisti, id nos quoq; in tribus exemplaribus repperimus. & sane militari licen-tiae conuenit: de qua Mart. Consuevere iocos vestri quoque ferre triumphi, Materiam dictis nec pudet esse ducem. extat Catulli epigramma acerbissimum, eodem pertinens. Veterem tamen lectionem non reijcio. sic enim & Horat. Dede corum pretiosus emptor, lib. III. ode VI.

LII. UT NASO SCRIPSIT. Rectè sic ex inter-pre-tum sententia Pulmanni, cùm Vasa, pro Naso, ha-beant libri omnes quos vidi. Actorij Nasonis meminit supra cap. IX. At vero, pro Eunoen, codex unus è no-stris Einoen habet. Turn. Eunen mallet, lib. III. cap. XXII.

NAVE THALAMEGO. Tres libri, thalamo-que. Placet thalamego. qualem, teste Athenaeo, Ptole-maeus Philopator habuit, longitudine semistadij, lati-tudine xx. cubitorum, altitudine paulo minus XL. Seneca, lib. VII. de beneficiis, nauem cubiculatam vo-cat.

eat. tali nimirum, vittata insuper, Platonem ad se-  
nientem excepit Dionysius tyrannus. Plin. lib. vii.  
cap. xxx.

C. MATIVM. Sic exemplar Vaticanum, &  
Turnebi codices: quamquam alij Mattium, alij  
Macium scribi debere contendunt. huius C. Mati-  
ij ad Ciceronem, & Ciceronis ad Matium episto-  
la extant, lib. xi. de eodem ad Att. lib. ix. ep. xiiii.  
homo me hercule temperatus & prudens. Iterum ad  
Trebantium, lib. viii. ep. xv. quod in C. Matij suauissi-  
mi doctissimique hominis familiaritatem venisti.  
Communis Matij & Trebatij ad Ciceronem epistola  
exemplum inseritur lib. ix. ad Att. epist. xix. C.  
Matium quoque de re rustica scripsisse, ostendit Colum-  
mella, lib. xii. cap. iiii. Fuit & Cn. Matius: & qui-  
dem, ut ego arbitror, Caio vetustior: homo impense do-  
ctus. cuius Mimiambos citat Gellius, lib. x. c. xxiiii.  
lib. xv. c. xxv. & lib. xx. cap. viii. & Macrobius li-  
bro 1. Saturn. cap. lxxx. eiusdem etiam Fladiis libros,  
Gell. lib. ix. cap. xiiii. & lib. vi. cap. vi. quamquam  
mendosè ibi Trimatum pro Cn. Matium scribitur.  
Varro quoque, ni fallor, lib. vi. de ling. Lat. hos versus,  
Corpora Græcorum mærebat mandier igni: &, ob-  
sceni interpres funestique ominis auctor: quam-  
quam nec prænomen ibi exprimitur, nec operis titulus;  
& pro apud Matium, quidam codices apud Marcium  
vatem habent. Plinius etiam Cn. Matij equitis memi-  
nit, qui primus nemora tonsilia inuenit: & eum Augusti  
amicum vocat, lib. xii. cap. ii. nisi tamen C. Matius  
ibi legendum sit; ut idem, mortuo Cesare dictatore, in  
Augusti amicitia perseverauerit. Fuit & malum  
Matianum, à quo chm<sub>3</sub> velis Matio appellatum: de quo

Plin.lib.xv.cap.xiiii. Colum.lib.v.cap.x. Macrobius tamen, lib. iii. cap. ix. Mattianum vocat: ut numirum Attius, pro Atius; Attolius, pro Atilius. vide Suet. Domit. cap. xxii.

LIBRVM EDIDIT NON ESSE CÆSARIS FILIVM. Atqui Antonius Oppij testimonio probare voluit esse Cæsaris filium. aut ergo tollenda est negatio, quod Glareano videtur: aut fatendum est, Oppium aliter scripsisse quam Antonius diceret. quod ego sane crediderim. maximè si Antonium id Senatui affirmasse dicamus, quo tempore, ante bellum Actiacum, Cæsarem Octavianum tanquam insititum criminabat, cum verus supereasset filius Cæsario, ex Cleopatra: quam idcirco Reginam Regum appellari iussit, & Cæsarionem pro germano Cæsaris filio haberi voluit, quod ita Dio, sub finem lib. XLIX, & Zonaras de Antonio tradunt, ac credibile est tunc Oppium in Octiani, cuius partibus adhaerebat, gratiam singularem ea de re librum edidisse, cui titulus fuerit, Non esse Cæsar's filium quem Cleopatra diceret. Scio tamen Diogenem scribere, à III viris, ac proinde durante adhuc Octiani atq[ue] Antonij amicitia, Cleopatra, quodd Dolabella auxilia misisset, concessum fuisse ut eius filius Ptolemeus, cui cognomen erat Cæsario, rex appellaretur quo tempore siquid forte Antonius Senatui ea de re affirmauit, quia verisimile non est Oppium tunc contradictorum fuisse, amplectenda erit Glareani sententia, ut hunc locum sine negatione legamus. Celare etiam lectorem nolim, in libro quodam pernustus, pra quem Cleopatra dicat, legi quemque Cleopatra dicat, pro quemquem, ut arbitror: in altero vero, quidquid Cleopatra dicat. Itew, pro (Senatui affirmauit:

quæ

quæ scire) se natum, affirmauit que scire.

HELVIVS CINNA. Recte, pro Helius, simile mendum infra, cap. LXXXV.

QVAS ET QVOT DVCERE VELLENT LICERET. Melius libri ms. quas, & quot vellet, ducere liceret. Tres tamen, pro vellent, habent vellet: sed, sine vellet sine vellent legas, imperfecta oratio est: ut omnino suspicer subesse mendum. quis enim credat Cesarem eo venisse demetia, ut ipso nome legis auctore, nullo neq; ordinis neq; statu habitu discrimine, promisconè quas & quot quis vellet ducere uxores posset: pressertim cum honestas nuptiarum, & parentum iura (quod ante vidimus c. XLIII.) ei maximè curæ fuerint? Denumero vero contingū, exhausta ciuibus repub. minus mirandum erat si vni plures uxores ducere permitteretur. nā & Socrates hist. eccl. lib. I I I . cap. XXXI. scribit Valentianum Imperatorem, religione Christianum, legem publicasse, qua vni duas habere liceret: suo videlicet exemplo, qui Seueram & Justinam adiunxerat. Quia quidem ratione motus legere hic velim, vt uxores, liberorum quærendorum causa, quot quisque vellet ducere licceret: vel, cuique quot vellet duc. lic. vt exigua mutatione, pro quas &, vel quisque, vel cuique legatur. & fortassis, cum quoique scripsisset Suetonius, eam electionem alij corrupere. Nunc iure nostro qui bina sponsalia binasue nuptias eodem tempore constitutas habuerit, infamis est. l. I . de his qui not. infam. l. II . cod. de incestis nuptiis. Adde l. XLIIII. de ritu nuptiarum: qua opinionem hanc meam egregie confirmat.

VERBUM M. CATONIS EST. Liber unus, M. Catonis verbū est: alius, M. Catonis est verbū: alius, vt M. Cato ait, legendū puto, M. Catonis est, sine verbū.

VR QVONDAM AB HOSPI TE. Liber optimus quodam. Plutarchus Valerium Leonem Mediolanensem vocat, qui asparago vnguentum pro oleo infuderit. quare conditum, media syllaba producta, legendum videtur. Alij corripiunt, ut pro vetusto accipiatur: olei enim vetustas tedium affert; viride incundius est. Plin. xv. cap. ii. & Cato de re rust. lxv. Indifferentem vero circa vietum vocat, qui quid ederet parum obseruaret. Sic de inobseruantia Augusti, quod certum edendi tempus non seruaret, cap. lxxvi.

**LXXXII.** DIVENDERET. Magis placet diuideret, ut in quatuor ms. nam ipse certe non diuendidit. Quod autem ternis millibus nummum dicit, id ut cum auri ad argentum proportione conueniat, vide Budacum, si lubet, de aſſe lib. iii.

SOCIETATES AC REGNA. ut nempe vel Rex appellaretur aliquis à pop. Rom. vel socius.

EVRATVS E CAPITOLIO. Aliquid de hoc. Plin. lib. xix. cap. iii.

**LV.** ELOQVENTIA MILITARI QVA RE. Cæsar in omni genere eloquentia excelluit. & ante accusationem Dolabellæ vix militasse eum crediderim: tantum abest, ut eloquentia militaris ipsi tunc rufui fuerit. autius quoque versatum in foro, Ciceronis oratio pro Ligario ijs verbis ostendit, Causas Cæsar egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Deinde quid attinet de militari tantum eloquentia dicere, si patronos aut æquauit omnes aut excessit? neque enim patroni in iudiciis versantes castrensi eloquentia utitur. Quibus rationibus ductus, expunctis alijs, legendum puto, Eloquentia qua aut æquauit. Non negauerim tamen, eius eloquentiam in bello

bello ac militum adlocutionibus præcipue valuisse. Si quidem eodem animo dicere solitum quo bellauit, auctor est Quintilianus: & ipse Cæsar, aduersus Ciceronis de Catonis laude orationem scripturus, militarem tantum sermonem sibi tribuit: precatusq; est, ne id contra oratorem exercitatissimum sibi fraudi esset. auctor Plutarch.

QV ID ORATORVM QVEM. Mallem oratorem, vt in duob. MS,

STRABONIS CÆSARIS. Nempe gentilis sui: cuius orationis, qua respondit Sulpicio, meminit Prisc. lib. v. de Sardis vero occurrit nunc Ciceronis locus, lib. 11. de Officiis, vt nos pro Siculis, Iulus pro Sardis. et diuinat. in Verr. sub finem, C. Iulus Cn. Pompeium, Pompeij magni patrem, diuinatione contra T. Albutium vicit. Vide locum. nam de Iulio Strabone loquitur: ex cuius diuinatione, qua Pompeio prælatus est, & oratione contra T. Albutium pro Sardis, C. Iulus Cæsar suam, tam diuinationem, quam orationem contra Dolabellam, instruxit.

INTER QVAS TEMERE QVÆDAM FERVNTVR. PRO Q. METELLO. Sic distinguo ante Pro; quod à littera maiuscula inchoandū, ne quis plures orationes pro Metello eum scripsisse existimet. Temere autem, id est, per errorem. & Metellum Nepotem intelligit, de cuius Tribunatu sup. cap. XVI.

AVGVSTVS EXISTIMAT MAGIS AB ACTVARIIS. Liber vñus existimabat. sed nihil muto. Nam Augustus, vt puto, id in opere aliquo scripsit, quod Suetonij etate extabat: & forte eo in libro, quo Bruto de Catone rescripsit infr. August. cap. LXXXV. Actuarij vero idem qui notarij; inde dicti, quod

quod acta notis excipiebant. l. IIII. de his qui not. infamia.

NE INSCRIPTAM QVIDEM PRO METELLO SED QVAM SCRIPSIT METELLO. Quanto venustior erit oratio, si expunctis duabus dictionibus, ex glossate aliquo sumptis, sed Metello legamus?

IDE M AVGVSTVS ORATIONEM ESSE VIX. Exemplum alterius orationis temere insertae. In duobus autem cod. ms. duas illas dictiones, oratione esse, desiderantur: quas sane abesse non agre feram. minus tamen molestae sunt, quam de quibus paulo ante.

LVI. ALII ENIM OPPIVM. Dele enim, ut in trib. ms.

CICERO IN EODEM LIBRO. Libri duo, Cicero eodem Bruto: vñus, Cicero Bruto. hanc dubiè melius. Nam tametsi ante, capite proximo, Ciceronis Brutum nominat, ibidem tamen ad Nepotem quoque scripta citat. Item paulo post, parata, pro paratam, tres Cod. quod & Glareanus probat. & volent, pro volunt.

RELIQUIT ET DE ANALOGIA LIBROS DVOS. Horum Quintilianus & Gellius meminere. & Gell. quidem, lib. xix. c. viii. ad M. Ciceronem eos scriptos fuisse restatur: quo sit, ut suspicer verba, ad Ciceronem, hoc ipso mox capite non suo loco esse posita. Ilega igitur sic, Reliquit & de Analogia ad Ciceronem libros duos: & paulo post, Extant item ad familiares domesticis de rebus, expunctis illis tribus verbis, & ad Ciceronem. Neque enim Cicero tam illi familiaris fuit, suboffensa nimirum quod ipsum in Galliam secutus non esset. Adiuuat hanc coniecturam Gellius, lib. xxi. c. ix. vbi, libri sunt, inquit, epistolarum C. Cæsar is ad C. Oppium & Balbum Cornelium, qui res eius

eiis absentis curabant: non omis surus Ciceronem, si & ad illum liber extitisset.

PER NOTAS. Inf. Aug. cap. LXXXVIII.

FERVNTVR ET A PVERO ET AB ADOLESCENTE. Duo meliores cod. feruntur vero ab adolescente, deletis ceteris. nec displicet. &, tragedia Oedipus, non Oedipi. Tragedias vero Caesaris etiam Asconius commemorat.

COLLECTANEA. Sunt qui apophthegmata Caesaris hoc nomine intelligent: de quibus Cic. ad Petrum lib. ix. ep. XVI: verum volumina vocat Cic. Suetonius vero libellos fuisse indicat. & apophthegmata Caesar non adolescens sed matura iam etate collegit.

PUBLICARI IN EPISTOLA. Delein. sic enim duo MS.

MERITORIA RHEDA CENT. MILL. LVII,  
PASSVM. Liber opt. reda, & passum.

CAVTIORNE AN AVDENTIOR. Tres libri  
cautior an audentior, sine ne, ut ferè loquitur Tacitus. LVIII.

OBSSESSIONE CASTRORVM IN GER-  
MANIA. Cod. unus obsidione. sed & Cicero utroq.  
vus est, obsessio templorum, obsessio militaris viæ.  
Sup. cap. XXV.

A BRUNDVSTIO DYRRACHIVM. Liber  
opt. Brundisio Durachium.

AD ACCERSENDAS FRVSTRÆ SÆPE  
MISSET. Liber Ferrariensis, ad accersendas eas.

PROLAPSUS FTIAM IN EGRESSV. Tor- LIX.  
nacensis, prolapsus egressu sine in. De hostia vero au-  
fugiente, similis locus Tito cap. x. vide Galb. c. XVIII.

CVI AD OPPROBRIVM VITÆ SALVI-  
TONI. Sic Pulmannus: & sic lib. MS. nostri quatuor:  
at libri

at libri typis impressi, Salutioni; nonnulli etiā, Salutationi. Sunt quoque qui verba illa, ad opprobrium vietæ, ut ex glossatio profecta, delenda censeant: ideo fortassis quod in cognomine ipso nullum opprobrium videant. Plin.lib.vii.cap.xii. Scipiones duos, alterum à Serapione Suari negotiatoris mancipio; alterum à Salutione mimo traxisse nomen scribit. Sed & ille Plinius locus forte restituendus est, ut Saluitto legatur. nam in meo quoque codice Saluitto legitur. Verū sine Saluitto, sine Salutio, sine Salatto cùm Dione, extremo lib.xlii. quis manult; verba illa, ad opprobrium vite, à Suetonio addita puto: quo significet homini illi quem ex gente Cornelia sècum habuit Casar, non ob formæ cùm mimo similitudinem, ut priori illi Scipioni; sed ob morū potius turpitudinem, vite eq̄, infamiam, cognomen hoc adhäsisse. quanquam & nominis ratio, si veteres codices sequamur, nescio quid mimicum præfert; tanquam cui vita pro sale fuerit, aut ipsa vita sal atq; iucunditas. Sic enim & Catullus suum salipusum formauit: nisi quis mecum sentiens salicippium legere ibi malit. & lepidè de meretricula Lucr. lib.1111. tota merum sal.

LX. NON TANTVM DESTINATO. Liber optimis. non saepe; quod probo.

MOTVRVM PVTARET. Cod.Ferr.speraret.

CVNCTANTIOR. Meliores libri, contatior, & cunctatior: ut & alibi.

QVEM NON CASTRIS QVOQVE. Lib. opt. qui in alter, quin castris quoque.

LXI. VTEBATVR EQVO. De Caesaris equo Plin. lib.viii.cap.xlii. & plura Plut.

LXII. MORANTI CVSPIDE. Cod. unus, moranti se cuspidem sit comminatus. Valer. iii.cap. ii. Cuspiderem

spidem autem intelligo, quo aquila, vii & alia signa militaria defigebantur: & aquila quidem in edicula, ut in vetustis numismatibus cernitur. vide Dionem lib.XL. de Crassi expeditione Parthica.

IMO MAIORA ETIAM. *Quis non videt* LXIII.  
totum hoc adulterinum esse? *Lego itaque*, non minora illa constantiae eius indicia fuerunt.

VECTORIA NAVICULA. Sic duo libri ex nostris: & sic, Turnebi secutus auctoritatem, Pulmannus restituit. Ego tamen victor retineo, *victoria enim addebat animum: & cum nauiculam dicit, satis intellegimus vectoriam fuisse.*

L. CASSIVM. Appianus eundem Cassum fuisse vult qui postea Cæsarem occidit. at qui hunc Casium vocat & ipse, & Sueton. inf. c. LXXX.

ERVPTIONE HOSTIVM SVBITA. Liber LXIII.  
Ferr. eruptione hostium facta subito compulsus.

NEQVE A FORTVNA. Mallem à forma, LXV.  
quamvis repugnantibus libris: vt Cæsar non tam corporis aptitudine, quam re ipsa vires expenderit. Ipse autem lib. I. Com. scribit, se non minus ab milite modestiam & continentiam, quam virtutem atque animi magnitudinem desiderare.

VBIQVE AC SEMPER. Liber unus aut, pro ac mihi utrumq; expungerem nulla religio est: vt, ubique semper, legamus.

AMPLIFICANDO EMENTIENDO QVE. LXVI.  
Liber unus ementiendo, sine copula. Sed ementiiri ferre apud antores nescio quam iactantiam in fingendo ac mentiendo significat, vt ementiiri stirpem, genus. Ovid. v. Metam. qui se genitum septemplice Nilo ementitus erat.

E Q V I T U M    XXX. Appianus Iubam habuisse  
scribit equitum xx. peditum xxx. M. elephantos l. x.  
Quare legendum censeo, cum x. legionibus, equitum  
xxx. milibus, elephantis ccc: deleto, leuis armaturæ  
c. m. De equitibus enim antè dixit. nec placet hoc de  
cataphractis intelligi: ea enim nō erat Maurorum aut  
Numidarum militia; & alioquin etiam sine his ab-  
unde famam auxerit Cæsar.

I V B E B O   A V E H I. Libri ms. duo & editio Ger-  
manica, iubeo. quod sancè magis ducem sapit, maximè  
comminantem militibus.

LXVII. N E Q V E   P R O   M O D O. Gabriel Faërnus vir  
doctissimus legebat, pro more: vt ad ius militie refera-  
tur, non ad delicti modum. neque enim verisimile est a-  
pud Cæarem, uti apud Stoicos, delicta fuisse equalia.

LXVIII. E V I A T I C O   S V O. Viaticum hoc loco peculium  
ipsum seu facultates militis significat: vt & apud Hor-  
rat. lib. ii. epist. ii. Luculli miles collecta viatica  
multis Ærumnis. sed & Vlpianus, l. xvii. de rebus cre-  
ditis, filij familias viaticum dixit: & Gellius, lib. xvii.  
cap. ii. magnum viaticum, pro magna facultate, ac  
paratum magno: vt Greci επόδιον ad aliarum etiam re-  
rum, quam itineris, apparatum transferunt.

E T   V N I V E R S I   M I L I T E S. Tres libri, Uni-  
uersi mil. fine &c.

G E N E R E   P A N I S   E X   H E R B A. Lapsanam  
vocat eam herbam. Plin. lib. xix. cap. viii. his verbis:  
Nec non olus quoque silvestre est, triumphorum  
Divi Iulij carminibus iocis que celebratum: alternis  
quippe versib. exprobrauere, Lapsana se vixisse apud  
Dyrrachium. sic locus ille corrigendus; cùm pro trium-  
phorum codices vulgati trium foliorum habeant. Et  
olus

IN C. SVETON. COMMENT. 65  
olus quidem silvestre vocat etiam Dioscorides, lib. II.  
c. CIX. sed solius est hirsutis, Napi similibus. Cæsar lib.  
III. de bello ciuili, radicis meminit; quam Charam vo-  
cabant de qua vide quæ ad Plinium notaui, lib. XIX. c.  
V. vbi de Armoracia.

VEL CASSII SCÆVÆ CENT. VEL C.  
ACILII MIL. Valerius Maximus, lib. III. cap.  
II. M. Casium Scenam & C. Atilium vocat, quos Cas-  
sium & Acilium Suetonius. Plutarchus cum Valerio  
de Atilio consentit.

APVD PLACENTIAM. De hac seditione  
Appia. Dio, Lucanus lib. VI.

LXIX.

QVANQVM ADHVC IN ARMIS POM-  
PEIVS ESET. Atqui bello ciuili Pompeius arma  
non nisi cum vita depositi: ac seditio illa Placentie mo-  
ta est, post deuictos Petreum & Afranium, Cæsare ex  
Hispania redeunte. quare dictiōnem, adhuc, abesse mal-  
lem. nihil muto tamen. Duo libri in armis adhuc.

CVM IGNOMINIA MISSAM FECIT.  
Sic Aug. cap. XXIIII. decimam legionem cum igno-  
minia totam dimisit. Vide f. C. l. II. de his qui notan-  
tur infam. & l. XIII. de remilitari.

QVA QVIRITES EOS. Tacitus lib. I anna-  
lum, in oratione Germanici ad milites. Dio lib. XLII.  
Simile quid apud Lampridium Alexandro.

TAM FACILE CIRCVMEGIT. Elegans  
verbum, quo & Seneca vsus est, II. Controvers. ad hæc  
nova & diuersa imperia subito me circumagi posse  
putas. Hor. lib. I. Sat. IX. nil opus est te Circumagi.

STIPENDIARIVM. PRONVNCIATVM. LXXI.  
Liber optimus, pronunciavit. placet. Sed ignorata hu-  
iis rei historia locum Suetoniū paulo difficultiore reddit.

E

Iubam,

*Jubam, qui postea à Cæsare in Africā victus est. Hiems-  
psalis fuisse filium, auctor est Dio lib. xli. vbi de Curio-  
nis cæde loquitur. Hiempsalem autem illū Pompeius,  
Sullanis temporibus, regem instituit. auctor Plut. Pō-  
peio. aduersus quem tunc Cæsar Masintham defen-  
dit: cumq; ab aduersariis illum aliter tueri non posset,  
stipendiariū pronunciauit; vt, pro milite habitus, mi-  
litari iure protegeretur. Aliter tamen Beroaldus,  
negans stipendiariū pro milite accipi debere. Sed  
Masintham Afrum, ad discrimen fortassis legionario-  
rum, stipendiariū nomine comprehendit Suetonius.*

LXXII. *LOCO Q V O D V N V M E R A T.* Verba male  
collocata. *Lego igitur, loco in diuersorio, quod vnum  
erat, cesserit. atque ita legendum esse nō dubitabit qui  
Plutarchum idem scribentem viderit.*

\* *H V M I A C S V B D I V O.* Ante cubiculi, quo  
Oppio cesserat, fores. Sub diuo autem, pro sub dio, sem-  
per in optimis quibusq; exemplaribus scriptū inuenias.  
*Horat. lib. iii. od. ii. vitamque sub diuo, & trepidis  
agit in rebus.*

*S I G R A S S A T O R V M.* Liber vnius ē nostris sic,  
se grassatorum & sicariorum ope in tuenda sua di-  
gnitate vsum esse: talibus quoque parem gratiam re-  
laturum. *quam lectionem sanè magis probo.*

LXXIII. C. MEMMII. *De hoc C. Memmio, & C. Licinio  
Calvo, sup. quoq;, cap. XLIX.* At pretura huius C. Mem-  
mij fit mentio sup. cap. XXIIII. Consulatum petiuit,  
An. V. DCC. summa contentione. Cicero ad Q. fra-  
trem lib. III. ep. II. ad Att. lib. IIII. ep. XVI. XVII.  
XVIII. *damnatusq; de ambitu, in Gracia exulanuit.*  
ad exulantem plures Ciceronis epistole, libro XIIII.  
virum bonum, artibus eruditum, & oratore argutum,  
vocat

vocat Cic. in Bruto. *Catullus contrà acerbissimè cum perstringit. Sed hæc sufficiant.*

SATISFACIENTEM. Sic Tib. cap. xxvii. Consularem satisfacentē sibi. et Claud. cap. xxxviii. tantum non satisfaciens veniam dedit. Solebant qui verbis aliquem laſerant, iurare nolle se ea diūta esse, atque ita satisfacere. Plut. Amph. act. iii. Mane, arbitratu tuo iusurandum dabo, Me meam pudicam esse vxorem arbitrariet. & sc. sequente, quando exiurasti te mihi hæc dixisse per iocum. Ter. Adelphis, Tu quod te posterius purges, nolle hanc iniuriam mihi factam esse, huius non faciam. Sequitur, noui ego vestra hæc, nolle factum, dabitus iusurandum esse te indignum iniuria hac. ridet enim Sannio veterem satisfactionum formulam. Vlp. l. v. de iniuriis, Hac lege permititur actori iusurandum deferre, ut reus iuret iniuriam se nō fecisse. Adde Suet. Claud. cap. xxxviii.

IVGVLARI PRIVS. Vinos ergo cruci suffi- LXXXIII; gere moris erat: quo nullū supplicij genus acerbius. vide, si lubet, Plutarchum.

CORNELIO PHAGITÆ. Is Sulla libertus, & eius sauitia satelles. sup. c. i.

A MANV SERVVM. Mallem abesse dilectionem seruum. Aug. c. LXVII. Thallo à manu. Vespas. c. III. Cænidem libertam à manu. alibi a manuensem vocat Tito c. III.

NON SVSTINVIT IMITARI. Sic antè, LXXXV; non sustinuit nocere, pro noluit. frequens Suetonio.

NISI IN PROELIO. Sic Cic. nisi armatum cæsum ab eo neminem.

QVORVM TAMEÑ ET AFRANIVS ET  
EZ FAVSTVS

FAUSTVS PRIORES. *Locu omnino corruptus est;*  
*ut cum Pulmannus, homo aliqui diligentissimus, per-*  
*scripsit. lego igitur, vt in cod. Ferr. & editione Germa-*  
*nica An. M. D. XXXIII. quoru tamen & priores post*  
*imperatam veniam rebellauerant, & L. Cæsar liber-*  
*tis seruisque eius Idq; cum historia conuenit, loquitur*  
*autem de L. Casare iuniore.*

AD MVNVS POPVL. *Quod populo paraba-*  
*tur. Alij, ad munus publicum. nec male. fortasse mu-*  
*nus p. per notam scriptum fuit.*

STATVAS L. SVLLÆ ATQVE POM-  
 PEII. *Refert Plutarchus Ciceronis dictum, Cæsarem*  
*restituendis Pompeij statuis suas seruare ac stabilire.*

AVLIQUE CÆCINÆ. *Cacina Liciniorum co-*  
*gnomen. & hunc quidem A. Cecinam styli pœnam de-*  
*diffe, monstrant Ciceronis epistola: maxime septima;*  
*lib. VI.*

PITHOLAI CARMINIBVS. *Lib. unus, cri-*  
*minibus. fortassis melius. De eo Macro. lib. 11. cap. II.*  
*Octacilius Pitholaus, cum Caninius Rebilus uno*  
*tantum die Consul fuisset. dixit, ante Flamines, nunc*  
*Consules diales sunt. Alij Votacilius scribunt. sed*  
*scribendum, Otacilius: ut in veteri numero, MARCIA*  
*OTACIL. SEVERA AVG*

CIVILI ANIMO. *Id est aquo & remisso, qua-*  
*li esse inter se cives decet: non eorum more qui, vt Cicero*  
*nis utar verbis, & qualitatè communis iuri, præstantia*  
*dignitatis aut fortunæ sua, transiunt. Sic genus vita ci-*  
*uile Tib. cap. x. & Claudi. cap. XXXV. Plinius queq; lib.*  
*XIIII. cap. IIII. quæ usura civilis & modica. Sed &*  
*odiu ciuile eadē ratione dixit Cicerone Milone, his ver-*  
*bis, Quid enim odisset Clodiū Milo, segetē ac ma-*  
*terialiā*

teriam suæ gloriæ, præter hoc ciuile odiū, quo omnes  
improbos odiimus? nec enim *P. Victorio assentior, lib.*  
*Variarum lectionum xxi.* qui pro ciuile, illuc cōmune  
substituit. *Adde Juuen. Sat. v.* Poscimus ut cœnes  
ciuiliter. *Ovidius etiam,* exercet patrias plusquam ci-  
uiliter iras, cui non dissimile illud *Lucani exordium,*  
*Bella per Emathios plusquam ciuilia campos.* sic enim  
& *Tacitus lib. i.* *Ann. de Asinio Gallo,* iampridem  
inuisus quod plusquam ciuilia agitaret. *Hinc ciuili-*  
*tas, Aug. cap. li.* clementię ciuitatisque eius. *Capi-*  
  
*tolinus Antonino Pio, Imperato-*  
rium fastigium ad suam ciui-  
litatē deduxit. Merito igitur, ob  
insignē animi moderationem, tem-  
plum Clementia Cesari decretum  
fuit. *Plut. Dio.* Nummi veteres,  
qualis apud me seruatur.

NON ENIM HONORES MODO NI- LXXVI.  
MIOS RECEPIT UT CONS. Particula ut  
non est in duobus ms. nec sanè requiritur. Sed & verbū  
recepit abesse malim: ut tota hec oratio referatur ad id  
quod sequitur, decerni sibi passus est. Nam, Dione  
testē, ex his qua illi decreta sunt nonnulla distulit, que-  
dam etiam nō recepit. & certè continuum consulatum,  
primo ad quinquenniū victo statim Pompeio, deinde ad  
decennium quoque, denictis Pompei liberis, utcumque  
recepérit; non tamen continuò gessit.

PRÆNOMEN IMPERATORIS. *An-*  
*tei qui exercitibus præerant, re bene gesta, vel mi-*  
*litum favore vel decreto Senatus Imperatores saluta-*  
*bantur: Cesār, & qui cum securi sunt, quo summanq*

ostenderent potentiam, in pranomen verterunt: Greci  
ideo αὐτονόμοις vocant. Remansit tamen militaris  
quoque appellatio, quoties vel ipsi, vel ipsorum auspiciis  
alij, rem feliciter gesserant. quod & Dio prolixè  
tradit: & passim in marmoribus ac numismatibus cer-  
nitur. ut puta, IMP. CÆS. DIVI F. AVGV-  
STVS PONT. MAX. COS. XIII. IMP.  
XX. TR. POT. XXXVII. P. P.

THENSAM ET FERCVLVM. Honor ille  
Circensi pompa Diis tantum ac semideis, quorum ani-  
mae relate in calum erant, habebatur: Cæsar eum vi-  
uenti sibi deferri passus est. Dio, Antiq. Rom. lib. VII.  
de Circensi pompa loquens, postremum, inquit, agmen  
claudebant simulacrorum baiuli. Deos deinde énu-  
merat, quorum simulacra gestabantur. quæ cùm admo-  
dum essent pretiosa, ac qui pompam ducebant angustissi-  
ma & ipsi (quod tradit Liu. lib. v. ueste vteretur; ele-  
ganter Quid. Aurea pompa venit, linguis animisque  
fauete. quo versu simul & materia prestantiam, et deo-  
rum religionem exprimit. Est autem thensa, vt Gram-  
matici volunt, vehiculum ipsum sacrum. ferculum ve-  
ro, vehiculi pulpitum cui simulacra imponebantur. Cic.  
Verr. ultima, Omnes Dij qui vehiculis thensarum  
sollemnes cœtus ludorum initis.

LUPER COS. Cum binæ essent Lupercorum sodali-  
tates, Cæsar tertiam addidit, eorum qui Iuliani voca-  
bantur. Dio initio lib. XI. III. plura de hoc Hadr.  
Turnebus, Aduersar. lib. VII. cap. III.

DECRETÆ CVM CONSULATIB. SI-  
MVL. Cæsari, quod ante eum nemini permisum fuit,  
ut uno eodemq; tempore Consul simul & dictator esset,  
hoc significat hic Suet. atque una rationem edit, cur  
tantum

tantum titulo tenus consulatus duos gererit. cu[m] enim ut dictator omnia in Rep. posset, consulis potestate non indiguit: atq[ue] alios sufficiendo, amicitias auxit, ac conservauit, & que promiserat facilius praestitit. quae huic loci sententia paulo clarior erit, si pro consulatibus, legamus consulatu.

**V**TROQVE ANNO BINOS. Casarem id quarto cōsulatu fecisse omnes affirmant: Dio in primis, suffetti enim fuere, Q. Fabius Maximus, & C. Trebonius: & rursus in Maximi, p[ro]id. Cal. Ian. defuncti, locum C. Caninius Rebilus, in quem tot Ciceronis iocū consul factus est. Sed an idem tertio quoq[ue] cōsulatu factitarit, incertum est. Nam & solus, quod sciam, hoc Suetonius affirmat: nec alterius quam M. Lepidi, tunc cōsulisi, & magistri equitum, nomen inuenias. Fessellit fortassis Suetonium, quod anno DCCVI, qui tertium Cæsar[is] cōsulatū p[re]cessit, ac diu sine cōsulibus ac prætoribus fuit, Cæsare in Ægypto ac Poto res gerente, tandem Q. Fusius Calenus & P. Vatinius creati cōs[ul]s. fuere: et fortassis tertiu[m] Cæs[ar]i cōsulatū illi anno attribuit. Suet. Verū qui de dictaturis et cōsulatibus Cæsaris exactius velit cognoscere, quia res obscurior est quam ut paucis verbis explicari possit, eos cōsulat qui Fastos cōcinnarunt

**C**OMITIA NULLA HABVERIT. Toto eo tempore quo, victo Pompeio, Ægypti, Ponti, & Afri-  
cae bellis Cæsar distinebatur, nulla p[re]ce habita comiti-  
tiorum ratio, ac ne bello quidem Hispanensi sed magis  
tri equitum, primum Antonius, postea Lepidus, ab-  
sente Cæsare res urbane administrarunt.

**P**RÆFECTOSQVE PRO PRÆTORI-  
BUS. Auct[or] est Dio lib. XLIII. Casarem contra Po-  
pej liberos in Hispaniam proficiscentem, Lepido urbis

*custodiam commendasse: ut una cum praefectis, quos  
moniaribus vocat, vel octo vel sex (neque enim de nu-  
mero satis constat) res interea administraret. Sed an hi  
pratorum loco fuerint, an vero pratoria potestate pre-  
dicti, incertum est. Suetonius indicat, ut neque comitia,  
sic neque praetores tunc fuisse: Dio vero quarto Cœsaris  
consulatu factos dicit praetores xiiii, & questores xl.  
sequenti vero praetores xv. De pratorum quoq., uti &  
Ædilium & questorum numero aucto, ipse Suet. sup.  
cap. xli. & I.C. Pomponius, l. II. de origine Iuris. Sed  
verisimile est eo anno designatos tantam fuisse, non etiam  
in ius magistratum. Mirum autem quod Suetonius  
praefectos hosce constitutos dicit, qui presente Cesare  
administrarent: quod nec res ipsa fert, & Dionis aduer-  
satur. Quare dictiones illæ, se presente, aut amouenda  
videntur; aut corrigenda, ut se absente legatur, vel et-  
iam se praesente. Inter hos vero praefectos fuere, ut ego  
arbitror, L. Munatius Plancus, & L. Liunius Regu-  
lus: quorum numismata, illius aureum; huic argenteum  
sermo: illud cum hac inscriptione, C. CÆS. DIC.  
TER. L. PLANC. PRÆF. VRB. hoc cum  
ista, L. REGVLVS PRÆF. VR. De Plancu  
tamen dubitari potest. bello enim Hispaniens. praesens  
Cesaribonam operam nuanuit: sed cum praefectura illa  
dintius durauerit, quod ex Dionis ipso colligitur ex-  
tremo lib. xliii. poterat Plancus interea etiam in ur-  
be esse. Errant vero qui ex hoc Suetonij loco volunt  
praefectos urbis, de quibus peculiari titulo I. C. nostri,  
& quorum potenter sic postea excrenit, sub Cesare di-  
ctatore institutos fuisse. Nam ipse Suet. prefecturam  
urbis inter officia ab Augusto inuenta commemorat,  
cap. xxxvii.*

IN PAVCAS HORAS PETENTI. Is Caninius Rebilus fuit, de quo paulo ante. Fabio enim, prid. Cal. Ian. mortuo, successit, infr. Ner. ca. xv. Macr. lib. ii. cap. ii. Tacitus hist. lib. iii. ideo id factum dicens, quod belli ciuilis premia festinabantur.

IN PLVRES ANNO\$ Facetè igitur Cic.ad  
Att.lib.xvi. Cesarem in codicillorum fastis non minus  
longas futurorum coss. quam iam factorum paginas  
babere.

PECVLIARES SERVOS. Cùm monete III  
viri monetales, vēctigalibus verò publicani ac manci-  
pes ante praficerentur; Cæsar seruos prefecit: neque hos  
publicos; sed proprios, quos, ut Turnebus exponit, pecu-  
liares vocat Suetonius. sic numirum peculiares loculi,  
inf. Galba, c. XI I. mallem tamen peculiares ideo dici,  
quod illi instantium rei curam gererent. poterant & per  
contemptum sic vocari: vt peculiare vinum, l. IX. de tri-  
tico, vino & oleo leg. quod in usu seruorum sit, ac pro-  
inde vilissimum. verum id de Cæsare non crediderim.  
Cæsari autem pecuniam omnem, & publicam & pri-  
uatam, traditam queritur Cic. ad Att. lib. VIII.

R V F I N I L I B . S V I F I L I O . Sic Pul-  
mannus, Turnebō auctore, restituit: cūm libri omnes  
Rufioni, aut Rufioni habeant. & sanè Rufini cogno-  
men, quod Corneliorum est, liberto Cesaris non conne-  
nit. Rufioni igitur ita seruo, ex tribus ms. vt tamen  
Rufioninon displicat. Nam & Rufio Trebatiorum  
cognomen est: ut in hoc vetusti lapide, C. V I B I V S  
C. F. M A C E R C. T R E B A T I V S - R V F I O F A C I V N D -  
C V R A V E R V N T. & Cicero, quadā ad Trebatium  
epistola, Rufio teus ita desider batur, quasi vnuis ē  
nobis esset. tuus nempe, quia eiusdem gentis. Sed  
E s hac

hoc putidius est: ac fieri potuit, vt & Trebatius ille Rufio libertini generis fuerit. Rusonis etiam mentio lib. XIIII. ad Att. &, ut nihil omittamus, apud Mart. apophor. CLXXV. Rusus Batani cuiusdam nomen est: unde Rufio. & quid si Rufino l.s.f. legamus?

LXXXVII.

T. AMPRIVS. Liber unus MS. T. Ampirus. Oberti Gifanij cod. T. Amplius. sed Ampius legendum, quod postea etiam Pulum nos monuit. T. Ampius enim mentio apud Cesarem, lib. III. de bello ciui. quam vulgati cod. T. Appium vocant. Ad Ampium etiam Cic. epistola lib. x. et eiusdem metio epistola quadam ad Atticum lib. VIII.

NIHIL AMPLIUS ESSE REMP. Melius ms. quatuor, Nihil esse remp. appellationem modo. Eodem ferme modo Cic. ad Att. nullum esse coloré, nullum succum, nullam formam relictam reipub. Cesare scilicet pro arbitrio eam moderante. nec male Lucanus, Omnia Cæsar erat.

SULLAM NESCISSERE LITTERAS. Atqui Grecis & Latinis litteris eruditissimus erat, adeo ut tremur a se gestarum commentarios scriperit. Plut. & Gellius. placet igitur Turnebi, & ante eum Sabellici, explanatio, ut Sullam Grammaticum esse negauerit, qui, quod Grammatici munus est, dictare nesciverit. Melior Cæsaris ratio, de qua sup. c. XXIX. difficilius se principem ciuitatis.

PRO LEGIBVS HABERE QVOD DICAT. Augusto primum, si Dionis credimus, concessum ut legibus solitus esset. hinc tandem eo ventum, ut quod principi placeret legis haberet vigorem. l. i. de constit. princ.

HARVSPICE TRISTIA ET SINE COR-

DE

DE EXTA SACRO QVONDAM. Sic Pulmannus quidem, & libri impressi omnes, nisi quod in quibusdam sacro quodam legitur: verum ms. quos vidi mirè dissentunt. Vnus, quem sequor, sic habet, Haruspice tristia, sine corde, exta sacra quondam nunciantre, rejecta & particula. ideo enim tristia, quia sine corde: & sacra, pro lacro. exta enim, nisi sacra, ostentum non faciunt. De hac Cicero lib. II. de dininat. Plin. quo<sup>j</sup>, lib. XI. cap. XXXVII. Cesari dictatori, qua die primum veste purpurea processit, atque in sella aurea sedet, sacrificanti bis cor in extis defuit. Julius Capitulinus, Pertinace, Eadem die immolante Pertinace, negatur in hostia cor repertum: & cū exta vellet procurare, caput extorum non deprehendit. Festus quoque, pestifera, inquit, auspicia esse dicebant, cūm cor in extis, aut caput in iecinore non fuisset: quod pestē scilicet atque exitium portenderent. vt pestiferum fulgur, quo mors exiliūmue significari solet. Idem Festus, V. postularia.

ET INEXPIABILEM. Tres cod. exitiabilem.  
placet. & mox, cum plurimis, pro pluribus.

LXXXVIII.

PRÆTER VEHENTI. Sup. cap. XXXVII. & de historia ipsavide Dionem, sub initium lib. XLIII. dico,  
de contemptu Senatus.

SACRIFICIO LATINARVM. Mos erat LXXXIX.  
vt Latinas ferias cōsul indicaret, ac Ioui Latiali in Albano monte sollempne sacrum faceret: Cesari vero inter nouissimos honores, ut tradit' Dio lib. XLIII. I, hoc quoque tributum, vt, feriis illis peractis, ex Albano monte curru in urbem inuheretur.

EPIDIUS MARULLVS. C. Epidi⁹ cuiusdam  
Commentariorum, in quibus arbores locuta feruntur,  
meminit

meminuit Plin.lib.xvii.cap.xxv. & Marulli quoque declamatoris mentio, apud Senecam controversia: quæ tamen liber meus vetus Marillum vocat: quod monitum volui. App. Marullor appellat.

SIVE UT FEREBAT. Liber unus, ut referebat, forte, præferebat,

DISCVTERE VOLVIT. Sic libri quatuor: non, valuit, nec male, ni fallor, nam quæ sequuntur, iam antè contigerant.

PLEBI REGEM SE SALVTANTI. Lib unus, plebeio, quod & Gifanius asserit. & sane plebeios apud Horat. quoque, lib. ii. Sat. iii. pro quo quis è populo ponitur, nil vltra quero plebeius. quam lectionem co magis probo, quod regni mentio, etiam sub Cæsare, semper uniuerso pop. Rom. displicuit. Cic. Philipp. ii. Sedebat pro rostris collegatus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus: ascendis, accedis ad sellam: ita eras Lupercus, ut te esse consulem meminisse deberes. diadema imponebas cum plangore populi; ille cù plausu reiiciebat. Idem de populo, clam palamq; dominationem detrectante, paulo post ipse Suetonius. Si quis ta non plebi retineat, meminerit plebei scriptum antè fuisse: unde alius plebeio fecerit. sed qui Dionem, hos prolixè narrantem legerit, priorem sequetur sententiam: nec minus, qui Plutarchum.

PROXIMO AVTEM SENATV PERCREBVT FAMA. Delende due dictiones postreme, ut in cod. ms. nam paulo antè positas nihil necesse est hic repetere. de hac autem L. Cottæ xvvirii sententia, Cic.lib. ii. de dinicat. xvvirum autem sacrorum intelligit.

LIBRIS FATALIBVS. Sic libros Sibyllinos  
vocat. vide inf. Aug. c. XXXI.

QVÆ CAVSA. Liber Ferrar. quæ sententia cau-  
sa coniuratis, quod, tamet si glossatum sentiat, non  
disspicet: postquam Suetonium per capita dividimus.  
LXXX.

BONVM FACTVM. Suet. Vitell. cap. XIII. Bo-  
num factum ne Vitellius Germanicus. Plinius lib. de  
Viris illustribus, vbi de Scipione Africano, (quem lo-  
cum Grammatici corrupere) Bonum factum. si in Ca-  
pitolium eamus. Veteres boni omnis causa sic praefar-  
ri, maximè in edictis, solent. Plant. Pænulo, Bonum  
factum, edicta ut seruetis mea. Tertullianus, edictum  
cui ascribi non poterit bonum factum. & no malus  
auctor Isidorus, lib. I. cap. XXII. Quædā litteræ in li-  
bris iuris veterorū suorū notæ sunt, quo scriptio bre-  
uior celeriorque fiat. Scribebatur enim, verbigratia,  
per B. & F. bonū factū, per S. & C. senatus consultū.

I IDEM IN CVRIA. Legi idem in curiam:  
sic enim duo MS nostri, et totidē q̄tos Pulmannus citat:  
vt Cæsar quos in triumphum duxerat, eosdem & in cu-  
riam duxisse acerbissimè notetur sup. cap. LXXVI. quos  
dam è semibarbaris Gallorum recepit in curiam. Sunt  
autem, quod & Turneb. annotauit, trochaici duo.

SUFFECTO TRIMESTRIQUE COS. Legi  
trimestri, sine copulatione. sup. LXXVI.

NON ESSE EVM CONSULEM POST  
REMOTOS. Interpungo post Consulem. Nam Fa-  
bius & Trebonius suffecti cos. fueré ante Casetum  
& Marullum tribunatu motos, quarto nempe Casaris  
consulatu; cū tribunorū offensa in quintū. & quidē sub  
anni fine, inciderit. Legi igitur, nō esse eū Consulem.  
Post remotos Cſ. & Mar. Trib. reperta sūt. et reuera-  
confūl

consul non erat, quem Caesar viuus, nec abdicare iussus, contra leges, nullo maiorum exemplo, sibi ipse suffecit. Dio.

CVM LICTOR ANIMA DVERTI. Verbum, ut videtur, sollempne lictoris; qui procedens magistratum, quo turbam summoueret (nam & hoc verbum sollempne esse ad Horatiū notauimus, lib. ii. Od. xvi.) animaduertere inbebatur: hoc est, obsernare atq; attēdere.

IPSIVS CÆS. STATUÆ. Dictio statuæ abest ex omnibus ms. & bene. sequuntur autem duo Trochaici.

PRINCIPIBVS CONSPIRATIONIS. Cōiurationis habet opt. codex, vt initio huins cap. quæ causa coniuratis fuit. Sed & cōspiratos vocat cap. proximo. & sanè conspiratio potius erat: nullo enim iureiurando, aut sacrificio; sed consensu solo, si Appiano credimus, conspirarunt.

LXXXI. DEDUCTI LEGE IULIA. Qua Caesar, primo consulatu, agrū Campanum xx. m. ciuum diuisit.

SEPVLCR A VETVSTISS. DISIICE-  
RENT. Liber optimus, discinderent. Hor. diffidit  
vrbium portas vir Macedo.

QVANDO OSSA CAPYS. Tres libri quandoque ossa Capys: & vnuſ, fore vt Ilio prognatus, pro Iulo, aut Iulio, vt vulgati codices. Turnebus, lib. xxi. i. cap. xiiii. inueniſſe ait, fore vt illo prognatus: & probat: sic tamen, vt Iulo non improbet. Verū quid Capys ad Cesarem? aut cur in eius sepulchro de Iuli posteris? quare Ilio magis placet. quandoque autem pro quandocunque vocabulum Horatio & Iurisconsultis frequens. quandoque nupserit, quandoque liberos habuerit. Suetonius tamen aliter ferre ysus est.

QVOS

QVOS IN TRAIICIENDO RUBICO-  
NE FLVMINE CONSECRARAT. Turnebus  
eodē loco Rubiconi flumini legit, dandi casu: vt equos  
Casar ipsi flumini consecrarit. ego Marti potius conse-  
cratos puto. vt apud Virg. Minervæ, lib. IIII. qua-  
tuor heic primum omen equos. Simile quid de bobus  
Diane Persicæ ultra Euphraten sacris, & Deæ nota,  
qua lampas est, insignitus, ac sine custode vagantibus,  
Plutarchus Lucullo: quo loco fortissimum illum Impe-  
ratorem Romanum Euphrati fluvio, quem Tigranem  
regem inuasurus traiecerat, taurum scribit immolasse.  
quod euidem sententiam nostram confirmat; taurifor-  
mes enim fluij à poëtis finguntur: vt ad Horatium no-  
tauiimus lib. IIII. od. XIIII.

VAGOS SINE CVSTODE. Tres libri, va-  
gos & sine custode. Exprimit autē, quod Graci huins-  
modi animalia Diis sacra cōsacrā appellant. De quo  
vocabulo eleganter P. Victorius, variarum lectionum  
lib. XXVIII. c. XXIIII.

COMPERIIT. Libri ms. comperit.

VBERTIM QVE FLERE. Huc haud dubie  
respexit Virg. in Pallantis funere, positis insignibus  
Æthon It lacrymans, guttisque humectat grandibus  
ora. & rursus Bucol. nulla neq; vndam Libauit qua-  
drupes, nec graminis attigit herbam. Plin. lib. VIII.  
cap. XLII. de equis, Præsagiunt pugnam, & amissos  
lagent dominos, lacrymasque interdum desiderio  
fundunt.

A V E M R E G A L I O L V M . Trochilum vocat  
Plin. (lib. x. cap. LXXIIII. & lib. VIII. cap. XXV.) par-  
num auem: qua, vt inquit, Rex avium appellatur, &  
cum aquila inimicitias exercet. Medici Graci passerem  
Tro-

Trogloditen esse volunt. valgo Regulus: hic Regaliolus.  
DEXTRAS IVNGERE. Dexteram, ms.

COLLABI FASTIGIVM DOMVS. Plutar-  
chus, auctorem citans Liuinū, fastigium, id quod ipse  
āp̄pt̄ior vocat, ornatus maiestatisq; causa Caesaris do-  
mo S.C. adpositum scribit. quod monere volui, ne quis  
locum hunc negligenter transeat. Fastigium vocat et-  
iam M.Tullius Philip.ii. Plutarchi interpres pin-  
naculū transstulit. Vide, si libet, P.Victorium, Variar.  
lect.lib. xvii. cap. xviii. & adde Suetonij locum  
Claud.c. xvii.

AB OBVIO QVODAM. Liber optimus, ab O-  
vio quodam. fortè Ovinio. Ovinij enim Romani  
sunt. Sed Plut. Gracum fuisse tradit, natione Gni-  
dium, Artemidorum nomine, & professione Rhetorem.  
Alij alium.

IDVS MARTIAS. Idus Martias ferales sibi  
Scorpionis occasu, annotauit ipse Caesar, si Plinio credi-  
mus, lib. xviii. cap. xxvi. quo magis sanè mirandum, si  
Spurinam irrisit, quem tantopere eius faculi auctores  
laudent. irridere tamen hominem videtur Cicero, fam.  
lib. ix. ep. xxvi.

LXXXII. CIMBER TILLIVS. Sic Pulmannus. libri nostri  
Tullium. App. Attilium vocat, sed male, nifallor. sic  
enim Seneca, lib. iii. de ira., Nemo umquam victoria  
liberalius vlus est quam Diuus Iulius: & tamen eum  
plures amici occiderunt quam inimici: inter eos Cim-  
ber Tullius, acerrimus paulo antē partiu eius defen-  
sor. Meminit eiusdem, vt ebriosi & sordidi lib. xii. epist.  
eum locum citat etiam Beroaldus:

ALTER CASSIVS. Sic quidem interpre-  
tes & ms. duo: quos Pulmannus sequitur. & sanè à  
Cassio

Cassio quoque vulnus accepisse Cesarem constat. constat etiam duos fuisse Cassios inter coniuratos: Qaium, qui & princeps coniurationis erat; ac Lucium, cuius meminit Cic. ad Att. lib. xiiii, epist. ii. quare etiā Turnebus, alter è Cassiis, legisse videtur. Sed tamen, ex App. & Plutarcho, Casca retineo: sic enim impressi omnes, & Ms. tres: & P. Seruilius Casca in telligo, ut eum vocat Dio li. xliii. utriusque in veteri nummo, qualem seruo, memoria supereft: in altera enim parte Neptuni effigies, aſcriptumque CASCA.



LONGVS. altera verò parte, vicitria, dextra palmam, sinistra pileum (quod libertatis est signum) ferens. Est autem Casca Seruiliorum cognomen: Longus, uti & Longinus, Cassiorum.

QVO HONESTIVS CADERET. Notus Euripidis de Polixena versus, πολὺς πρόνοιαν ἔχει εὐ-  
ζήμως τεστίν. quem refert Plinius, lib. xiiii, ep. ii. Cor-  
nelia virginis Vestalis supplicium narrans. Nec diffi-  
mille illud Lucani de Pompeio, ubi vidit cominus en-  
ses, Inuoluit vultus, atque indignatus apertum For-  
tunæ præbere caput. lib. viii.

KAI ΣΤ̄ TEKNON. In duobus, καὶ σὺ εἰπέιν,  
καὶ σὺ τέκνον; Alij, καὶ σὺ εἰς εἰπέιν; hic repete que de  
Cesaris & Seruilia Bruti matris amore diximus, ca. l.

ANTISTIUS MEDICVS. Codex unus, Antius.

F & Jane

& sanè Antistiorum nomen nobilius, quam ut medissa adaptetur: nisi tamen libertus fuerit, quales tunc ferè artuum professores erant. Nam & Antij Romani sunt, ut ex veteribus denarijs constat.

LXXXIII. L. PISONE SOCERO. Cuius filia Calpurnia, Cæsar's uxoris.

VIRGINI VEST. MAX. Idem de Augusti testamento Sueton. cap. c. i. & de testamento Antonij III viri, eius vita, Plutarchus. Sed & Ulpianus, l. 111 de tabulis exhib. Si custodiam testamenti Æditus suscepit. ostendit enim testamentum in æde sacra deponi solere.

ET L. PINARIUM. Dele &. De Q. Pedio Plin. lib. xxxv. cap. 1111: Q. Pedij, consularis, & triumphalis, atque à Cæsare dictatore coheredis Augusto dati, nepotem, cum natura mutus esset, Messalla orator picturam docendum censuit. Ab hoc lex Pedia, contra intersectores Cæsar's lata. Ner. c. 111. Triumphi vero eius meminerunt lapides Capitoli, Quinct. lib. vi, & Dio xliii.

IN FAMILIAM NOMENQUE ADOPT. testamento scilicet. ut Tiberium M. Gallius. inf. Tib. ca. vi: quo loco etiam adoptandi verbo utitur Suetonius. sed an propriè adoptio dici possit, ac legis actio, viderint J. C. Adoptare enim hic nihil aliud quam adsciores est. Suet. Galba, cap. xvii, Pisonem Frugi Liciniatum, testamento in bona & nomen adscitum, repente è media salutantim turba apprehendit: filiumq. appellans, perduxit in castra, ac pro concione adoptauit. Item Aug. cap. c. i, Heredes instituit primos Tiberium & Liuiam: quos & nomen suum ferre iussit. Atqui Tiberium multò antè adoptauerat. Cic.

Cic. 111 de offic. Cùm Basilius M. Satrium sororis filium nomen suum ferre voluisset, etimque fecisset heredem. Tunc autem verè censébatur adoptio, cùm is qui nomen ferre iussus erat, delato primum ad Praetorem urbanū testamento, à pop. quoq; lege Curiata obtinuerat ut in defuncti familiam transire posset. quod ab Octavio seruatum fuisse, Dio, & Appianus tradunt.

PLVRESQUE PERCVSSORVM. libri tres,  
plerosque.

IN SECUNDIS HEREDIBVS. ut si primos non adire contingeret hereditatem, ipse heres fieret: quod I. C<sup>ui</sup> vocant substituere, l. 1 de vulgari & pupillari substit. Horat. lib. 11 Sat. 1111, vt & scribare secundus Heres, & si quis casus puerum egerit Oraco, In vacuum venias, id est, vacantem, eius qui primo loco institutus est morte, hereditatem, tu, illi substitutus, occupes. sic prima & secunda cera, prime & secunde tabulae. de quibus plura ad Horat. & Nerone, cap. xvii.

POPVL O HORTOS CIRCA TIBERIM PUBLICE. Publica propriè dicuntur ea quæ populi Rom. sunt: quorum usus communis est, proprietas nullius. l. v, de rerum divisione. l. xxx, de acq. rerum dominio. Tales igitur horti Cæsar's ex testamento. meminit eorum Horat. lib. 1 Sat. viii, Trans Tiberim longè cubat hic prope Cæsar's hortos. eosdem, nifallor, n: umachie proximos fuisse ostendit Suetonius, Tib. cap. lxxii. Meminit corundem Cicero, ad Att. lib. xi ep. vi.

VIRITIM TRECENOS SESTERTIOS. Plutarch. lxxv. drachmas vertit: hoc est, totidem

F 2 dena-

84 LÆVINI TORRENTII  
denarios . nam quatuor sestertij denarium faciunt .  
Appianus hic mendosus est . Quæ verò sic populo , sine  
ordini aliqui , vel collegio , aut testamento aut inter vi-  
uos , ob causam aliquam , utputa initio magistratu , viri-  
tim donabantur , apto sanè vocabulo , sed a paucis obser-  
nato , divisiones vocant f . c . nostri . Paulus L . CXXV , de  
legatis lib . primo . & Marcellus L . XXXIII , de annuis  
legatis . ut dicti etiam diuisores inter operas campe-  
stres : de quibus Aug . cap . IIII . Adde quæ de sportulis  
notauimus , Domiti . cap . VII .

LXXXIV . AVRATA ÆDES AD SIMVLACRVM TEM-  
PLI VEN . ut (quod antè vidimus) Castoris ; sic Vene-  
ris quoq ; nunc templū , nunc ædem dici pro eodem , pas-  
sim apud auctores deprehendimus . huius autem loci  
sententia est : adiculam auratam pro rostris positam  
fuisse , ad simulacrum sine imaginem adis Veneris geni-  
tricis : in eaq ; lectum . Sic belli simulacula , Lucret . lib .  
II . simulacrum naualis pugna , Livi lib . XXIX simu-  
lacrum aliquod ac vestigium oinutatis , Cic . lib . X Fa-  
mil . Mallem autem abesse , ad . concinnior enim esset  
oratio . Appianus are à populo , & columna Numidicæ ,  
ab Antonio eo loco quo crematus fuerat Cesar posita ,  
meminit . Verùm hac ædes posita est , antequam cre-  
maretur .

MEN SERVASSE . Si versum explere velis , Men  
men legendum erit , atque ita scriptum fuisse arbitror :  
non men me , ut Pulmannus legit :

ET EX ELECTRA ATTILII . Mirabilbro-  
rum in eius poëta nomine varietas : sed frequentius ta-  
men Accium , & Attium vocant . Verùm cum Atij  
Electram nusquam repererim ; Armorum verò indi-  
cium sapius ; facile adducor , ut vocem Electra , profe-  
tam

*Et am ex glossate, remuendam censem. Legi igitur,  
& ex Atij ad similem sententiam. Nam & Atius &  
Pacunius eodem titulo trogædiam scripsere. De Atilio  
nihil memini.*

A S E V E R B A. Duo libri abs se. id est, de suo.  
*Dio elegantem & splendidam Antonij orationem suis-  
se tradit, eamq; recenset, lib. XLIV.*

L E C T U M P R O R O S T R I S. Greco more, id  
est, lectum qui pro rostris erat, aut in æde aurata pro  
rostris posita. *Qua de re eleganter Quintilianus lib.*  
*VI cap. 11, Populum Romanum egit in furorem*  
prætexta C. Cæsaris prolata in foro cruenta. Scieba-  
tur interficuum eum, corpus denique ipsum impo-  
situm lecto erat: vestis tamen illa sanguine madens  
ita repræsentauit imaginem sceleris, ut non occisus  
esse Cæsar, sed occidi tum videtur. *Lectum vero*  
*Virg. feretrum vocat, pars ingenti subiere feretro,*  
Triste ministerium. *Tacitus lib. II Annal. torum. sic*  
*enim de Germanici funere, vbi illa veterum instituta?*  
præpositam toro effigiem, meditata ad memoriam  
virtutis carmina, & laudationes & lacrymas? *Propert.*  
*vtroq; vsus est. Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus*  
eburno, Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

A D M A N V M A D E R A T. Libri quatuor, ad  
donum aderat. quod mihi sanè non displaceat. si enim  
cum sub sellijs tribunalia conesserant; quicquid ad ma-  
num erat eos concessisse re ipsa intelligitur, tamet si ver-  
bis non exprimatur. Nec inelegans locutio, quicquid  
ad donum. adde, quod præferentium munera ante  
mentionem fecit. *Munera vero proprie inferia dice-  
bantur: vt inferri, que mortuis donabantur. Qua de re*  
*elegans Scanola 7. c. locus, l. vlt. de auro, argento*

mundo legatis, Mulier quædam decedens, testamento ita scripserat: Funerari me arbitrio viri mei volo; & inferri mihi quæcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis. Verba sunt, testatrix iubentis sibi inferri ornamenta, quibus culta efferretur mortua. quem morem etiam vrendi vestem poëtarum principes alter in Patrocli, alter in Miseni funere ostendunt.

CIRCVLATIM. Nonne dixit, pro per vices, vel in gyrum, si manus. Nam circus, inquit Nonius, dicitur omnis ambitus vel gyrus. unde circulus & circulari.

LXXXV. HELVIUM CINNAM. Trib. pl. sup. cap. LII. Heluij Cinna, cuius Smyrnam Catullus celebrat, non indocti neque ignobilis poëta, mentio etiam apud Gelium, lib. XIX cap. XIII. De hoc vero Cinna, prater Plutarchum, Dionem, Appianum, vide Valerium Maximum, lib. IX cap. IX. Neque enim Petro Vitorio assentior, qui poëtam ipsum hoc errore interfecit credidit. Varr. lect. lib. XXII, c. XIV.

SOLIDAM COLVMNAM. Hanc à plebe statutam Suetonius scribit. Alij aras, quam populus statuerat, Antonium columnam imposuisse tradunt: quam postea à Dolabella deiecit, ex Ciceronis Philippicis discimus; in quibus eam sceleratam appellat.

APVD EAM LONGO TEMPORE. sic de Augusto Horat. Iurandisque tuum per nomen ponimus aras. qui honor deorum immortalium est. Hinc igitur receptum postea, ut in iudiciis quoque per salutem, per fortunam, per genium Cæsaris iuraretur: ut passim apud I. c<sup>to</sup>s nostros & eleganter Tertullianus apologetico, Citius apud vos per omnes deos, quam per unū Genium Cæsaris peieratur. Distrahere autem

contra

controuersias, pro dissoluere ac finire dixit: ut secare lites, Horat. epist. ad Quintum, Quo multæ magnaæque secantur iudice lites. & Satyr. x lib. ii, ridiculum acri fortius & melius magnas pleruinque secat res.

NOVISSIMO ILLO SEN. CONS. ET IVRE- LXXXVI<sup>e</sup>  
IVR. quod Antonius recitauit, sup. LXXXIIII.

CUSTODIAS HISP. CVM GLAD. INSPECTANTIVM. id est, obseruantium. sic enim exponunt interpretes. Ceterum non dubito, quin insestantium scripsit Sueton. Horat. lib. i Sat. IIII, nec te quisquam stipator ineptum Præter Crispinum se stabitur. & alibi, Deline matronas sectarier. Hinc affectari, & insectari matronas virginesve, de ijs qui earum pudicitiae insidiantur, frequenter I. C<sup>ui</sup>.

ALII E DIVERSO OPINANTVR. Duo cod. opinatum: & in iisdem non est vox illa, confusum. Lego igitur, Alij è diuerso, opinatum insidias vndique imminentes subire semel satius esse, quam cauere semper, ferunt dicere solitum. Quam lectio nem ideo libentius amplectior, quod, pro alijs ferunt, meliores cod. habent ferunt. tantum itaque interpungendo locus emendatur. Porro in hanc sententiam Cic. pro Marcello, Illam tuam præclarissimam & sapientissimam vocem inuitus audiui, satis te diu vel naturæ vixisse vel gloriæ.

SUPER COENAM. pro inter cœnandum. Sic LXXXVII.  
Aug. cap. LXXVII. Tib. cap. LV. & Cal. cap. XXII.  
Juuen. Sat. xv. Tale super cœnam facinus narraret Vlysses Alcinoo. Plin. epist. & alijs. Aliud est inter cœnam. inf. Aug. cap. LXXI, pro inter cœnarum fercula.

REPENTINVM INOPINATVM QVE. ἀπροσδόκητον Plut. verit. Laudatur illa Vespasiani vox, Imperatorem stantem mori oportere.

LXXXVIII. VI. ET L. ETATIS ANNO. Notat Beroaldus annum hunc, quem octo hebdomades conficiunt, esse κλιμακτηνὸν; in quo etiam Scipio Africanus minor extinctus sit: citans illud ex Ciceronis lib. vi. de republ. Cūm ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque conuerterit; duoque hi numeri, quorum vterque plenus, summam tibi naturalem confe-rint. Ut autē duo belli fulmina, Cesar & Scipio, eo anno perierunt; sic duo quoque doctrinae lumina, Virgilius & Plinius, eadem etate extinti sunt.

IN DEORVM NUMERVM. Hinc toties in Augusti nummis, CÆSAR DIVI FILIVS: eodem & illi spectant, qui cometam preferunt, ascri-

ptumque DIVVS IVLIVS. nec non ipsius Cæsaris nummi, post mortem eius signati cum stella nūc super vertice, nunc ante frontem, nunc post cervicem. De qua Virgilii quoque, VIII Aeneid.— patriumq. apertitur vertice sidus,

& in Eclogis, Ecce Dionī processit Cæsar's astrum,  
& Propertius, lib. 111, At pater Idalio miratus Cæsar ab astro, Sum Deus, & nostri sanguinis ista fides.  
& pulchre ipsius Augusti verbis, Plinius lib. 11 c. xxv.

CONSECRATOS. Libri duo Ms. & nonnulli quoq; impressi, consecrato: vt de Casare iam inter dinos relato intelligatur. quod magis placet. Hinc toties in posteriorum Cæsarum, qui Diui facti sint, nummis, CONSECRATIO.

Qua



*Quæ hoc capite de Cesaris percussoribus refert Suetonius, eadem fermè apud Capitolinum de Gordiani cade narrantur.*

LXXXIX.

EODEM PVGIONE. *Ipse Cassius. auctor Plutarchus. Brutus etiam, ut de vtroque narrat Dio, initio lib. XLVIII.*

## IN AVGVSTVM.



**X**TA PROSECUT. *Duo libri, i. persecuit. Sed Prosecare & Prosecta, ut Porricere & Porrecta, verba sunt sollemnia. Nonius, Macrobius, & alij. Tertull. Apologetico, Gallum Aesculapio prosecuti mandauit Socrates. facetè Plaut. Paenulo, Quoniam litare nequeo, abeo illinc illico iratus, vetuique exta prosecut: probè videlicet sese ultus, quod cum non litasset, exta Deo non reddiderit. Octavius verò iste semicrudia prosecare, quam sacrificium relinquere maluit.*

VT QVOQVE ANNO IN POST. *M. s. vt in posterum quoque anno.*

INTER MINORES GENTES. *Sic quidem ex II. Beroaldo & Sabellico, licet dissimulent, Turnebus lib.*

F 5

aduers.

*Aduers. xxiiii cap. xv, & Pithoëus lib. ii ca. vii.*  
 Sed nostri ms. omnes Romanas habent: quod retineo.  
 Nam patricios quidem sic inter se distingui solere, ut,  
 pro generis sui antiquitate, alijs maiorum, alijs minorum  
 gentium dicerentur, nemo ignorat: sed gentes ipsas, sine  
 familias, alias maiores, alias minores absolute dictas  
 fuisse, non existimo. Loci igitur huius sententia est:  
*Gentem Octaniam, cum Ueliterna esset, primo à Tarquinio Romanam traductam, ac proinde Romanam factam fuisse: à Ser. Tullio autem etiam patriciam.*  
*cumq; postea ad plebem transiisset; à Diuō Iulio redactam iterum inter patricias.* Sic nimirum etiam gens  
*Claudia, post Romanam recens conditam, eō ex Sabinis*  
*commigrans, mox Romana quidem facta est; sed anno*  
*demū sexto post exactos reges in patricias cooptata.*  
*auctor Linius, & libro proximo Tranquillus noster.*  
*Accedit quod, si gens Octania à Tarquinio inter minores gentes (ut isti volunt.) allecta fuit, sequitur eam*  
*iam ante Tullij tempora patricia factam fuisse: si quidem dis-*  
*crimen illud maiorum minorumque gentium de patriciis tantum traditur: atqui Suetonius à Tullio patri-*  
*ciam factam tradit. Turneo itaque & Pithoëo non assentior.*

**I**N SENATVM. *Qui primores pro Romanas primus substituit, idem, ni fallor, duo hac verba de suo adiecit. Sigonius certè libris de iure ci. Rom. locum hunc citans ea omisit: eademq; Joannes Sarus, de Senatu Romano scribens, adulterina esse pronuncianuit. Pulmannus quidem facta interpunctione post verbum allecta, opem adferre conatus est: sed impedita erit oratio, nisi pro in patricias, inter pat. legamus: qua saepe notarum errore non insolens mutatio est. Tullius igitur*

*igitur gentem Octauiam & patriciam fecit, & in Senatum legit. Sic enim obseruari solitum ante concessos plebi magistratus.*

MAGNA VI IN PATRICIATVM REDIIT. *Vaticanus*, magno interuallo. *Pithoëus* magno inter legisse se affirmat in vet. codic. Ego nihil mutandum censeo. Nouè autem dixit Suet. in patriciatum redire, pro à plebe ad patres transire: ut contra Clodius & Dolabella, & ante illos M. Linius, à patribus ad plebem traducti sunt. Aliud vero patricia-  
tus sub recentioribus Imperatoribus.

ÆMILIO P A P P O. Scribe Papo, ut in cod. Vaticano, & marmore antique. Hinc Papius: ut à Flano Flanius, à Plauto Plantius.

MVNICIPALIBVS MAGISTERIIS. Magistros vocari eos aiunt I. c<sup>n</sup>, quibus precipua cura rerum incumbit. Hinc dicti Magistratus. Magistrare etiam apud Festum pro moderari: unde non solum artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, coniuiiorum quoque magistri, & magisteria dicuntur. Virg. lib. ix, Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros. Suet. Domit. c. xiiii, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur. & hic, magisteria municipalia.

EXPROBRAT RESTIONEM. Scriber minuscula. opificis enim hic nomen est, ut pellio; non familie. Restio alioqui Antiorum cognomen erat: ex Macrobio, lib. iii, & nummo veteri: neque ullam in cognomine opprobrium est.

OCTAVIVS PATER. Melius tres Ms. C. iii. Octavius pater. unus etiam, At C. Octavius pater: & mox, existimatione, pro aestimatione.

**O PERAS QVE CAMPESTRES.** *Campestres* operas vocat, eos qui in campo Martio suam comitij operam prestatabant: ut questum campestrem Cicero, de Harusp. resp. lucrum quod inde prouenit. Diuisores vero inter hos dicebantur, qui pronunciatas a candidatis pecunias tributim diuidebant, quemadmodum magistri Curiae apud Plautum, Aul. act. 1, Scen. 11. Sic Nummius diuisor apud Ciceronem libro 11 de Oratore, Nucula & Lento diuisores Italiae, in Philipp. Odiosum autem fuisse officium, res ipsa docet: a fure enim diuisor non multum discrepat. Aliquid diximus Cas. c. LXXXIII.

**S P A R T A C I E T C A T I L I N A E M A N V M.** Spartacus quidem ante Catilinam annis aliquot fuit: sed eorum socij, homines flagitosi, diu post utrinque mortem per Italiam grassabantur. quo Horatius respicit, cum inquit, Spartacum si qua potuit vagantem fallere testa. lib. 111, od. xiiii.

**N O N M I N O R E I V S T I T I A Q V A M P O R T I V D I N E.** Due viri principis maxime virtutes: ob quas sub Drancis persona Aeneam suum ad celum fert Virgilius, & Sarpedonem Homerus, os auxiliu eipso singulis ratiōne dñe id est, Iustitia Lyciam qui tutabatur & armis.

**P R O C O N S U L A T U M A S I A E A D M.** Turneb. lib. XXIIII cap. xv. lapsūm scribit memoria Suetonium, qui Q. Ciceronem pratorium Asiae proconsulēm vocet. Et provinciae quidem alia consulares, alia pratoria fuerunt: sic dicta, quod illa consularibus, haec pratoris demandarentur. quin & Asiam inter pratorias fuisse Ciceronis tempore non negauerim: octo enim tunc fuere pratoria: quod ex epistola Cœli ad Ciceronem

ronem libro v iiii discimus. sed tamen ea prouinciarum appellatio sèpè mutabatur. Senatui enim lege Sempronia liberu erat, ut alibi monuimus, quos in quas vellent prouincias mittere: quamquam crediderim, cum prætorius aliquis in prouinciam consularcm mittebatur, eum iure quoque consulari mitti solere: verbi gratia, cum xii fascibus, non sex tantum: atque adeò iuxta imperium quod à Senatu quis acceperat, pro consule aut pro prætore eam prouinciam administrare dicebatur; tametsi prætorius consularcm, aut è diuerso consularis prætoriam adeptus esset. exempla frequenter occurrunt. vt Q. Ciceronis hic: quin & C. Octavius, Augusti pater, prætorius tantum Macedoniam obiinuit; quam tamen & ante eum, & post eum consulares sortitos fuisse legimus. Sed hac prolixius enarranda essent, quam nostro instituto conueniat.

CONFITERI SE CANDIDATVM. Confisi.  
teri dixit, quod qui politiores sunt. profiteri: vt profiteri se Musicum, Philosophum, Jurisconsultum Cicero. profiteri nomina Linuum, & alijs. Spectat hoc autem locus Ciceronis è tertia Philippica, Quis illo maledicto impurior? ignobilitatem obijcit C. Cæsaris filio; cuius etiam naturalis pater, si vita suppeditasset, Consul factus fuisse. Aricina mater. & cetera que sequuntur de materno Augusti genere.

Ex ATIA. Sic Pulmannus. & reclè. vel obnotissimum Virgil. versum, lib. v, Alter Atis, genus vnde Atij duxere Latini. id enim in gratiam materni generis Augusti poëta cecinit. nec Romanos, sed Latinos dixit Atios, vt Aricia deductam gentem doceat.

ceat. Simili passim errore, Atilius, Lectorius, Ictius,  
pro Atilius, Lectorius, Itius, & similia. Verum ergo  
etiam nobilissimi poëtae nomen Atius est: quanquam  
non moleste feram T geminari.

INTER XXVIROS. Sup. Cæf. cap. xx.

CASSIVS QVIDEM PARMENSIS. De  
hoc ad Horat. epist. Scribere quod Cassi Parmensis  
opuscula vincat.

SED ETIAM UT NVMMVLARII NEPO-  
TEM. Cassius hic, qui Augustum ut & pistoris &  
nummularij nepotem notabat, cum Antonio consentit.  
Antonius enim ei paternum auum argentarium ex-  
probrat: volebatq; Atium Balbum, auum maternum,  
patrem habuisse qui Aricæ pistrinum exercherit.  
Nepos igitur nummularij, quoad patrem; quoad ma-  
trem, pistoris pronepos fuit Augustus. Sed nepotum  
nomine etiam pronepotes continentur. & alioqui po-  
nuit Cassius ipsi Atio Balbo pistoris operam obiecere.  
siquidem, ut ferè sit, patris officium etiam filius exer-  
cuit. In verbo pinsit non nihil obscenitatis est. perstat  
enim in metaphora Cassius: & farine nomine matrem  
Augusti; mensarij verò, patrē intelligit, qui decoloratis  
collibo manibus farinam illam subegerit: dignum, quod  
uiunt, patella operculū, cùm par parē duxerit. Pro pin-  
sit, liber vñus pinsuit. tres verò, finxit. sed pinsit retineo.

COLLYBO DECOLORATIS. Collybon qui-  
dem scribunt Graci: sed vetustissima queq; exēplaria  
Latina per iota scribunt. est autē collybus, tam id quod  
pro pecunia permutatione argētario soluitur, quam ipsa  
pecunia contrectatio, ἀγγυπίου ἀιλαγήν. Decolorare cu-  
rem verbum insolens: quo tamen etiam Horat. usus est,  
quod mate Dauniæ Non decolorauere cædes.

N E R V A

**N**ERVLONENSIS MENSARIUS. *Quare*  
*Nerulonensem vocet, equidem ignoro. Afri cum gene-*  
*ris fuisse volebat Antonius. Mensarius vero idem qui*  
*argentarius. quanquam enim ante Cesarum tempora*  
*mensarij nomen paulo videtur fuisse honestius; cum non*  
*nisi de publica ratione diceretur: unde apud Linium*  
*nunc quinqueuiros, nunc triumuiros mensarios creatos*  
*legimus, rei nummariae publicae curatores: jurisconsul-*  
*ti tamen nostri, & qui sub Cesaribus scripsere, indiffe-*  
*renter ut sunt. ut hoc loco Suetonius, & Capitol. vita*  
*M. Antonini, Leges de mensariis & auctionibus*  
*tulit. Quin & mensularios vocat Scenola, l. x LVI*  
*de pactis, & Ulpianus l. xxiiii de rebus auctor.*  
*Iud. possidendis: ut & nummularios: quanquam inter*  
*nummularios & argentarios discriminis aliquid fuisse,*  
*indicat Ulpianus l. ix, de edendo. Sed qui diligenter*  
*Suetoni totu[m] hoc loco verba expenderit, inueniet nihil*  
*inter argentarium mensariumq[ue] ac nummularium in-*  
*teresse. Graci trapezitas vocant. Vide Ner. cap. V.*

**M. TULLIO CICERONE ET ANT.** Liber V.  
*vnu[s], Cicerone & Antonio coss. hand dubie melius:*  
*nisi vtrumq[ue] pronomen manis, M. Cicer. & C. Anton.*

**VBI NVNC SACRARIVM HABETVR.** *Le-*  
*govt in duobus ms. sacrarium habet. Est autem Sa-*  
*craarium Sernio, in illud Virg. l. xii, duri sacraria Di-*  
*tis, & Isidoro, no[n] ipse locus sacer; sed in quo res sacre de-*  
*ponuntur: quod, ut inquit Ulpian. l. ix de divisione re-*  
*rum, etiam in edificio primato esse potest: arg, adeo inter-*  
*dicatum, nequid in loco sacro fiat id sacrario non coperit.*  
*Suet. tamen pro facello ut videtur, ut non semel Cicero.*

**C. LECTORIUS.** Liber Vaticanus, & vnu[s] e[st] i[n]no-

cognomen Plancianus: nummi veteres: & Mergui,  
apud Val. Maximum, lib. vi cap. i.

NASCENS ATTIGISSET. apud veteres in-  
fans recens natus nuda in terra sistebatur, innocata  
Ope, ut eum placida terræ sinu excipiens adiuaret:  
vnde & Lenana, Deæ nomen quæ lenandis de terra  
pueris præterat. quod ex Augustino & Macrobio  
Beroaldus hic annotauit. Similis Suetonij locus, Ne-  
rone capite vi. Papinius Silvarum libro iii, tellu-  
re cadentem Excepi fouique sinu. Plinius quo-  
que proæmio lib. vii, Natura hominem nudum, &  
in nuda humo, natali die, abiicit ad vagitus statim &  
ploratum. Sed omnium pulcherrime in libris sacratis  
Sapiens, cap. vii.

VII.

COGNOMEN THVRINO. Fuit olim Thu-  
rium inter duos amnes, Crathim & Sybarim, si Plinio  
credimus: cuius memoriam seruant plurima, que ad-  
huc extant, numismata vetera & spicæ. A Dione tamen,  
initio lib. XLV, C. Octavius Cepias ante adoptionem co-  
gnominatur.

MAIORVM ORIGINIS. Hoc est quod proa-  
num ei ex pago Thurino, exprobrabat Antonius. supra  
capite II.

PROSPERE REM GESSERAT. Sic & Pol-  
lionis filius, de quo ecloga illa Virgilij, Saloniinus voca-  
tus fuit ob captas à patre, cum is ei filius nasceretur,  
in Dalmatia Salonas. Seruius Bucolicis.

PVERILEM IMAGVNCLAM. Liber vñus,  
icunculam. ut Nerone, cap. LVI, puellarem icunculā.

FERREIS LITTERIS. Quas in icuncula eret  
ferreas dicat litteras, non satis intelligo. Beroaldus fer-  
ruginis legit, pro ferrugine obductis: at qui aerugineis  
potius

*potius dixisset. Vereor ut mendum sit: nisi ferreas fortassis litteras vocat, quae ferro insculptæ in æs fuerint; nut è ferro quidem factæ sed appositæ tamen, non etiam insculpta imagini, quod verius est quanquam hoc ipsum insculpere vocat Cicero Verrin. vi. Signum Apollinis pulcherimum cuius in femine litterulis minutis argenteis nomen Myronis erat insculptum. Solebant autem Veteres litteras in marmore aut ære primum scalptas, auro sepe vel argento oppleye, quemadmodum & oculos inde imaginibus immittere.*

**QVASI ET IPSVM COND. VRBIS.**  
Sic de *Caligula* cap. xvi. Decretum ut dies quo cepisset imperium Palilia vocaretur, velut argumentum rursus conditæ vrbis.

**AB AVIVM GESTV GVSTVVE.** Gestum de tripudio solistimo intellige: gustum vero, quod aues pastæ ratum faciebant. Unde in euntibus magistratum dici solitum Pedianus refert, Aues pascunt. Vide Festum, Augustus locus. Noti etiam Ouidij versus, Sancta vocant Augusta patres, Augusta vocantur Templa sacerdotum rite dicata manu. Versus autem Ennianus qui mox sequitur, refertur etiam à Varrone, lib. i i i de re rust.

**QVADRIENNIO. POST.** Anno igitur XVI VIII. virilem togam sumpsit, ut M. Aurelius Antoninus si Spartiano credimus, xv. Iuris consulti nostri annis decē & septem finiri pueritiam scribunt: quos qui non compleuerit, postulare cum prohibet prætor, moderatam hæc etatem esseratus ad procedendum in publicum. l. i de postulando.

**IN DACOS ET INDE IN PARTHOS.** Libri duo, in Parthos, & inde in Dacos. sed male. sup. Cæs. cap. XLIII.

APOLLONIAM. Eamque in Macedonia ad mare Jonium erat intellige; quam Strabo optimis olim legibus institutam fuisse scribit: ut mirū non sit Augustum studiorū illic causa hæfisse. Vide inf. cap. LXXXIX.

MARCIO PHILIPPO. Vide Ciceronem ad Atticum, lib. XIII ep. XII.

IX. SEX. POMPEIVM CN. POMPEII FILIVM. Melius duo ms. Sex. Pompeium, Cn. filium.

X. ETIAM NEC OPINANTES Libri duo, & nec opinantes: unus verò, & vi nec opinantes, & quia prouisum. vt sensus sit, primum vi eos opprimere, sed, quia id veriti urbe discesserant, etiam iudicio aggredi statuisse. quam lectionem sequor.

LVDOS VICTORIÆ CÆSARIS. Post deuictum in Hispania Pompeium, institutum fuisse scribit Dio, lib. XLIII, ut Palilibus ludi in circo & sacra fierent: non quòd is dies natalis vrbis erat; sed quòd pridie eius diei, sub vesperam, nuncius victoriae Cæsaris Romam allatus fuisset. hos ludos intelligit Suetonius. vide eundem Dionem, initio lib. XLV.

IN LOCVM TRIB. PLEBIS. Heliuī Cinna, de quo suprà Cæs. c. LXXXV. Dio.

CANDIDATVM PETITOREM. Nemo dubitet, quin dictio petitorem ex margine irruperit. nam & libri ms. alij alio eam loco ponunt.

PATRICIVS NEC DVM SENATOR. Innuerit videtur Suetonius, cum qui Senator non sit, nec Tribunum plebis fieri posse. quod falsum existimans Carolus Langius, duas illas dictiones, necdum Senator, amouendas censuit. Et verum quidem est, Tribunos plebis olim ne gesto quidem magistratu, nisi à censoribus legerentur, illico senatores factos fuisse: tantum abest, ut non

non nisi ex Senatoribus crearentur: quare CN. Trebellius Tr. pl. narrat Linius, lib. XLV, censorum petitioni, quia lectus in Senatum non fuerat, intercessisse. Sed hoc ante Atinium plebiscitum sic obseruabatur. post enim, eo ipso quod Tribunus quis erat, sine ullo censorum beneficio, pro Senatore habebatur. Idq; significare videtur Gellius, extremo lib. VIII. An vero postea id quoq; causum fuerit, ut alij quam Senatores Tribuni ne fierent, non facile dixerim. Suetonius sanè non hoc tantum loco id affirmit: verum etiam capite XL. ut ibi videbimus. Quam ob causam an Langio assentiar adhuc deliberandum video: cuius etiamsi vera esset opinio, verba illa ( necdum Senator ) nihilominus possent retineri: ut necdum senatorem vocet Augustum, qui adhuc per etatem Senator esse, aut in Senatu sententiam dicere non posset; quod postea adherens optimatibus, inter cetera pramia suffragante Cicerone, consecutus est. App. certè lib. III. etatem tantum ei obstisit tradit, quo minus Tribunus fieret.

CONSVLATVM SVSCEPERANT. Meliores cod. acceperant.

LEGIONIS SVÆ. Quare sua, si toti exercitui praefuit? aut igitur suam vocat, quam eo in prælio circa se habuit: aut appositorum legionis nomen scriba non intelligens, textum corruptit. & sanè legionem Martiam & Quartam deserto Antonio secutas fuisse Octauium, auctore est in Philipp. ipse Cicero: cuius suam Senatus hoc bellum decrevit. Magis tamen placet ut suam vocet, quam ante collegerat quam ad eum Martia & Quarta transfugerent. Vide App. lib. III. Dio enocatorum legionem appellat, libro XLV.

PANSAQUE POST. Tres libri, Pansaque paulò pòst. XI.

GLYCO MEDICVS. *De hoc Bruti ad Cicero-nem epistola, lib. I.*

XII. CONSENTIRE PRO PATRIBVS. Liber unus, pro partibus. quam lectionem etiam Beroaldus agnoscit. Pithœus tamen pro patribus retinet, atque optimates intelligit. Ego non inuitus utrumque reiecerim: sed partibus tame magis placet. sic enim infra cap. XVI, in fine. & saepe ita loquitur Seneca.

ORNANDVM TOLLENDVM QVE. *De hoc ad Ciceronem D. Brurus lib. famili. XI, ep. xx. ex qua constat id dictum Ciceronis fuisse.*

NE AVT SIBI. Sic quidem omnes libri: sed nec pro ne legendum arbitror. vide quam modò dixi Bruti epistolam.

XIII. SÆVIT. Lib. unus sœuiit. Sed Romani, qui neq<sup>ue</sup> consonantes neg<sup>ue</sup>, vocales temere geminabant, sic ferè scribebant: ut abit, perit, subit: verū I, maiuscula. vt saepe in antiquis marmoribus, & passim in Pandectis Florentinis cernitur.

CAPITE BRVTI ROMAM MISSO. Dio scribit oborta in traicioendo tempestate, in mare abiectum periisse.

IN VOLVCRVM POTESTATEM FO-  
RE. Tres libri, in volucrum fore potestatem. Sic Cic. pro lege Manilia, cùm vestros portius, & quidem eos portus quibus vitam & spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestatem sciatis. Terent. Andria, in ignem posita est. Seneca de ira lib. I, cùm se in possessionem posuerunt. non recte igitur Turnebus, iam istam volucrum potestatem fore, lib. XXIIII, cap. XV, Aduersiorum.

SORTIRI VEL DIMICARE. Libri tres,  
vel

vel micare. *Similis Ciceronis locus lib. I I I de off.* Sed, quasi sorte aut micando victus, alteri cedat alter: sic enim Carolus Langius. cum ante dimicando legeretur. hinc illud, Dignus qui cu in tenebris mices. Appianus Egnatios vocat patrem ac filium, ac mutuis cecidisse vulneribus scribit. Dio, initio lib. II. simile quid de duobus Aquiliis Floris, patre ac filio, narrat: sed post deuictum Actiaca pugna Antonium.

## VOLUNTARIA OCCUBVISSET NECE.

Melius tres ms. voluntatiam occub. necem.

CETERI ET IN HIS. Libri optimi, Ceteri, in his M. Fauon. sine &c.

GRATIAM TENIT. Sic tenere causam, Domit. cap. ix. Horat. epist. ad Quinctium, Quo respōsore & quo causa teste tenentur. Ipse Cic. pro Cacina, causam non tenuisse.

IN XIII. ORDINIB. SED, EXCITARI. XIII. Mallem abesse dictionē ordinibus, ut Cæs. cap. XXXIX, sessum in XIII è scena. Excitandi quoq verbo propriè usus est, de his qui laco monentur. Quinct. lib. III. si excitatus fuerit de spectaculis. Mart. & quereris si te suscitat Oceanus. Adde epigr. VIII, &. XIII, lib. V.

QVÆ OPPIDO ERUPERAT. Liber optimus, qui oppidum eruperant. recte.

TRECENTOS. Libri duo, ducentos. Dio, cccc. XV.

ARAM DIVO IVLIO. Aram hauc Perusinam, ni fallor, appellat Seneca, lib. I de clementia. Vide Dionem, lib. XLVIII.

CONSULTO EVM AD ARMA. Mire variant codices. ex proposito, è conspectu, conspecto, ex consulto. Turnebus conspecto defendit. ego vulgaritatem lectionem seruo.

XVI. AD REM VNM DATIS. Sic frequenter *J. C.* ad opus publicum, ad latomias, ad bestias, ad ferrum, ad gladiū, ad ludū gladiatoriū. quæ pœnarū sunt genera.

CVM HIEME TOTA. Rectius ms. duo, hiemes totas: ut plures hiemes in id Cæsar absumpsérit. quod verum est.

SOMNO DEVICTVS. Libri duo, deuinctus.

VERVM SVPINVM CÆLVUM INTVENTEM. Libri duo, supremum cælum intu. Non placet, infartum ab illis qui plura adiectina sine copula non ferebant.

ITEM CVM PRÆTER LOCROS. Tres codices, Iterum cum pr. Loc.

TERRAM LEGENTIBVS. Sic Liu. lib. v. terram legens, & oram Italæ legens. Virg. litoraque Epiri legimus: ubi Donatus nauticum esse vocabulum annotauit, ut & funem legere.

EXCEPTVS EST. Horat. lib. i i i, od. xii, latitudinem fruticeto excipere aptum. Virg. Bucol. caprum excipere insidiis. Plura exempla apud Nonium.

CIRCEIIS RELEGAVIT. Melius tres MS. Circeios.

MALE FOCILLATAM. Liber unus, follitam. Folcitam igitur, aut foltam, pro fultam legendum est. sic enim saepe Cicero fulciendi vocabulo utitur. Horat. epist. i i i, male saria Gratia nequicquam coit, & rescinditur. Ad crebras autem Augusti & Antonij similitates referendus & ille Horatij locus, lib. i, Sat. v, de Macenate & Cocceio, magnis missi de rebus veterque Legati, aueros soliti componere amicos.

QVOD IS ROMÆ ETIAM DE CLEOP. LIB. Liber unus, & de Cleopatra liberis, lego igitur, quod

quod is Romæ etiam Cleopatræ lib. Nam de præpositio omnino superflua est, loco particula & adscripta reliquerat autem testamentum suum Antonius apud virgines Vestales, auctor eius vita Plut.

T. DOMITIVM. Codex Ferrariensis, C. Domitium. Sed Cn. Domitium vocant lapides Capitolini: & alioqui Domity nō nisi Cn. & l. cognomina usurparūt. Suet. Ner. cap. 1. et de hoc ipso Domitio cap. III.

GRATIAM FECIT CONIURANDI CVM TOTA ITALIA PRO PARTIBVS SVIS. Id est, permisit illos non coniurare pro se cum reliqua Italia. Male igitur qui dictionem suis delendam censem: sic enim & alibi loquitur Suetonius, Tib. ca. XXXV, equiti Romano iurisurandi gratiam fecit: & criminum gratiam fecit, Calig. cap. xv: & edicti gratiam fecit, Domit. cap. XIII. Plautus quoq; iurisuradi gratiam facere extremo Rudente, pro a iuramento absoluere: & pecunia & gratiam facere, pro remittere dixit: ut Anneus Seneca, dis votorum gratiam facere, epist. x, ad Lucilium.

CVM SAMVM INSVLAM. Cic. cap. XXVI. XVII. quintum in insula Samo consulatum iniit. Samum autem que inter Miletum & Chium est, atq; Asie attribuitur, intelligit. Alij enim auctores eum obtenta hac victoria in Græciam profectū tradunt. Est & alia eodem nomine insula, Cephalenia vicina: quā Seruius tamen, ad alterius differentiam, Samen vocat. Alij Samen urbem esse volunt. multa Strabo de utroq; nomine, lib. XII. adde, si libet, Plin. lib. IIII, cap. XII. Virg. III, Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua saxis.

GVBERNACVLO DIFFRACTO. Sic & nostri codices. alijs defracto. Ces. cap. XXXVII, axe diffracto.

VIDITQVE MORTVVM. CLEOPATRÆ.  
 Duo lib. ms. & nonnulli in Gallia typis editi, vidi tique  
 mortuam Cleopatram, quam seruatam triumpho  
 magnopere cupiebat, & psyllos admouit. Et de con-  
 specto quidem Antonij corpore nihil apud auctores re-  
 perio: quinetiam, si Plutarcho credimus, Caesar viso quo  
 ille se percusserat gladio, cum mortuum crederet, in in-  
 teriorum tentorij partem se subduxit, atque ibidem la-  
 crymavit. De Cleopatra vero varie traditur. Plutar-  
 chus enim ad eam moribundā accurrere primū voluisse  
 Cesarem: sed mutato consilio, alios misisse qui aspicerent  
 narrat. Dio vero attonitum mortis nuncio accessisse, &  
 vidisse corpus, quin & psyllos admouisse scribit. Ego ta-  
 men Plutarcho magis assentior: atq; adeò facile adduci  
 possim, ut verba hac, vidi tique mortuum, adulterina  
 esse credam. De Psyllis autē qui plura velit cognoscere,  
 Dionem & Zonaram legat, ac Plin. lib. VIII, cap.  
 xxv. Celsum lib. v.

A B R E P T V M I N T E R E M I T . An quia  
 nefas videbatur ad simulacrum eum trucidare? statua  
 certè principum postea tutissimum ad eas configienti-  
 bus asylum fuere. qua de re apud I. C. l. 11, de his qui  
 sui vel al. iuris sunt: L. 1, de off. pref. vrb. & titulus  
 cod. Justiniani, de his qui ad statuam config. Quem  
 autem Antonium Juniorem vocat Suetonius, Græci  
 Attyllum & Antyllū appellant, cui Caesaris filia antē  
 desponsata fuerat. de quo infrā cap. LXIII: ut verisimile  
 sit Atylli cognomen tulisse, cū nomen ei esset Antonius.

XVIII.

F L O R I B V S A S P E R S I S V E N E R A T V S  
 E S T . Plinius lib. XXI. cap. III, iam tunc coronæ  
 Deorum honos erant, ac larium publicorum priua-  
 torumque, ac sepulcrorum & maium. Inuen. Sat.

VIII,

VIII. Dij maiorum vmbbris tenuem & sine pondere terram, spirantesque crocos, & in vrna perpetuum ver. *Virg. de Aenea ad Anchisæ sepulcrum*, Purpureosque iacit flores. & idem pulcherrime ex persona ipsius Augusti libro VI, manibus date lilia plenis, Purpureos spargam flores. Sed & *Capitolinus*, vita M. Aurelii, tantum honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in Larario haberet, ac sepulcra eorum additis hostiis & floribus semper ornaret. *Adde exemplum Germanici Calig. c. 111. ut omittam antiquas marmorum inscriptiones, que defunctorum vrnas rosis spargi, ornariq[ue] quot annis ex testamento iubent.* quo referendum illud Tibulli è libro XI, eleg. 1111, Atque aliquis senior, veteres veneratus amores, Annua constructo ferta dabit tumulo. Possem & Gracos hac de re citasse auctores: sed de re satiis nota iam dicta sufficiunt. Illud peculiare Gracis, quod apij coronas sepulcris imponebant: vnde apio indigere dicebant eos qui periculose agrotabant. *Plut. sympos. & vita Timoleontis: & ex Gracorum libris Plin. lib. XX, c. XI.*

CONSULTVS QVE NVM ET PTOLE-  
MÆVM. *Consultus hic pro interrogatus. quod juris verbū est. de quo ad illud Horatij lib. 11, Sat. 111, ergo cōsulere & mox respondere licebit? Cōsule. Libenter autem Ptolemæūm legerim, ultima syllaba circumflexa, pro Ptolemaorum. sequitur enim, Regem ait se voluisse videre, non mortuos. & alioqui sic legendum esse ex Zonara deprehendes: neq[ue] si aliter legas, quem (cum plures Ptolemai fuerint) hic ex eis significet intelligere possis.*

EGYPTVM IN PROVINCIÆ FOR-  
G S MAM.

MAM. Constituto ibi praefecto, qui inde Augustalis appellatus fuit, Strabo lib. vii. Ulp. lib. i. Pandectarum, de off. præf. August. Tacitus lib. ii. Annalium, & ut arbitror, Cornelius Gallus poëta primus Aegyptio præfuit. De Nili vero fossis atque ageribus videri poterit Vlpianus, l. ix. de extraord. criminibus: ac titulus Cod. Justiniani, de Nili ageribus non rūpendis.

VETERI APOLLINIS TEMPLO. Plin. lib. iii, cap. i, de Epeiro loquens, In ore, inquit, ipso Colonia Augusti Actium, cum Apollinis templonobili, & ciuitate libera Nicopolitana. Augustus igitur & Apollinis templum vetus ampliauit, & Nicopolin condidit, & Actium coloniam misit. de quo Dio initio libri li. Ad ludos autem ibidem, & postea etiam Romæ, ut auctor est Dio lib. liii. institutos Virgilius respixit, proœmio lib. iii. Georg. Sed quia, quod etiā Strabo scribit, ludos non tam ibi primus instituit Augustus, quam celebriores reddidit, egregie apud eundem poëtam



Æneas, Actiaque Iliacis celebramus litora ludis. nec minus artificios de Actio loquens, paruae succedimus urbi. Actium enim, ante coloniam eo ab Augusto deductam, reuera paruumerat atque obscurum.

Extant & veteres Augusti nummi, cum imagine Actij Apollinis, citharœdi, ut videtur, habitu. nisi quis Musam esse contendat. pro Apolline tamen facit notus ille Propertij versus, Actius in longa carmina ueste canit.

XIX. LEPIDI IVVENIS. Fuit is M. Lepidi iuviri ex Bruti fratre filius, Antonij gener, Macenatis tunc præfecti urbis consilio oppressus: de quo Velleius Paterculus.

culus. Toties vero insidiis petitam Augusti vitam, inter eius in fortunia Plinius enumerat lib. vii: & eadem de re multa preclarè Seneca, lib. i. de clementia, & libro de breuitate vite. Mirum vero est nullam à Suetonio coiurationis L. Cornelij Cinnae, Pompeij ex filia nepotis, mentionem fieri; ex qua, ob insignem clementiam, Augustus vel præcipuam laudem tulit. Vide Senecam & Dionem, quamvis de praenomine dissentiant: ille enim Lucium, hic Caium appellat.

VARRONIS M VRENÆ. Fuit is L. Licinius Varro Murena: de quo, & Fannio Capione inf. cap. LXVI, & Tib. cap. viii. Dio, Paterculus, Macrob. etiā lib. i. Saturn. cap. xi.

M. GENVTII. Liber vnum, M. Genati. hinc Turnebus, M. Genutij. Verū M. Egnatius Rufus eius conſpirationis caput fuit: quem ſecuti ſunt M. Genutius & Plautius Rufus. Seneca, Dio, Paterculus. De L. Paullo pro genero Augusti inf. cap. LXIIII. Quare M. Egnatij retineo.

A SINII EPICADI EX GENTE PARTHINA HYBRIDÆ. Recte ſic Pulmannus, Turnebi anctoritatem ſecutus. De Parthinis enim, que gens in Illyrico eſt, triumphauit Afnius Pollio, An. v. c. DCCXIII: ex qua gente Epicadus iſte Pollionis ſeruus, poſtea manumifſus, patroni nomen tulit: &, propter obſcurum ius ciuitatis, aut aliam forte ob cauſam, Hybrida vocatus eſt, ut Q. Varius tribunus pl. apud Val. Max. lib. viii, cap. vi. adde de C. Antonio, Ciceronis collega, locum Plini lib. viii, cap. liii: &, ſilubet, epigramma Martialis in Cinnam lib. vi. fuit & Cornelius Epicadus, Sulla lib. nobilibus grammaticis additus à Suetonio. eiusdem, ni fallor, historiam fabularem

TELEPHI MULIERIS SERVI NOMEN-  
CLATORIS. *Quis mulieri nomenclatoris usus?*  
Pulmannus in uno cod. repperit, cui nomen circulato-  
ris. Mihi sanè locus suspectus est. poterat tamen aliis  
pro nomenclatore seruire, quam domina operas locanti.  
*Horat.epist. mercemur seruum qui dicit nomina.*  
*Telephus Horat.rinalis lib. i, od. xiiii, & lib. iiiii,*  
*od. ii. Circulator autem Agyrtam significat.*

- XX. CANTABRICVM. *Augusto victori Romam à  
bello Cantabrico redeūti gratulatur Horat.lib. iiiii, od.  
xiiii: cumq; dintius eius belli causa abesset, populi aō  
Senatus ingens desiderium pulcherrime describit, lib.  
iiiui, od. v. per se ergo bellum illud Augustus gessit,  
eui tandem Agrippa finem imposuit. qua de re alibi.*

ALTERA AVTEM. *Duo libri non habent di-  
ctionem autem.*

RVINA PONTIS, *Plinius, inter Augusti ad-  
uersitates, Pannonicō bello ruinā è turri recenset: Pan-  
nonicum vocās, quod Suetonius Dalmaticū, ob gentiū  
credo vicinitatem. vide Dionem, sub finem lib. xlxi.*

- XXI. AVSPICIIS SVIS. *Pulchrè Horat.lib. iiiii,  
od. xiiii, Te copias, te consilium, & tuos Præbente  
Diuos: id enim est tuis auspiciis. nec minus eleganter  
ad eundē Ouidius, lib. ii. Tristium, de Tiberio loquēs,  
Per quem bella getis, cuius nunc corpore pugnas,  
Auspiciūm cui das grande Deosque tuos. solius enim  
Imperatoris erant auspicia. ceteri etiam legati & pre-  
fecti ipsius, quāquā absentis, auspiciis agere dicebatur.*

GENTES IN ALPINAS. *Sic duo cod. ex no-  
stris. & sic Plinius quoq; locutus est. alij, Alpinas, vt  
Tib.c. ix. vide Plin.lib. iii. cap. xx.*

VLTTRA ALBIM FLUVIUM. Liber Ferrariensis, vltra Albim proprium fluviū: quod si quis ex annotatiuncula aliqua irrepisse contendat, nō reluctabor. haud imperitus tamen ille fuit, quisquis ascripsit. Lucanus lib. 11, Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos Albis, & indomitum Rheni caput.

NOVVM GENVS OBSIDVM FEMINAS. Auctor est Tacitus Germanos efficacius obligari, si puellæ obsides eis imperetur. at qui & Romani olim Porsenne regi nobilissimas virgines, inter quas Cloelia illa, obsides dedere. marum autem pignora, pro matrui, habent duo optimi cod. alter etiam pignera.

INDOS ETIAM AC SCYTHAS. Hinc Horat. lib. 1111, od. xiiii, Te Cantaber non ante domabitis, Medusq; & Indus, te profugus Scythes Miratur. miramur autem ea quæ pulchra, eximia, atq; augusta sunt. mirari enim, ut inquit Nonius Marcellus, est nouo aliquo stupefieri.

PARTHI QVOQVE ET ARMENIAM VINDICANTI. Libri duo, Parthi & Armenij. alter etiam ius dicenti, pro vindicanti. sed nullo sensu. vide Tib. cap. IX.

SIGNA MILITARIA. Nulla vñquam victoria tam gauisum fuisse Augustum, tot tam varie ea de re signati nummi veteres testantur, cum inscriptione, SIGNIS RECEPTIS. vide qua ad Horatium notandi, lib. 1111, od. vltima.

IANVM QVIRINVM. Sic libri omnes, quos vide-  
rim: nec minore constantia quotquot etiam vidi Horati codices, eadem de re, lib. 1111, od. vlt. Ianu Quirini. Nec vero eos sequor, qui Ianu Quirini ibi legunt: quod in vetusto exemplari earum pro Ianu scriptum esse affirmant. Idem

*Idem enim Eanus qui Janus est. nempe ab eundo (quod Cic. lib. 11. de nat. deor. tradidit) sic dictus: ex quo & transitiones peruviae Jani, & fores priuatarum adiun*ianuæ appellantur. Janum ergo Quirinum vocat Suetonius, quod & ipse bello praesit: ut Iunonem quoque Quiritem in veteri marmore legimus. Ianum vero Quirini Horatius, quod à Romulo, quem Quirinum vocabat, templū ei Rome sit conditū: lucet illud Numa claudere atq; aperire primus instituit. Lin. li. i, & alij.**

**I**N MVLTO BREVIORI TEMPORIS SPATIO. *Liuius, loco quem modo citauimus, de Iano loquens, bis, inquit, deinde post Numæ tempora clausus fuit: semel T. Manlio cos. post Punicum primū perfectum bellum; iterum, quod nostrę etati Dij derunt ut videremus, post bellum Aetiacum, ab Imperatore Cæsare Augusto, pace terra marique parta. Ut ergo cum Liuio Suetonius consentiat, totam hanc periodum (in multo breviori temporis spatio) reiectiēdam censebat Langius, & legendum tertio clausit, vel clusit, non ter, vt in quibusdam exemplaribus. Glareanus verò in eadem videtur fuisse sententia; periodum tamen retinet; sed eam non recte interpretatur. Alij Orosium secuti, qui Augustū ab an. DCC. XXV. ad annū DCCLII. ter clausisse Ianū scribit, nihil immutat: nisi*



*quod ter quam tertio legere nālint. Lector quā volet sententiā amplectetur. Ego sanc Orosio, stipulāte etiā Dionē, assentior. non facile tamen mihi quis quā persuaserit*

serit periodū illam germanā esse. Extant autem & Augusti & Neronis nummi, in quorū parte altera templum Iani clausum conspicitur, cum hac inscriptione,  
IAN. CLV. & PACE P. R. TERRA MARIQ.  
PARTA IANVM CLVSIT.

CVRVLES TRIVMPHOS. *Curules vocat,*  
*ad differentiam eius quod paulo ante dixit, bis ouans*  
*ingressus est. Sic enim & Tib. cap. ix. & ouans &*  
*curru vibem ingressus est.*

xxiii.

LOLLIANAM ET VARIANAM. *Variana*  
*omnibus nota, Lolliana non ita: de qua tamen Dio, lib.*  
*l.iiii. & sanè plus terroris quam periculi habuit. adde,*  
*si libet, Eusebium Chronicis, Olymp. cxc.*

VT ET A PERITIS ET ASSVETIS. Lib.  
Ferrariensis, vt à suetis & à peritis.

DIEM QVE CLADIS. *Ante diem l.iiii. Non.*  
*Sext. quo die etiam Cannenfis clades contigit.*

xxiv.

HIBERNIS QVE DEMVM MENSIBVS.  
Lib. vnuſ ſic, hibernisque permifit mensibus domū  
vxorem interuiſere. & quoniam hic disciplina militaris Augufti fit mētio, libet aſſcribere Macri I. C. verba, l. XII. de re milit. In disciplina Augufti ita cauetur.

POLLICES AMPVTASSET. *Arrius Menander l. C.l. i.ii.i. de re militari,* Qui filium ſuum  
ſubtrahit militiae belli tempore, exilio & bonorum  
parte multandus eſt: ſi in pace, fustibus cædi iubetur.  
& paulo pōſt, eum qui filium debilitauit dilectu per  
bellum indicto, vt inhabilis militiae ſit, præceptum  
Diui Traiani deportauit. *Fortunatianus Rhetor,* De-  
cem milites tēpore belli pollices ſibi amputauerunt:  
rei ſunt laſae Reipub. *Marcellinus de Gallorum mo-*  
*ribus loquēs,* nec illorum quisquā, vt in Italia, munus

Mar-

Martium extimescens pollicem sibi præcidit: quos ioculariter murcos appellant. *Apud Val. Max. Senatus C. Vertienum, qui sinistra manus digitos ne militaret abscederat, publicatis bonis æternis vinculis puniendum censuit.* Idem auctor narrat, Athenienses Æginensium iuuentuti pollicem abscidisse, ne secum classe contenderent. quae de re etiam *Elianuſ, Var. hist. lib. II. & Cic. de off. lib. III. inf. Tib. cap. VIII.*

IMMINERE E M P T I O N I P U B L I C A N O S.  
Publicani, ut ex equestri erant ordine, fauentes equiti, emere eum sub hasta, ac continuo dimittere volebant: quod ut caueret *Augustus, suo ipsum liberto addixit.*

DECIMAM LEGIONEM. Ut nonam Iulius apud Placentiam. *sup. cap. LXIX.*

C I T R A C O M M O D A E M E R I T O R V M  
P R Ä M I O R V M. Sic omnes cod. & tamen non dubito, quin dictio præmiorum adulterina sit. aliud enim præmia, aliud emerita. nam præmia ultra emerita dabuntur. *Modestinus l. III de re milit. qui militæ tempus in desertione impleuit, emerito priuatur. & iterum, ut veteranus restituetur, & emerita accipiet.* Item *Arrius Menander, l. V, eod. titulo, & præmia & emeritum capiet.* *Ipse Suetonius inf. c. XLIX, stipendiorum præmiatumque. & Cal. c. XLIIII, commoda emeritæ militæ.*

HORDEO PAVIT. Ignominia causa scilicet hordeum pro tritico dari inkens. Sic & *Marcellus, bello Punico secundo (ut eius vita refert Plutarchus, & Linius lib. XXXVII.) cohortibus quo signa amiserant hordeum probuit.* Idem de *Antonio Dio lib. XLIX, & Plut. eius vita. Bello autem Dalmatico id fecisse Augustum, apud Dionem legimus.*

STATIONE DESERTA. *Modestinus l. iii de re milit.* Qui stationis munus relinquit, plusquam emansor est: itaque pro ratione delicti castigator, aut gradu militiae deiicitur. *Augustus hoc delictum capit penituit.*

VARIIS IGNOMINIIS. *Quales apud Frontinū sepe legimus, ut lib. iii cap. i: & apud Val. Max. lib. ii cap. vii: Gellium lib. x. c. viii: Festum, voce Cēsio, et voce Dirutum. neq; sanè militi villa grauior contumelia est, quam si pagani loco habeatur, discinctusque ac tunicatus incedere, aut stare, aut fossam fodere cogatur.* De quo animaduersionis genere etiam Plutarchus Lucullo.

INCENDIORVM CAVSA. *Pluribus una die exortis incendiis, septem cohortes opportunis locis constituit Augustus, ut binas regiones urbis unaquaq; cohors tueretur: præpositis eis tribunis, & super omnes spectabili viro qui præfctus vigilum appellabatur. Paullus & Vlpianus lib. i Pandectarum, de officio præfcti vigilum. hos initio libertini generis fuisse ostendit Sueton. de eadem re loquens, inf. cap. xxx.*

SVB PRIORE VEXILLO. *Quod, ut arbitror, prima acie eos collocaret: uti & accensos solebant, ac minime fiducie manum. Mallem tamen, sub proprio vexillo.*

VALLARES AC MVRALES. *Vallaris eadem que castrensis est, insigne valli habens; qua donatur is qui primus hostium castra pugnans introiuit. Cum autem, teste Gellio lib. xv cap. vi, & castrensis, seu vallaris, & muralis quoque, uti & naualis, aurea fuerint; pro, quicquid auro argentoq; cōstabat, legere malim, quanquā auro argentoq; cōstabat, torques scilicet, &*

H phalera,

phalera, tralatitia militum dona, Iuuen. sat. ultima,  
Vt læti phaleris omnes & torquibus omnes.

CALIGATIS. Atqui omnes milites caligati  
incedebant. caliga enim, ut lib. XLVIII inquit Dio,  
σπατιωπνὸν τερδημα: unde caligatus proprium militis  
epitheton est. sic l. ix, de custod. & exhibit. reorum, qui  
exercitum accipit, ius animaduertendi in milites ca-  
ligatos habet. quin & caligatus per se pro milite acci-  
pitur: vt l. vi de re milit. Caligatus qui metu hostiū  
languorem simulauit. Iuu. Sat. ultima, Cùm duo  
crura habeas offendere tot caligatos. Suetonius tamē  
hic caligatorum nomine eosdem quos antè manipulares  
vocauit, hoc est, gregarios tantum milites intelligit: vti  
& Cal. cap. ix, Caligulae cognomen castrensi ioco  
traxit, quia manipulario habitu inter milites educa-  
batur. & Vitell. cap. vii. atque ipse, ni fallor, Vlpianus  
l. 11 de his qui notantur infamia. & apertissime Iusti-  
nianus, nouella, quibus modis natur. efficiuntur legitimi-  
ni. Id verò inde factum arbitror, quod qui gradum ali-  
quem militiae tenebant, ornatiore quam manipulari  
caligae ritebantur, & clavis argenteis aureisq; effulge-  
bant. quales autem clavi fuerint qui militum caligis  
suffigebantur, ex Plinio colligimus lib. ix, cap. XVIII:  
Duo, inquit, lacus Italiae in Alpium radicibus, Larius  
& Verbanus appellantur: in quibus pisces omnibus  
annis Vergiliarum oriu existunt, squamis conspicui  
crebris atq; peracutis, clavorum caligarum effigie.  
Hoc ergo est, quod millia clavorum, & in digito hærente  
clavum militis dixit Iunenalis: & Marium à caliga  
ad consulatum perductum Seneca, de benef. lib. v.

CREBRO ITAQVE ILLA IACTABAT. Ve-  
ritas codex, crebroque ita iactabat. lego crebroque illa  
iacta-

iaetabat, que sequuntur scilicet: praeſertim, quod & in sermonibus & epistolis ſepe vſurpabat, & vnde Cœdēos: ut ad rem agendam adhiberetur & industria celeritas, & diligentia tarditas. Sic Gellius lib. x. c. xi. Quod dictum Augustus nummis quoq; ſuis expreſſit, cum terminum fulmini coniunxit: vt anchoram delphino Titus, Imperator Augusto ſimillimus. Versus autem Græcus trochaicus eſt, ex Euripidis Phœnissis, quo Augustus illud ſuum Festina lētē confirmabat; quemadmodum & Catonis verbo, Sat citō ſi ſat bene: de quo Hieronymus in epistolis, vt Beroaldus quoq; nos docuit.

CONSVLATVM VIGESIMO AET. ANNO XXVI.  
INVASIT. Contra leges annales, ſen annarias, vt eas Festus vocat, etate illa factus consul, qua ante eum nemo ne optare quidem ausus fuifet. vide Dionem lib. XLVI, & Cicer. Philip. v.

MAGNO ID EST XVII ANNORVM. Liber unus, magno decem & septem an. int. ſine id eſt: & mox, Ceteros aut nouem, aut ſex, pro Ceteros autem ſex. vtrumq; melius. De Augusti autem consulatibus non ſatis conuenit. Dio XIII I fuisse vult: Tacitus, & Suetonius, XIII.

PRO ADE CAPITOLINI IOVIS. Sic enim mos erat ad ſtrenas accipiendas Cal. Ianuarii, cap. LVII.

C. TORANIUM TUTOREM SVVM. Procuratorem vocat Appianus. veriſimile autem eſt ab Octauiio patre tutorem testamento datum fuiffe. Ad hunc Toraniū extat, ni fallor, Ciceronis epiftola lib. vi,



*ex qua magnum & sapientem virum fuisse colligimus.*  
*Malè tamen vulgata Ciceronis exemplaria Toranum vocant, veluti id eius cognomen esset. Et fortassis cuiuspiam è libertis huius Torani filius fuit ille C. Toranius, qui cùm tribunus pl. esset, patrem suum mira pietate ductum in theatrum, in subsellio tribunicio iuxta se collocauit. Dio lib. llll. Toranius autem mangonis mentio inf. cap. lxix; eiusdemq; meminit Plinius, lib. vii cap. xii. Macrobius vero, lib. ii cap. iii, Toronium vocat mendosum.*

E Q V E S T R I D I G N I T A T E D E C O R A V I T.  
*Libri tres, honorauit.*

PAGANORVM A P V D M I L I T E S. Malè qui paganos hic pro agrestibus aut rusticis accipiunt. nam, *furi sconsulorum more, paganos militibus opponit. exempla passim obvia, ubi de castrensi pecunio vel militari testamento agitur: & Juuen. Sat. xvi, contrà paganos, hinc maiores nostri, ad Christianorum differentiam, paganos vocabant, qui Christi militia nondum nomen dederant. Adde locum Suet. Galb. capite xix.*

CURIOSVM AC SPECVLATOREM. Sic Spart. Hadriano, erat curiosus non solum domus suæ, sed etiam amicorum. Imperatorum constitutio-nes curiosos vocant, qui crimina magistratibus deferebant; quiq; cursus publici curam habebant: l. xiii, cod. de cursu publ. & titulo de curiosis & stationariis, lib. xii. Vsus eo etiam Tertull. lib. de fuga, & Suidas, ubi de Ioanne Chrysostomo.

Q. GALLVM PR. Mallem, Q. Gallium, ut in Vaticano & aliis duobus ms. M. Gallij, cuius heres Tiberius, mentio infrà Tib. cap. vi.

A.C. F A T E N T E M N I H I L. *Duo libri, fantem nihil.*

M O R V M L E G V M Q V E R E G I M E N . *Hinc illud Horatij ad Augustum epistola initium, Cùm tot sustineas ac tanta negotia solus, Res Italas armis tu- teris, moribus ornes, Legibus emendas.* & lib. 1111 od. v, Mos & lex maçulolum edomuit nefas. *Prefe- Eluram autem morum suscepit Augustus, A. V. C. DCCXXXIII: cùm triennio ante censuram in perpetuum repudians, creari tunc Censores curasset, Paullum Æ- milium Lepidum & L. Munatum Plancum: post quos nulli sub Cæsarib. fuere Censores. inf. c. XXXVII.*

D E R E D D E N D A R E P . *Quod ut faceret sua-* XXVIII.  
*fisse Agrippam, Mæcenatem vero dissuasisse, auctor est Dio, utriusq; orationem referens; sed, regnandi audi- fuisse, Mæcenatem fecutus est. Donatus etiam Virgi- lium, si diis placet, huic consilio immiscuit.*

M A G I S T R A T I B U S A C S E N A T U . *Liber- vnius, è senatu. nec male, mea quidem sententia: vt eos tantum qui magistratus fungebantur, non Senatum omnem domum suam accersuerit.*

I L L A M P L V R I V M A R B I T R I O T E- M E R E C O M M I T T I . *In duobus optimis libris deest dictio temere: neque ea ego desiderauerim. sensus enim est, vnius loco plures dominos remp. inuasuros: res enim Romana eò deuenerat, vt aquabili ac ciuili more regi non posset tantum imperium.*

Q V A M V O L V N T A T E M C V M P R A E S I- D E N S I D E N T I D E M P R A E S E F E R R E T . *Sic Pulmannus, & duo libri nostri: sed mira aliorum in legendō varietas: qua me adducit ut, omissis ceteris, sic legendū existimem, quam voluntatem quodam*

*H 3 etiam*

etiam edicto, sic enim & Pulmanni codex unus. saltē verbum præsidens omnino amouendū est, aut scribendum prælens. ut edictum scilicet absens proposuerit.

SISTERE IN SVA SEDE. Sedem pro firmo ac stabili rerum statu dixit: sicut & Horat. epod. xiiii, Deus hæc fortasse benigna reducat in sedem vice: nec multum dissimile illud pro Archia, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romæ collocavit. hinc sedere pro firmiter placere, Virg. Idque pio sedet Æneæ. & certa sedet patibus sententia pugnæ.

VRBEM NAMQVE. Sic omnia qua vidimus exemplaria. & tamen affirmare ausim legendum esse, vibem neque.

XXIX.



FORVM CVM ADE MARTIS ULTORIS.  
Ut Diuus Iulius adem Veneris Genitricis; sic foro suo Augustus adem Martis ultoris adiunxit. atque, una cum foro Romano, tria in urbe fira fuere. Mart. Atque erit in triplici par mihi nemo foro. Papin. Quæ trinno iuuenis foro tonabas. Martis autem ultoris meminerunt Plin. lib. xxxiiii, cap. xiiii; Ovid. Fast. v; Juvenal. Sat. xiiii; Dio lib. lxxxii: & eius tēpli effigies in veteribus nūmis cernitur, vti & Jovis tonantis: de quo hic etiam Suet. Verum de



Marte

Marte vltore notandum, etiā alterum ei in Capitolio, signis à Parthis receptis, ab Augusto instar Iouis Fere-tri templum exstructum fuisse: que causa est, quod non eadem in nummis omnibus eius templi forma certinatur.

HINC DEDUCERENTVR. Ab his qui officij causa prosequabantur: de quo more Cæs. c. LXXI.

TEMPLVM APOLLINIS IN EA PARTE PAL. Ad eius templi dedicationem referendum illud Horatij, lib. i od. XXXI, Quid dedicatum poscit Apollinem Vates, nam de bibliotheca ibidem ab Augusto instituta notissimus eiusdem poëta versus, tangere vitet Scripta, Palatinus quæcumque recepit Apollon. Vide Dionem, initio lib. LIII.

SERVVM QVÆ PRÆLVCENTEM. Sup:  
Cæs. cap. XXXI, luminibus extinctis.

THEATRVM QVÆ MARCELLI. Tarpeio monti accubans, eo nempe loco quo Cæsar dictator illud destinauerat. Cæs. cap. XLIIII.

A MARCIO PHILIPPO ÆDES HERCVLIS ET MVSARVM. Hic Marcius Philippus Augusti vitricus fuit, ut antè vidimus C. V. III. In optimo autem codice, Herculis Musatum legitur, & adem quidem hanc Herculi ac Musis communem fuisse auctor est Plutarch. probl. LIX. Diarii noviū ī Cœpiūs nēgālēus, nāi μετών (Cœps; enim eo loco pro æde, sine templo porius, quam pro ara interpretandum censeo) sed tamen sicut geminis fratribus ædes in foro constituta, tantum Castoris vocabatur: sic ista Herculis. nec absolute. Verum Herculis Musarum dicta est, quod ad Musas quoque pertinere cognosceretur. Hanc verò M. Fulvius Nobilior, qui anno Vrbis DLXVI de Aetolis triū-

H 4 phauit,

phant, triennio post Censor extraxit, in eaq; Musarū signa, que capti Ambracia Romam transulerat; posuit, ac fastos quoque populi Romani publicauit. his torum refert Linius libr. xxxviiii. De Muis Plinii libro xxxv, c. x. De fastis, Macrobius lib. i Saturn. c. xii. ipse etiam adem Herculis Musarum appellans. Sed omnium pulcherrime Eumenius Rhetor oratione de Scholis instituendis, qua cum diversorum autorum panegyricis edita inuenitur, his verbis: *Ædem Herculis Musarum in circo Flaminio Fulvius ille Nobilior ex pecunia Censoria fecit, non id modo secutus, quod ipse litteris, & summa Poëta amicitia duceretur: sed quod in Grecia cum esset Imperator, acceperat Herculem Musagetē esse, id est, cornitem, ducemq; Musarum.* idemq; primus signa nouem, hoc est, omnium Camanarum, ex Ambraciensi oppido translata, sub tutela fortissimi numinis consecravit: quia mutuis operis, & premis iunari, ornariq; deberent. Musarum quies defensione Herculis: *Virtus Herculis voce Musarum.* Sic ille haud dubie rectius, quam Plutarchus, qui eam adserit causam quod Hercules olim Euandrum litteras doceisset, quasi verò id tot post seculis respxerit Fulvius, & non Ennius potius amicitiam, qui Fulvio in expeditione illa comes fuit, & amici victoriam, per se magnificam, insigni laude celebrauit. auctor qui de viris illustribus libellum scripsit c. llii. Ennio igitur Epicorū, ante Virgilium principi hoc pulcherrimum firmissimæ inter doctos, ac fortes viros amicitia symbolum debemus. Atque hinc Ciceronis loco, pro Archia, lumen accesserit, cum ait: *nam verò ille qui cum Ætolis Ennio comite bellauit, Fulvius nō dubitauit Martis manubias Muisis consecrare.* At durus ille, & severus Cato,

hunc

hnic Fulvijo, si diis placet, ut crimen obiecit, quod Consul in provinciam poetas duxisset. testis Cicero Tusculana. Denique veteres extant denarij Q. Pomponij



Muse, quales  
Ego seruo, qui  
nem modo singu-  
las Musas, di-  
uerso quamque  
habitu, nobis re-  
presentant: sed

& Herculem Musarum, cum inscriptione HERCVLES  
MVSARVM. Musarum autem vel praeципuum Apollini-  
nis etiam cognomen fuit, cuius Pausanias in Atticis, &  
Plutarchus Sympos. meminere.

ANNUI MAGISTRATVS. Si Suetonium XXX.  
recte intelligo, non nouos ad id de quo loquitur magi-  
stratus instituit Augustus; sed ordinariis, vt puta  
pratoribus, tribunis, atque edilibus, hanc quoque cu-  
ram extra ordinem demandauit, facta sortitione quam  
quisque regionem tueretur. sicut neque urbem in  
regiones vicosque primus diuisit: sed, cum ante sic  
diuisa esset, quisquamque regionem aut vicum cu-  
raret constituit. vide L. 111, de offic. pref. vigi-  
lum. Inf. Claud. capite xviiii, auxilio ple-  
bem per magistratus ex omnibus vicis conuocauit.  
De vicorum magistris Tib. capite ultimo. Victor  
vicomagistros vocat. Dio cesarapponus, libro LV.  
quem vide.

GEMMASQUE ET MARGARITAS.  
Auctores fere his vocabulis sic utuntur, ut gemma  
omnis lapillus pretiosus sit; margarita concharum  
partus. I. C<sup>ui</sup>. vero gemmas esse volunt qua pellucide  
Hs sint

sint materiae; velut smaragdi, chrysolithi, amethysti: lapilos vero contrariae superioribus naturæ, ut Obsidiani, Veientani: margaritas autem nec gemmis nec lapillis annumerat. L. xv, de auro & argento legato. Sic Horatius lib. iii, od. xxiiii, Gemmas, & lapides, aurum & inutile. & Plin. initio libro xxxvii, gemmas violari signis nefas ducebant. id enim de pellucidis intelligo.

XXXI. NVNQVAM VIVO LEPIDO. Quem tamen, spoliatum exercitu, Circeios in perpetuum relegauerat. sup. cap. xvi. verum quia Pontificatus non nisi cum vita munere ponebatur; Augustus (quod lib. i. de clementia tradit Seneca) honorem illum vocari non spolium voluit. Nec vero Pontificatus tantum sed & cetera sacerdoria perpetua fuere: ut ne exules quidem sacerdotio priuarentur. quod de Arnalibus a Romulo institutis tradit Plin. lib. xviii, cap. ii.

SVB PALATINI APOLLINIS BASI.  
Recte. vt fatidicorum librorum custos esset, qui & vaticinis & vaticiniis omnibus prefuit. De quo eleganter Macrobius, extremo lib. v. Sic Cæsari dictatori decretos à Senatu honores, litteris aureis in columnas argenteas inscriptos, sub pedibus Iouis Capitolini collocatos fuisse, auctor est Dio lib. xlviij. fatidicos autem libros vocat, vt fatidica vatis, fatidica Mantus, fatidici oracula Fauni dixit Virg. Linus vaticinos, lib. xxv, & xxxix: male enim vulgati codices vaticinios scribunt: Suetonius Cæs. cap. lxxix, fatales: sicut & Uopiscus Aureliano, & fatalia carmina Ausonius, quod populi Romani fata continebant.

SEXTILEM MENSEM A SVO COGNOMINE. Tres libri optimi, è suo nomine: ut non semel etiam

etiam Varro, & ipse Cicero, nomen pro cognomine posuerunt. Non solum autem eodem mense: sed & die quo capta fuit Alexandria, alia Augusto feliciter evenerisse testatur Horat. lib. I I I I, od. XI I I I. Sed & Dio, lib. LI, inter alios post bellum Actiacum decretos ei honores recenset, ut dies quo capta est Alexandria festus haberetur, & ab eo anni numerari inciperent. verum quo mense aut die capta fuerit, non addit: tantum, initio eius libri, pugnatum scribit apud Actium, I I I I Non. Sept. a quo die Augusti imperium cœperit.

ALIAM CAPI. Libri duo, capi aliam. verbum autem pontificium est. propriè enim virgines Vestales, viri & flamines, capi dicebantur. de quo Gellius, lib. I, cap. XII. quem vide.

SALVTIS AVGVRIVM. Augustus, post tres illos celeberrimos triumphos suos, eodem tempore quo Ianum clausit, etiam salutis augurium fecit. neutrum, enim nisi quieto imperio fieri poterat. Idem vero, intermissum annis quinque & viginti, placuisse continuari sub Claudio, auctor est Tacitus, lib. XII Annalium. meminit eius Cicero, lib. I de divinatione. Qui plura volet, Dionem videat lib. XXXVII: & Politianum, Miscell. cap. XIII.

LVDOS SÆCVLARES. Hos celebravit Augustus, A. V. DCCXXXVI. C. Furnio & C. Junio Silano

Coss. quo tempore Horat. annos natus XLVIII, carmen, quod seculare inscribitur, in Augusti gratiam fecit. Extant etiam ea de re Augusti nummi complures: inter quos unus cum hac inscriptione, IMP. CÆS. AVG. LVD. SÆC. XV.

S. F. id



s. r. id est , xviri sacris faciundis.

C O M P I T A L E S   L A R E S . Sic dicti , quod , ut  
Ouidius cecinit , compita seruant , Et vigilant nostra  
semper in eae Lares . Tertull. de spectaculis , Ara Cōsi ,  
qui Neptunus est , in circō defossa est sub terra , ad  
primas metas , cum inscriptione huiusmodi : Consus  
cōsilio , Mars duello , Latēs comitio potentes , quo loco  
sunt qui compito , pro comitio , legendum putent . verū  
ut compita , sic comitia , quod plures in unum via con-  
fluant , appellantur . vide Macrobius , lib . i cap . vii ;  
Varri . lib . lll ling . Lat . Festum , verbo Compitalia ,  
& verbo Ianee : & Plin . extremo lib . xxxvi .

V E R N I S   F L O R I B U S   E T   A E S T I V I S .

Plantus prologo Aulul sub persona Laris , de Euclionis  
filia : aut ture , aut vino , aut aliquo semper supplicat ,  
dat mihi coronas . Horat . lib . ii , epist . ad Augustum ,  
Floribus & vino Genium . Suet . Ner . cap . llll , Cal .  
Ianuariis exornati Lares : quamquam eum locum ad  
Augusti prescriptum non retulerim .

M A R M O R E O   I A N O   S V P P O S V I T . Lib .  
vnus , superposuit . Hinc Scoppa Collectaneis legendum  
putat superimposuit . sed male . Ianos enim vocabant .  
transitiones peruvias : quales multas Domitianus tota  
vrbe extruxit . sub tali igitur Ianō , aut fornice si maius  
peruta , Pompeij statuam Augustus posuit . Non satis  
autem intelligo , quam Pompeij regiam hic dicat Sue-  
tonius . sensus exigit , ut è regione theatri posita fuerit :  
interpretes pro basilica exponunt : sed addere debebant .  
qua illa fuerit . nam de curia Pompeij certè nō loquitur .  
quare existimo theatrum ipsum , vti opus regale , voca-  
ri theatri regiam .

XXXII . P E R   P A C E M   E X T I T E R A N T . Id est , emergerat ,  
vel .

vel exorta fuerant. *Lucr. lib. 111*, pallorem existere  
toto Corpore. et *lib. vi*, Existit sacer ignis. *li. i. Rhet.*  
*ad Herennium*, si furiosus existet, agnatorū gentiliūq;  
in eo pecuniaq; eius potestas esto: *quod Tusc. iii* vel-  
uti interpretās ipse Cic. si furiosus, inquit, esse incipit.

GRASSATORVM PLVRIMI SVCCIN-  
CTI FERRO. Id suis tēporibus Juuenalis cōqueritur,  
*Sat. iii*, Interdū & ferro subitus grassator agit rē. addē  
*Suetoniū*, *Tib. cap. xxxvii*. Sunt autē grassatores, de  
quibus facetē *Plantus Amphit.* pugni dant vētri victū.  
*De iisdē Tibullus lib. i el. 11*, Nec sinit occurrit quis-  
quā qui corpora ferro Vulneret, aut rapta prēmia ve-  
ste petat: unde et premiatores dicti apud *Noniū*. *Cal-*  
*listratus*, *l. xxviii de pœnis*, Grassatores, qui prædæ  
causa id faciūt, proximi latronibus habentur: &, si cū  
ferro aggredi & spoliare instituerūt, capite puniūtur:  
vtique si s̄apius, atque in itineribus id admiserunt.  
*Grassari ergo propriè est sine ferro adgredi, prædæ plerū-*  
*que, aut etiā lascivie causa. elegāter itaq; Horat. lib. ii*  
*Sat. ix*, Obsequio grassare: & *Linus lib. xlvi*, qui as-  
sentando multitudini grassantur. Unde grassari, pro  
adulari, apud *Festum*. & hoc est quod rixas à grassa-  
turis distinguuit *Saturninus*, *l. xvi de pœnis*.

ERGASTVLIS POSSESSORVM. Possessio, & ius possi-  
dendi, & rem ipsam que possidetur, ut puta villam aut  
fundum, significat. hinc possessiones, inquit *Festus*, ap-  
pellantur agri latè patentes, publici primatiq;. Possesso-  
res itaq; vocat *Sueton.* dominos ipsos possessionū: *visup.*  
*cap. xiii*. *De ergastulis verò villarum Columella, lib. i.*  
*ca. viii. addē locū Suet. Tib. ca. viii. atq; hinc cōmodius*  
*Iuuenalē intelligemus*, *Sat. xiii*, Quē mitē afficiūt in-  
scripta ergastula, carcer Rusticus: & *Sat. x*, Nēpe in  
Lucanos

Lucanos aut Tuscae ergastū la mittas.

COLLEGIA PRÆTER ANTIQVA ET  
LEGITIMA. Due dictiones postrema, & legitima,  
absunt à duobus codicib. vt sensus sit, Augustum noua  
omnia collegia dissoluisse: quemadmodum & Cæsar di-  
ctator, sup. c. XLII.

TABVLAS VETERVM ÆRARII DE-  
BITORVM EXVSSIT. Tres libri non habent ver-  
bum ærarij: quos non sequor. In omnibus autē ms. quos  
viderim, pro exuſſit, excusit reperi. Sed Hadriani &  
Gratiani Cæſarum de exuſſis publicorum debitorum  
tabulis exempla, à Beroaldo hic relata, & Dionis au-  
toritas initio lib. LIIII, receptam lectionem confirmant.  
Excutere autē minus magnificū, & laboriosum magis.

DIVTVRNORVM REORVM. Modestinus  
l. xxv. de poenis, Si diutino tempore aliquis in reatu  
fuit, aliquatenus poena eius sublenanda erit. Augu-  
stus, accedente accusantium malitia, diuturnos reos et-  
iam liberos dimisit.

QVI HONORARIIS LVDIS OCCVP.  
Honorarij ludi, inquit Festus, quos & Liberalia dice-  
bant. Liberalia autem Liberi festa: quę apud Gr̄cos  
dicuntur διονύσια. Sed non existimo tot dies solis Libe-  
ralibus occupatos fuisse. verius fortassis honorarios in-  
terpretabimur, honoris seu dicis causa sic dictos; nō quod  
ludi verè ederetur: vel eos quibus Prætor præterat. nam  
& ius pretorium (quod norunt omnes) honorarium ap-  
pellatur. prior sententia verior est.

ACTVI RERVM. Sic Cland. cap. xv, & xxii.  
Ner. xvii. Quibus omnibus locis rerū actus nihil aliud  
quam tempus ipsum significat quo iudicia exerceantur,  
ac de rebus agitur. vti & apud Plin. lib. ix, ep. xxv,  
Nunc

Nunc me rerum actus modicè, sed tamen distingit.  
*Idq; apertissimè sic esse ostendit Capitol. M. Antonino,*  
 fastis, *inquit*, dies iudicarios addidit: ita ut ducentos  
 triginta dies annuos rebus agendis, libibusque disce-  
 ptandis constitueret. *Dies iudicarios vocat quos ne-*  
*gotiosos alicubi Tacitus, & rerum actum Suetonius.*

QVARTAM ADDIXIT. Sic lib. ms. omnes.  
 sunt tamen qui addidit, & qui adduxit legendum pu-  
 tent. Addici autem indices arbitriq; dicebantur, cùm  
 vel à prætore dabantur, vel à litigantibus sumebantur.  
*exempla sepe obvia apud J. C°. nostros, vt l. XXXIX, XLVI,*  
*& LXXX, de iudiciis; eosque qui de agrorum limitibus*  
*scripsere. Suetonius tamen, Cal. cap. XVI, vt leuior, in-*  
*quit, iudicantibus labor fieret, ad quatuor priores*  
*quintam decuriam addidit. neque eo loco dissentunt*  
*codices. Item Galba, cap. XIII, iudicibus sextam de-*  
*curiam adiici precantibus. & sancè aliud est indicem*  
*addicere, aliud decuriam nouam iudicum instituere.*  
*Non repugnabo igitur ei qui addidit, pro addixit, le-*  
*gendum esse contendat. Nam & ex illis tribus prætoris*  
*verbis do, dico, addico, non tam ultimum, quam pri-*  
*mum ad iudicis arbitriue dationem referimus. Illud*  
*potius inquirendū, quo modo tribus iudicum decuriis*  
*quartam addidisse Augustum Suetonius scribat; cùm*  
*Diuus Iulius iudicia ad duo tantum iudicum genera*  
*redegerit: equestris ordinis, ac Senatorij, remotis tri-*  
*bus erarij. sup. Ces. c. XLII. & Antonius quidem, in-*  
*terfecto Cesare, centuriones militesq; legionis Alaude-*  
*duabus illis centuriis adiecit: quo nomine eum exagitat*  
*Cicero Phil. 1. magis tamen crediderim, hoste indicato*  
*Antonio iudicia ad tribunos redisse. Illud etiam ex-*  
*poni velim, queres, Novembri & Decembri mense agi*  
*sólite,*

solita, deinceps omittentur. An forte tunc cessabat rerum actus, neq; indicia siebant? quod non existimo. quid enim proderat rerum altui adiecisse dies triginta, si adempti menses duo? Sed tamen hi duo menses pene toti feriis occupabantur.

**XXXIII.** CVLEO I.NSVERETVR. *Lib. optimus*, culleo: & mox, afficiuntur, pro afficiebantur: & pro patrem, parentem. *Nota autem parricidarum pœna.*

**FRAVDE VEL ERRORE.** *De lege Cornelii de falsis, que & testamentaria dicebatur, Panlli I.C<sup>ii</sup>.* verba sunt hac: Qui testamentum falsum scripsit, signauerit, recitaueit, dolo malo; cuiusue dolo malo id factum erit; lege Cornelii damnatur. Si ergo dolus requiritur, quorūsum tertia illa Augusti tabula? Sed Augusti tēpore lex non tam aperte id ita canerat.

**APPELLATIONES QVOTANNIS.** Appellationis usus ante Cæsarum tempora Roma minus frequens fuit: postea vero magis ac magis, deficiente pratorum tam in sortiendis quam dandis iudicibus potestate, provocandi licentia in immensum crevit: præser-tim ubi ex rescripto principis peti dari, iudices cœperere: à quibus, uti & à magistratibus, ad principem poterat appellari. Has ergo appellationes Augustus quotannis aut pratori urbano, si urbani erant litigatores; aut, si provinciales, viris consularibus quos ei curè præficerat, delegauit. Caius vero Caligula initio imperij magistratibus liberam iurisdictionem concessit. testis Suetonius cap. XVI. verum id non diu mansit. nam & ad Senatum & ad principem passim appellabatur. sed cum ad principem appellatibus certa, si succumberent, proposita esset pœna; Nero statuit, ut eiusdem pecunia periculum facerent & qui ad Senatum appellassent, & qui

qui ad Principem: de quo, *Nerone* cap. xvii. A Senatu vero ne appellaretur ad principem, Hadriani oratione effectum esse, *Vlpianus* tradidit l.i, à quibus appell. non licet. atq; adeò, ad vitandas appellationum ambages, *M. Antoninus* multis cognitionibus ad se pertinentibus Senatum indicem dedit. testis *Capitolinus*.

## ET DE ADULTERIIS ET DE PUDICIIS XXXIII.

TIA. Deleo illud prius &c, vt in vetusto codice: quo aperius lector intelligat, unam eandemq; esse legem, quæ de adulteriis et de pudicitia inscribitur. additum enim & de pudicitia, quod lege *Iulia* puniebantur etiam iij qui cum masculis nefariam exercebant libidinem. testis *Justinianus*, *Instit.* lib. 1111, titulo de publicis indicis: quamquam delictum hoc & alia peculiari lege, *Scantinia*, coercebatur; sed leniore pena: quam lex *Iulia* capitalem statuit. verum de *Scantinia* alibi. Pudicitia certè questionem vocat *Valerius*, lib. vi cap. 1, quæ de pueri stupro habebatur: & peculiariter impudicitia crimen ipsum dicitur; vt impudici qui eo vitio laborat. inf. cap. LXXI, infamiam impudicitiae facillimè refutauit, circa libidines hæsit. & *Vespas.* cap. xiiii, *Licinius* Muçianum notæ impudicitiae. *Catullus* epigra. in *Cæsarem*, Es impudicus, & vorax, & aleo: & notum est illud *Catonis* dictum in effeminatum quendam, & aduersus & auersus impudicus es. notum & illud *Haterij* oratoris apud *Senecā*, lib. 1111 cōtronders. impudicitia in ingenuo crimē est, in seruo necessitas, in liberto officium. *Augusti* autē hanc legē fuisse, quamquam *Iulia* inscribitur, et *Vlpianus* attestatur: & *Sex. Aurelius* probat, Augustū reprehendens, quod, cūm esset luxuria seruiens, eius tamen vītī acerrimus ultor erat. Adde si lubet *Horat.* lib. 1111 od. v, ubi in *Augusti* laude

sic canit, Nullis polluitur casta domus stupris: et quæ ad eundem poëtam annotauimus, lib. I : i : i od. xv, Edi-  
cta rumpent Iulia. sic enim Augusti leges vocat.

DE MARITANDIS ORDINIBVS. Hanc quoque Augustus legem non ex integro sanxit, sed re-  
träctauit. Nam orationis, quam Metellus Numidi-  
cus censor de ducendis uxoribus, seu de prole augēda, ad  
populum habuit, an. V. DCL, meminit Gellius lib. I.  
cap. VI: & Suetonius ipse, inf. cap. LXXXIX. Diu autem  
multumque hæc cura Augustum Cæsarem exercuit. nam  
ab anno DCCXXXII IIII, quo præfecturam morum suscep-  
pit, ad annum usque DCCLXI, in quem M. Papia Mutili  
& Q. Poppea Secundi consulatus incidit, numquam  
res perfici potuit: tunc vero lex Papia Poppea finem  
imposuit. eadē quidem, si materiā spectes, qua lex Iulia  
de maritandis ordinibus: sed tempore diuersa. quod ita  
esse ex Tacito conuincitur. Is enim libro IIII. Annal.  
Relatum, inquit, deinde de moderanda Papia Pop-  
pea; quam senior Augustus, post Iulias rogationes,  
incitandis cælibum pœnis, & augendo eratio, sanxe-  
rat. conuincitur & ex Horatio. is enim carmine facula-  
ri, quod anno vrb. DCCXXXVI. cecinit, sic precatur, Di-  
ua producas sobolem, patrumque Prosperes decreta  
super ingandis Feminis, prolisque nouæ Feraci lege  
marita. Felici enim, ut solet, audacia legem maritam, et  
quidem nouæ prolis feracem vocat, qua Augustus so-  
bolis causa de maritandis ordinibus tulerat. Atqui  
idem Horatius diu ante Papium & Poppeum coss.  
mortem obierat. Hinc porro factum, ut tot Iurisconsul-  
torum libri hunc passim in Pandectis titulum præferat,  
ad legem Iuliam & Papiam. Tertullianus quoque  
Apologetico eas distinguit, cum ait, Nonne vanissi-  
mas

mas Papias leges, quæ ante suscipi liberos cogunt  
quām Iuliæ matrimonium contrahi, post tantæ au-  
ctoritatis senectutem, heri Seuerus constantissimus  
principū exclusit? Verūm hec omnia peculiari de lege  
Iulia, & Papia commentario declaran. Quod autem  
de Germanici liberis hic Suetonius scribit, declarat,  
ni fallor, Augusti nummus argenteus, qualis & apud



me seruatur: quem oculis subiucere  
volui, ubi hoc tantum addidero,  
Juliam de maritandis ordinibus  
vocari etiam ab Ulpiano, l. i, un-  
de vir & uxor: & Instit. tit. ii:  
nec non à Paullo l. vi, de iure pa-  
tronatus.

QVOS ABORTIVOS. Codex unus, Orcinos. alter, or- XXXV.  
ciuos. quod postremū Victorius, Sigonius & Turnebus  
probant: ut obscuros, velut Orco & terranatos, intelli-  
gamus. Plutarchus sane χαρωτας vulgo dictos fuisse  
tradit; Orcum fortassis Latinè vocari existimans quem  
Græci Charontem vocant. Nam & χαρωται illi dicunt  
que nos Orci sive Ditis, ut Virgili utar verbis, ostia.  
Orcinus autem dicitur, ut internecinus in ms. Linij,  
Plini, Festi, & Gelly codicibus reperias, & Abortiuos  
quidem, ut vulgata habet lectio, magis Romanum est;  
quasi imperfecto partu editos dicas: sed Plutarchi aucto-  
ritas me mouet, ut Orciuos preferam, vel Orcinos: nā  
quare orcinos potius, quām orcinos recipiamus, nescio.  
Sic enim Orcinus libertus apud J. C<sup>tos</sup> nostros, qui do-  
mini testamento directo sive eo ipso quod moritur do-  
minus, libertatem adeptus est: haud dubie ab orco sic di-  
ctus, quasi Orci libertus; cùm is quem fidei commissa-  
riū vocant, heredi obstrictus maneat. Andreas tamen

*Alciatus ab op̄os deducim aluit, ut orthinus scribatur. quasi vero orcinus tot Pandectarum locis mendoſe scriptum fit.*

**QVO VIR VIRVM LEGIT.** *Quem maximè scilicet eo loco dignum iudicaret: à Romana militie cōfuetudine, de qua vir doctissimus P. Victorius, variarū lectionum lib. XVI, c. XIX. Eleganter igitur apud Tacitum Galba, in militum concione, adoptari à se Pisoneū dicit, more diuī Augusti, & exemplo militari, quo vir virum legeret. Vide inf. cap. LIII. Latè de hac re Dio, lib. LIII.*

**SELLAM SVAM CIRCVMSTANTIBVS.** *Liber optimus, sellam circumstantibus, sine suam: & mox, alio verborum ordine, ne admissum quidem scribit Cordus Cremutius tūc quemquam. De Cremutio Cordo Suet. Cal. cap. XVI: & eundem intelligit, Tib. cap. LXI, vt ibi ex Tacito ostendimus.*

**EPVLANDI PVBLICE IVS.** *Vtputa cum Iouis epulo (quam cœnam Dialem vocat alicubi Seneca) Senatus in capitolio cœnabat: aut triumphali, & pontificali, vel augurali cœna. exempla apud Valer. lib. II, cap. I: & lib. LIII, cap. II: Gelliu lib. XII, cap. VIII: Linium libro XXXVIII. Quod vero de insigni vestis dicit, ad latum clavum & calceos lunatos referre licebit.*

**NEVE SEPTEMBRI OCTOBRIVE MENSE.** *An forte ob vindemiam? nam, quod ante, cap. XXXIII, de Nouemb. ac Decemb. dixit, non satis assequor.*

**CONSILIA SORTIRI SEMESTRIA.** *Liber optimus, semenstria. Augustus autem primum ex magistratibus (demptis tamen Consulibus) singulos, & Se-*

¶ Senatores xv sorte legit; qui per senos menses sibi in consilio essent: senior vero, L. Munatio Plancus & C. Silio Cæcina COSS. xx sibi consiliarios annuos petiuit, decretumq; ut quacumq; cum his, consulibusq;, & qui designati essent consules, egisset, non minus rata essent, quam si in Senatu acta fuissent. Dio libro liii, & lib. lvi.

NON MORE NEQUE ORDINE. Melius lib. MS. omnes, non more atque ordine: & mox, perrogabat, non prærogabat. sup. Cæs. cap. xxii.

NE ACTA SEN. PVBL. Quod initio consulatus sui Cæsar statuerat. sup. Cæs. cap. xx. de Actis autem Senatus, non de Senatus consultis loquitur Suetonius, vt Beroaldus credidit. XXXVI.

NE STATIM IN PROVINC. MITTERENTVR. Ut eo nempe inter mallo remitterent animos, quos continuata imperia extollere solent. Sic & Pompeius consulatu quem solus gesse, si Dionis creditus lib. xl, instituit ut qui magistratu abiissent intra quinquennium proximum exteris prouincias ne sortirentur: sublata enim prouinciarum spe, minus ambabant magistratus.

VT PROCONSULIBVS AD MVLOS ET TABERN. Num proconsulibus tantum, an potius omnibus prouincias regentibus? quod si recipimus (nam omnium eadem ratio est, magis propriè loqueretur Suetonius, si praefides, non proconsules diceret). Proconsulis enim appellatio specialis est: Praefidis vero generalis; qua & procosules, et propriatores, & legati Cæsaris, et quicunq; alias prouincias regunt, continetur. l. i, de officio praefidis. Et sic quidem I. C<sup>i</sup>. alij vero auditores, ut olim praetoris, sic proconsulis nomine generaliter usi sunt. Quod

autem Augustus constituit, ut ituris in prouinciam nō res ipse, sed pro rebus pecunia daretur; id antea quoque sapius obseruatum fuisse, non ex uno Ciceronis loco colligitur: sed Augustus perpetuum esse voluit. postea tamen Alexander, si Lampridio credimus, & sumptū moderatus est, & res ipsas attribuit: vetusto scilicet more. Nam & Labeo originem supellectilis fuisse ait, quod olim his qui in legationem profici serentur locari solerēt quæ sub pellibus vñi forent, l. vii, de supell. leg. Eademq; ratione Vasarum appellat Cicero in Pisone. nam & hoc militare verbum est. unde vasa colligere, conclamare vasa, & referre vasa salua. Verba autem Ciceronis explicamus inf. Vespas. cap. viii.

CURA AERARII A QVÆSTORIBVS.  
Claudius vero eam questoribus reddidit: Suet. Claud. cap. xxiiii: qui etiam inde appellati sunt, quod anquirenda & conseruanda pecunia publica præfessent. vt Pomponius tradidit, l. ii de orig. Iuris. Dio, initio lib. liii.

DECEMVIRI COGERENT. Pomponius, l. ii de origine Iuris, decemviro litiibus indicandis, qui hacte præfessent centumuirali, eodem fermè tempore cōstitutos tradit quo prator peregrinus primum factus est; quoq; triumviri monetales & capitales: circa annum dxiij. ab V.C. An igitur alios creauit Augustus: quod ego sanè non existimo, iidem enim fuere, & quidem (ni fallor) ex corpore centumuirorum, quāquam alios conuocandi ius habebant. Augusto enim priores fuisse, non solum Pomponij euincit auctoritas, sed ipsa nominis scribendi ratio: cum hodieq; extent antiqua marmora, in quibus XVIRI STLITIBVS IUDICANDIS scribitur: ut stlocum, & stlatum, & stritauum, dicebant veteres.

res. Contigerat autem medio tempore, ut questura fun-  
Eti corum muneri præficerentur: quod Augustus ab-  
rogauit. Vide inf. Vespas. cap. x.

CVRAM OPERVM PVBLCORVM. Eam  
L. Vitellius administravit. Suet. Vitell. cap. v. olim <sup>XXXVII.</sup>  
Censorum erat, aut adilium etiam, nisi cuiquam extra  
ordinem demandaretur.

VIA RVM ET AQVARVM ET ALVEI  
TIBERIS. Melius ms. duo, viarum, aquarum, &  
aluei Tib. cuius officij, ac nominatim riparum & aluei  
Tiberis, frequens in antiquis marmoribus mentio. sed  
& Pomponius, l. 11 de orig. Iuris, quatuor viros olim  
institutos fuisse tradit, qui curam viarum gererent.

FRVMENTI POP. DIVIDVNDE. Diuidū-  
di tantum, an emundi etiam? extant enim veteres de-  
nary, in quorum parte altera Cereris effigies, PISO.



CÆPIO. Q. in altera vero duo vi-  
ri inter spiculas, adscriptum, AD.  
FRV. EMV. EX. S. C. Addam &  
hanc inscriptionem, L. CASVRIÖ.  
L. F. CLV. SPECVLATORI. AD.  
IIIIVIR. I. D. Q. ARG. PVBL.

ET. PEC. ALIMENTAR. DEFEN-  
SORI. REIP. CVR. ANN. POPVLO. PRÆBITÆ.  
COSCONIVS. SECUNDINVS. Sed Dio, lib. LIII,.  
prætorios ab Augusto constitutos dicit, tam eos qui fru-  
menti diuidundi, quam qui viarum muniendarum cu-  
ram gererent.

PRÆFECTVRAM VRBIS. Hanc non tam  
instituit Augustus, quam auxit atq; ornat: cuius  
postea in im nensu n crevit auctoritas. de qua, vti &  
de pratorum numero, vide Pomponium de origine Iuris.

TRIVM VIRATVM LEGENDI SEN. Et  
 Senatum legere, & equitum turmas recognoscere cen-  
 forum munus erat. & Suetonius quidē censores creasse  
 Augustum hic commemorat: verū hi, ut antè nota-  
 uimus cap. XXVII, neque in censura quicquam memo-  
 rabile gesserunt, neq; post ipsos creati alijs: sed Augustus,  
 suscep̄ta morum præfectura, Triumviros, de quibus hic  
 Suetonius, in partem muneris censorij adhibuit, veluti  
 subcensores quosdam: idque ex cōsilio Mæcenatis, apud  
 Dionem. De equitum autem censione, quā recognitionē  
 Tranquillus vocat, Plutarchus Pompeio: Gellius lib.  
 IIII. cap. XII. Festus, voce Censio, & voce Impolitias,  
 differt etiā Censio a transvectione, de qua cap. sequenti.  
 CVM ALTERO GERERET. Duo ms. ageret.  
 honorem scilicet.

XXXVIII. VIRILEM TOGAM. Duo peruersti codices,  
 virili togæ. quād̄ lectionē etiam Obertus Gifanius af-  
 firmat. nec mihi dis̄plicet. Sunt qui, à virili toga latum  
 clauum induere, legant: sed prior lectio magis Suetonij  
 dictionem sapit. Vesp. cap. II, sumpta virili toga  
 latum clauum, quamquā fratre adepto, diu auerla-  
 tus est. & apertius Aug. cap. XCIIII, sumenti viri-  
 lem togam tunica lati clavi resuta ex vtraque parte  
 ad pedes decidit. Distinguit autem tunica lati clavi  
 Senatum ab equite; ut annuli equestrem ordinem à ple-  
 be. Plin. lib. XXXII, cap. II.

BINOS PLERVMQVE LATICLAVIOS.  
 Sic Tribunus Laticlavius, Domit. cap. x: &, ad eius  
 differentiam, tribunus angusticlavius, Oth. cap. x. vide  
 Nerone, capite xxvi, à quodam laticlauio, & infr.  
 cap. XL.

EQUITVM TURMAS FREQ. RECOGNOC-  
 VIT.

VIT. An unā cum iiii viris illis de quibus paulo antē  
an verò ita officia illa instituit, ut nihilominus cū vellet  
interessest, atque praeſet etiam ſolus? Ac de priſco qui-  
dem transuectionis more Liu. lib. ix, Dionys. vii, Val.  
ii. cap. ii, Plinius xv, c. 1111, & auctōr libri de viris  
illustribus cap. xxxii, ſatius multa tradidere omnibus ob-  
via. Quod verò adiungit Suetonius, non paſſum eſſe  
Augustū in transuehendo ab accuſatore quemquā de-  
trahi, id ita intelligo, vt e pompa illa ſollēni nemo equitū  
in ius vocari aut rapi poſſet. Accuſator enim, teſte ipſo  
Cicerone lib. de Partitio. pro omni actore et petitore ac-  
cipitur. Idq; Ulpianus voluit, l. ii de in ius vocando,  
cūm, inter illos quos in ius vocari non oportet, et iam eū  
qui equo publico in Capitoliū trāſuehatur annumerat.  
ſic enim ibi legendū eſſe, Iacobo Renardo, in ſigni noſtræ  
atatis Iuris conſulto, aſſentior: cūm, notarum errore, pro  
in Capitolium, in cauſa publica nunc ibi ſcriptum ſit.  
Haec enim nota CA. P. vtrouis modo accipi poſſunt.

MAIORES AN. QVINQUE ET TRIGI-  
NTA. Non male de hac etate cogitandum eſſe monet  
Beroaldus. nam ad annum vſq; XLV, aut vt alijs volunt  
XLVII, iuniores vocabantur.

A SENATORIBVS. Legendum puto à Senatu,  
ſolent enim huiusmodi voceſ non integræ perſcribi: hinc  
mendum emanauit. nō repugnauerim tamen ſi, è ſenato-  
ribus, quis malit. XXXIX.

ALIOS POENA, ALIOS IGNOMINIA.  
Pœna à puniendo dicta, generale quidē nomen; ne-  
que aliud quam noxiæ vindicta, & quorumcumque  
delictorum coercitio eſt: ſed vel damnum irrogat, &  
tūc propriè multa dicitur; vel dolorē infert, et suppliciū  
quoque appellatur. Ignominia vero, ut inquit Nonius,

zominis tantum nota est. quod honestatis nomen habere designat, qui ignominia notatur. sic enim non malus auctor Isidorus, lib. v cap. xxvii: & pulchre apud Nonium Cicero, lib. iiii de repub. Censoris iudicium nihil fere damnato adfert praeter ruborem: itaque ut omnis ea iudicatio versatur tantummodo in nomine, animaduersio illa ignominia dicta est. *adde si lu-*  
*bet I. C<sup>os</sup>. l. cxxxii, & ccxliiiii. de verborum signif.*

TRADITIO CORAM PUGIL. Liber unus  
e nostris, tradito coram pugillari, quo taciti. &, le-  
nissimum. non sequissimum.

XL. COMITIIS TRIBVNICIIS. Beroaldus co-  
mitia Tribunorum militum, de quibus Ces. c. v, intel-  
ligit: Dio autem Tribunorum plebis, his verbis, de Au-  
gusto loquens, lib. XLV, ἀλλὰ οὐ τοῖς ἵτρεῦσι δημοπλαχίαις  
τῶν εἰσέργεται. quod si recipimus fatendū erit eum qui  
Senator non sit, nec Tribunum fieri posse. Beroaldum  
monit, quod Tribunatus plebeius erat magistratus. Sed  
hoc nihil est. idem enim plebeius, si familie originem;  
& si ordinē respicias, Senator esse poterat. Dionis itaq;  
affentior, cum ob ea que antē diximus, cap. x, tum quia  
Tribuni militum hand dubiè etiam alij, quam Sena-  
tores, populi suffragiis creabantur. Nam is primus  
fuisse videtur honorum gradus: vt C. Marij, & M. Por-  
cij Catonis, & C. Iulij Cesaris exemplis iam docuimus.  
Cesar enim Tribunus militum ante quā quaestor fuit.

VICATIM EGIT. ut & Diuus Iulius, cap. XLI.

SVI CVIVS QVE MENSIS. Liber unus MS.  
& nonnulli typis editi, sui quisque mensis. Memini  
Suidā voce Nōrvae tradidisse, dictas esse annonas quasi  
ārā rās rōvras sīdōvras. quod quamquam ridiculum  
est, annona enim ab anno quasi annalis alimonia dici-  
tur.

tur, ex eo tamen ostenditur, Nonis cuiusque mensis frumentum populo dimidi solere: quare sufficor, pro sui cuiusque mensis, legi debere Nonis cuiusque mensis. natus inde error, quod dictionem Nonis, vna tantum atq; altera notatam littera, scriba non intellexerit.

FABIANIS ET SCAPTIENSIBVS TRIBVLIBVS SVIS. Duas ergo tribus habuit Augustus, alteram Octaniorum, in qua natus, Scaptiam opinor: alteram Iuliorum, Fabiam scilicet, per adoptionem.

A SE DIVIDEBAT. Liber unus alle diuidebat. verum qui sic scripsit, non intelligebat veterem loquendi formulam a se soluere, pro de suo soluere: ut à Sempronio, à Titio soluere.

SINCERVM ATQVE AB OMNI. Melius liber Tornacensis, sincerum ab omni. hinc pulcherrimè Horatius, quavis occasione Augustum laudans, lib. III od. VI, Fecunda culpæ sœcula nuptias Primum inquinauere, & genus, & domos: Hoc fonte deriuata clades, In populum patriamque fluxit.

A LIBERTATE IVSTA. Manumissionibus modum lex Iulia imposuit, ab ipso, vt creditur, Augusto lata. De qua Dio lib. LV, et Paulinus I.C.I. xiii, de manumiss. quam secuta est Furia, seu Fusia Caninia nulli qui I. C<sup>os</sup> attigerit ignota. Verū vt quam iustam libertatem vocet Suetoniūs intelligamus, sciendum est libertinorum tria fuisse genera. Optimō iure erant qui ciues Romani efficiebantur: ita vt ius testamentorum, connubiorum, usucaptionum, nexorum, tutelarum deniq;, ac ius patriæ potestatis conseq̄uerentur. Pessimo vero dediticij, ex lege Aelia Sentia, Sex. Aelio Cato. et C. Sétio Saturnino coss. autore Augusto lata. An. V.C. DCCLVI. Medy autē inter utrosq; Latini. De dediticiis

sic

sic Ulpianus, titulo de libertis : Dediticiorū numero sunt, qui pœnæ causa vincitī à domino , qui inscripti stigmata, qui propter noxam torti nocentes inuenti sunt, aut traditi ad ferrum, aut ut cù bestiis depugnarent . *Hi omnes lege Aelia Sentia à vera libertate arcebantur.* Ac ne Latini quidem, dicti postea Juniani, destituti & ipsi iure ciuium, plenam libertatem consequebantur: sed tamen eam consequi poterant, ut ipotesi inter amicos, vel in coniunctio , aut per epistolam manu missus (his enim modis libertas data Latina tantum vocabatur) postea vindicta , testamento , aut etiam censu (que species iusta libertatis sunt) ius Quiritium acciperet; aut id illi lege vel principis indulgetia cōtingeret: uti infr. Claud.ca.xix, & epistolis Plini ad Traianū. Dediticij vero à plena libertate in perpetuū repellebantur, dicti ad eorū similitudinem, qui bello victi se suaq; victori dedūt; quorum in fœderibus pessima cōditio est. *Qua de re alibi plura.* Nunc Zonare de Iosepho nobili illo historico locū adiecisse sufficiat. hunc enim scribit à Vespasiano emissū è vinculis , sed catena securi discissa; ut vna cē vinculis ignominia solueretur. *qua de re Iosephus ipse, bello Indiaico lib. v.* Adde Suet. Claud.c.xix.

PULLATORVM TVRBA. Tres libri, bullatorum. Sunt qui palliatorum legant, ut Romanos Greco vestitos habitu intelligamus. nō recte. pullatos enim, sordidos, neglectosq; , atq; adeò fecem plebis vocat; qui, preter Romani habitus dignitatem, sic in publicum veniebant, ut vel in reatu vel in luctu esse videri possent. Inf. cap. XLIIII, Sanxit ne quis pullatorum in media cauea sederet. *Quintilianus quoq; , lib. VI cap. V, imperitis ac saepe pullatæ turbe relinquunt.* & lib. XI cap. XIIII, collidere manus, terræ pedē incutere, femur, pectus,

pectus, frontem cädere, mirè ad pullatum circulum facit. Plinius quoque epist. lib. vii, illos quoque sordidos pullatosque reueremur. Tunicatum popellum appellat Horat. epist. ut vulgus imperitum, populumq; tunicatum Tacitus, lib. de Oratorib. Deniq; Verrem non uno in loco accusat Cicero, quod tunica pilla ac pallio in officina quadam sedere sit solitus.

NISI POSITIS LACERNIS TOGATVM CONSISTERE. Locus subdifficilis est: quem vt declareremus, in memoriam renocabimus quāta olim fuerit toga dignitas, & quāt pudendum Romano, si alia quā Romani ciuis gestans insignia, palliatus vt puta, aut cū foccis, & Gallicis maxime, in publico, cōspiceretur. Docet id Ciceronis oratio pro Rabirio: et quae, Philipp. ii, in Antoniū scripsit: queq; in Verre, actione iii, & v: & inter alios Gell. lib. xiii ca. xx. Permittebatur tamē ut pluiae ac frigoris causa, prasertim in theatro ludorumq; spectaculis, ob repentinā sepe cali iniuriā, toga lacerna, quae non multū a penula distabat, superinducerent: quo & togam conseruarent, & se quoq; tuerentur. Declarat id cōplura Martialis epigrāmati, vt, i i lib. iii, et viii lib. v: et elegās Iuuenalis locus, Sat. ix, cū lacernas munimenta toga vocat. Nec inelegāter Plin. lib. xviii ca. xxv, vbi de Vergiliaruū sidere, quoniā id, inquit, etiam vestis institor est. sic enim exemplar meū ms. non institoris. hand dubiē melius. Nam sidus illud quo exoriēte astas, occidēte hiems ostenditur, quia utrōq; tēpore vestē mutamus, veluti institor est. sequitur apud Plin. ergo ex occasu eius de hieme augurantur, quibus est cura insidiandi negotiatoris auaritiæ. nubilo occasu pluuiosam hiemē denūciāt; statimq; augēt lacernarū pretia: sereno asperā; & reliquarū vestiū accedūt. Sic namque

namque in meo illo codice pro accendunt. sensus est enim, nubilo illius sideris occasu lacernarū pretia crescere; sereno autem etiam vestium altarum. nam, ut ante dixi, lacerne aduersus frigora quoque parabantur. non tamen repugno, si quis forte accendit malit. loquitur autem de his qui confectas à se vestes negotiatoribus vendunt. Negotiator vero eum significat qui non minutim, sed, ut locupletiores solent, generatim mercaturam aliquam tractat: de quo Vespasiano cap. xxvi. Sed ad Suetonium redeo. Augustus igitur lacernarū quidem usum non sustulit, ut ego quidem existimo; sed eas necessitati tantum servire voluit: ut huiusq[ue] in foro & in circo alios quam togatos consistere: ad ea enim urbis loca ferè conueniebant Romani: ut de se ait Horatius, Sat. vi lib. i, Fallacem circum vespertinusque per erro sāpe forum. & Livius lib. xxxix, Sacrificulos vatesque foro, circo, urbe prohiberent. foro & circo nominatim dicit, quod ibi potissimum in hominū multitudine versarentur. Consistere autē eos in foro ac circo intelligo, etiam qui obambulent: verū si quis alio per forum aut circum, inducta toga lacerna, transisset; id crediderim licuisse. Ad toge quoque honestatem spectat quod refert Suetonius Claudio, cap. vi: ei scilicet spectaculis aduenienti equestrem ordinem, depositis lacernis, assurgere consueuisse: spectat etiam quod tradit Spartianus Hadriano, iussisse eū Senatores et equites in publico semper togatos esse, nisi cū à cæna reuerteretur: spectat & illud quod initio eius libri scribit, Hadriano omen ad imperium fuisse, quod Tribunus pl. effectus penulas amiserat; quibus Tribuni quidem pluvia tempore uti solebant, sed Imperatores numquam. Addam & Lampridium Commodo, inter prodigia mortis eius refe-

referentem, quod, contra consuetudinem, panulatos insit spectatores, non togatos ad munus conuenire; ipse in pullis vestimentis praesidens. Adde locum Calig. cap. lli.

TRICENOS NON NVM QVAM DVCE-  
XLI.

NOS QVINQVAGENOS QVE. Liber Ferrarensis, quem sequor, trecenos nonnullam ducenos quinquagenos. alioquin summa nimis fuisset exigua, quamquam Quintilianus, lib. vi, refert, Fabium Maximum ea qua donabat Augustus heminaria, non congiaria, vocare solitum ob exigitatem scilicet, quod hemine potius quam congiis mensura darentur. vide Ces. cap. XXXVIII.

NE MINORES QVIDEM PVEROS. Sic Traianum prolixè laudat Plinius, quod ad congiaria sua infantes quoq; admitteret.

TESSERAS QVE NVMMARIAS. Tesseras frumentarias, olearias, & canarias quoque legisse memini; quas redditibus, frumentum, oleum, aut cana præberetur sic igitur & nummarias interpretor, quibus allatis promissi pro congiario nummi præstarētur: quas Augustus nonnumquam duplicauit. Atque ita intelligo Iuuenalis locum, Summula ne pereat qua vili tessera venit. tessera enim nummis redimebatur ab eo qui congiarium dabat.

SEVERISSIMA COERCIT VOCE. Tres libri, oratione, haud dubie melius. solebat enim Augustus non solum orationes, sed & libros totos in Senatu recitare, vel populo per edictum notos facere. inf. ca. LXXXIX. Simile autem quod de Pescennio Negro tradit Spartianus: cum enim milites limitanei Ægypti vinum peterent; respondit, Nilum habetis, & vinum queritis?

EIDEM POPVLO. Verbum populo ex glosse-  
matio irrepfit.

VENALICIAS AC LANISTARVM FA-  
MILIAS. Familiam vocant, f. C. plures simul per-  
sonas sub vnius potestate, & quidem seruos ferè: qui si  
publici sint, quales qui ad libitum aderant aut aquarum  
curatoribus. familia publica dicitur; alioqui urbana, et  
rustica. Lanistarum ergo familia vocantur, hi qui ad  
ferrum atque arenam parati sunt: Venalicia mangonū  
est, ipsi nempe venales. Quaquam enim venalia mul-  
ta sunt; venaliū tamen nomine, vt Quintil. tradidit  
lib. viii c. 11, peculiariter serui dicuntur: maxime no-  
uitij; quos & veteratoribus opponunt, l. xxvii, & l.  
vlt. de edilitio edicto. Horat. Sat. 1, vt si R. ticulum  
panis venales inter onusto Forte vehas humero. Cic.  
pro domo: Ille nouitius Ligurvenalis, asscriptor & sub  
scriptor tuus. Plin. epist. xxi lib. 1, Credo decentes  
esse seruos qui mihi sunt empti consilio tuo. superest  
vt frugi sint, quod de venalibus melius auribus quā  
oculis iudicatur. Hinc ergo venalicus, nō tantum ad-  
iectiū, vt dicunt Grammatici, vtputa cūm familiam  
aut gregem venalicium dicimus; sed pro ipso mangone.  
Sueton. lib. de claris Rhetor. Venalicij cūm Brundisij  
gregem venalium nauj educerent. Cicero fragmento  
orationis Corneliana, quod in Oratore ad Brutum nūc  
legitur, atq; exstat etiam apud Nonium & Quintil.  
Neque me diuitiæ mouent; quibus omnes Africa-  
nos & Lælios multi venalicij mercatoresque supera-  
runt: quo tamen loco Dionysius Lambinus venaliciarij  
legendum existimat. nam venaliciarij, vt inquit, man-  
gones sunt: venalicij serui ipsi venales. Sed errat, & qui-  
dē insigniter. nam si in illis verbis vel syllabā immutes,  
quod

quod ipse affirmat Cicero, minus concinna & numerosa erit oratio. & venaliciarios quidem vocari à I. C<sup>ui</sup> non stris mangones ipsos non diffiteor; sed venalicios absolute pro seruis accipi constanter nego. veteres certè non ita usi sunt. & ut Suetoniū quem ascripsi locum omittam, maior profecto Quintiliani & Noniū quam Lambini esse debet auctoritas. Venalicia sāne pro venalibus, ut seruitia pro seruis, Ulpianus dixit l.v, de iure delibrandi: & è venalicio nouitorum emere, Venuleius l. vlt. de adilit. edito. pro ex corpore seu grege renalium. Sed hoc nihil Lambinum adiuuat. Egregie autem Cicero venaliciis mercatores adiungit. nam, ut l.CCVII de verborum signif. Africanus tradidit, mercis appellatione homines non continentur: eamq; ob rem, mangones non mercatores sed venaliciarij appellantur. Venaliciarios igitur vocant. I.C. quos alij venalicos: venaliciam tamen vitam exercere dixit Ulpianus, l.LXXXIII de legat. & fideicom. lib. III.

FRUMENTATIONES. Frumentari, unde frumentator & frumentatio, castrense verbum est. Suetonius pro annoa populo distributa passim utitur.

CULTURA AGRORVM CESSARAT. Libri ms. cesserat. nec displicet. nihil muto tamen. Verum ut huius loci sententiam melius explicemus, lectorem obiter monebimus, cosueisse Romanos vestigalia sua publicanis, qui fere ex equestri erat ordine, per censorcs elocare: qui si frumenti decumam conduxisserint, Decimani; si portoria, portitores; si pasqua, pecuarij dicebantur: & ea omnia, quoniam res immensa erat, aut per familias suas exercebant, aut aliis porro cimibus concedebant; qui & aratores, & coloni, & agricola, & pastores sape à Cicerone atq; aliis appellatur: nō quod ipsi

vel ararent, vel pascerent; sed quod obstricti publicanis circa eadem negotia versabantur: eo utiliores Reipub. quo in opere quisque suo diligentius negotiabantur. Sed quia res magni laboris erat, & incertum saps lucrum, cum de honoribus contendentium ambitione, ac virorum principum largitione, annona publica (quam frumentationem vocat Suetonius) cotidie cresceret; multi eo confisi beneficio, nec labore querendum rati, quod otiosis quoque de publico prestabatur, agrorum culturam negligebant. Augustus vero rem sic temperauit, ut & plebi urbane satisficeret; & negotiantium quoque ratio haberetur. Negotiantium autem verbo omnes quos diximus continentur. Aratorum non ita. hinc arationes, & aratiuncula, apud Plaut. Trucul.

POPVL RATIONEM DEDVCERET. Lib. vnius, duceret. quod interpretes sequi videntur.

XLI. SED IN CIRCO ET IN SEPTIS. Libri ms. mirè variant: omnium optimus sic, sed & in circo. in septis nihil umquam praeter venationes edidit. athletasque exiuctis Notum autem, theatra propriè ludi scenicis dedicata fuisse; quos Augustus in foro quoque, & amphitheatro, & circo edidit. Similis locus Cal. cap. XVIII.

ET NON NVN QVAM EX NOBILISS. Mallem abesse, &c.

MAGNORVM MINORVMQUE. Lego, ut in vetustissimo codice, maiorum minorumque. Sic enim Ces. cap. xxxix, & Tib. cap. vi. Mallem etiam frequentissimo, pro frequentissime, modo libri suffragarentur.

INDOLEM SIC NOTESCERE. Duo libri, enitescere. quod probo.

C. NONIVM ASPRENATEM. Libri MS.  
Nonium Aspr. sine pranomine: *vnius verò, Sex. pro C.*  
*Inf. cap. lvi, Cùm Alsprenas Nonius arctius ei iun-*  
*ctus.*

ESERNINI NEPOTIS SVI. Esernini ne-  
potis Asini Pollio meminit Seneca, *1111 declam.*  
*& in controversiis. vitam eius incorruptam & facun-*  
*diam laudat Tac. Ann. xi.*

ADOLESCENTVLVM LVCIVM. Certum  
est subesse mendum. Duo cod. habent Lytum, *vnius*  
*Licitum, optimus Litum. Scribo igitur L.Itium. Itia*  
*enim gens Romana, vt ex nummo veteri videre licet,*  
*quem apud me seruo. Apud Horatium quoq., tam in odis quam epi-*  
*stolis, male Itius pro Itius scribi-*  
*tur: Iti beatis nunc Arabum inui-*  
*des Gazis: &, Fluëtibus Agrippæ*  
*Siculis quos colligis Iti. Simile ut*  
*suspicor mendum in Macrobio, lib.*

  
*Saturn. 11, cap. 1111, Lucius grauis tragœdiarum*  
*scriptor. Est & C. Itius apud Plin. inter auctores li-*  
*bri xxxvi, pro C. Itius, vt arbitror.*

BIPEDALI MINOR. Ad hunc Augusti na-  
num videri potest respxisse Horat. lib. 11. Sat. 111,  
Ædificas, hoc est longos imitaris, ab imo Ad Sum-  
mum moduli bipedalis. Plinius quoque lib. vii cap.  
xvi, ex Varrone, Manum Maximum & M. Tul-  
lium, equites Rom. binum cubitorum fuisse auctor est.

SUPER QVE SE SVBSELLIO SECVN-  
DO COLLOCAVIT. Interpretes secundo supra Au-  
gustum cuneo sedisse intelligunt. Ego eodem quidem  
cuneo, sed secundo à latere sedili collocatos fuisse arbitror.

vt ad illum Horatij locum notisse me memini, lib. i i  
Sat. viii, Nomentanus erat super ipsum, Porcius  
infra. sic enim cap. proximo primus subselliorum orde  
pro primo cuneo, & Plant. Prol. Amphit. vi concu-  
nitores singula in subsellia eant per totam caueā. sub-  
sellia enim pro cuneis dixisse videtur.

**XLI I I I.** QVOTIES QVID SPECTANDVM. Tres libri,  
quoties quid spectaculi. duo, quoties spectandi, sine  
quid. quod monitum lectorem volui.

MARITIS E PLEBE. Id honoris causa fecit Au-  
gustus, & fortasse ex lege Papia Poppea, de qua sup.  
cap. XXXI I I I.

NEQVIS PULLATORVM. Libri duo bullato-  
rum. sup. cap. xl. Sed quare pullatos media cauea  
sedere vetuit? Ut Orchestra Senatorum, & equestris e-  
quitum, sic cauea (si Seruio credimus in viii Aeneid.)  
populi senatus potius confessus dicebatur. & ea qui-  
dem sic distincta, ut alij in prima, alij in media, alij in  
summa cauea considerentur: idque pro spectato-  
rum e populo vel dignitate, vel gratia. Augustus igit  
ter non nisi in summa sine ultima cauea pullatos spe-  
ctare permisit. Hinc porro Seneca locum intelligo, lib. de  
tranquill. vita cap. xi: Mimicas enim ineptias & verba  
ad summam caueam spectantia appellat, que vilissime  
tantum plebis summa cauea spectantis, auribus conue-  
niant. Plura ad Horatium epist. i, Ut proprius spe-  
ctes lacrymosa poëmata Puppi.

SOLLENNE OLIM ERAT. Cic. ad Att. lib. vii,  
Tantum illud nostrum sollenne seruemus, ut nequé  
istuc emitem sine litteris dimittamus. Malè igitur,  
qui legent, sollenni die clim mos erat. Plura ad Ho-  
ratium epist. i, Insanire putas sollenniam me.

MULIEREM SEXVM OMNEM. Turnebus, lib. XXIII cap. XV, muliebre sexus omne, ex veteri, ut inquit, codice. & sanè sic locutus veteres tradunt Priscianus & Charisius.

EPVLVINARI. Sabellica assentior, qui locum fuisse vult ad quem Circensibus deferebantur sacra. Festus, Tensam vocari ait Sinnius Capitulum quo exuuiæ Deorum ludicris circensibus in circum ad puluinat vehuntur. Huc spectare videtur, quod paulo ante dixit tensas deducere, nempe ad pulvinar: qui locus obscurus est. Aliquid Claud. c. III.

SVAM VICEM FVNGERENTVR. Duo cod. sua vice, sed nihil muto.

PATREM CÆSAREM. Idem de M. Antonino Capitolinus, Fuit consuetudo Marco, ut in circensium spectaculo legeret, audiretque, ac subscriberet: ex quo quidem saepe iocis popularibus dicitur laesus.

GRÆCO CERTAMINI. Non in Gracia, ut vult Beroaldus; sed Roma Gracorum more edito: qualia sere omnia scenica, musica, gymnica, exceptis gladiatoriis. Quæ Græca vero vocat Suetonius, etiam sacra appellabantur. Vide Ulpianum l. IIII, de his qui not. infamia.

COMMITTERE CVM GRÆCIS. An ergo huic respicit Horatius, epistola illa ad Augustum? cùm ait, Venimus ad summum fortunæ, pingimus atque Psallimus & luctamur Achivis doctiūs vñctis.

CATERVARIOS. Quos catervarios vocet ipse exprimit. Similis autem Seneca locus lib. de breu. vita, cap. XI, ubi desidiosam diuitis occupationē describens Qui spectator, inquit, puerorum rixantium sedet;

qui vinctorum suorum greges metatur, & colonoru-  
paria deducit, qui athletas nouissimos poscit. Sic e-  
nīm Senecam restituo: *cūm in vulgatis exemplaribus*  
*vicorum, pro vinctorum, et pascit, pro poscit, legatur.*  
*Pauillatim autem Seneca à puerorum ricantum lucta*  
*ad seruorum & colonorum paria, demum ad athletas*  
*usque, tanquam legitimos ordinariosq; (ut hic loquitur*  
*Suet.) progrederit. *Male igitur, qui pro vinctorum,*  
*victorum, vicinorum, aut iugorum etiam substituit.**

COERCITIONEM IN HISTR. Relē sic  
Pulmannus, ut in vetustissimis quibusque libris, & in  
Pand. Florentinis, coercitio capitalis, coercitio leuis,  
modica.

PRÄTERQVAM LUDOS ET SCENAM.  
Liber unus, præterquam in ludos & scenam. malle,  
præterquam ludis & scena, ut sensus sit, coercitionem  
eorum tantum que ludis & in scena committerentur  
permissam magistratibus, praetoribus ut puta & adili-  
bus. Quamquam ne sic quidem mihi ipse satisfacio. to-  
ta enim periodus ista merito suspecta est, ut ridicula  
& inepta.

XYSTICORVM. Quid xystus, & xystum, &  
hinc dicti xystici athletæ, qui in xylo hiberno preser-  
tim tempore exercebantur, vide Vitru. lib. v. cap. xi: &  
lib. vi, cap. x. Suet. Galb. cap. vi, siquid scenici aut  
xystici donatum olim vendidissent. Vetus item in-  
scriptio, ATHENODORVS XYSTICHVS PARIDI THY-  
MELICO BENE MERENTI FECIT.

STEPHANIONEM TOGATARIVM. De  
hoc Plin. lib. vii, cap. XLVIII, qui primus, inquit, to-  
gatas saltari instituit. sic enim legendum, non togatus.  
unde hic quoque togatarum, altorem scilicet, quam  
togata-

togatarium legere malim: ut primarum & secundarū dicimus, nō addito actoris nomine. Suet. Cal. cap. LVII. vide Festum, verbo Prætexta. legendum etiam cui, pro cum.

PER TRINA THEATRA. Pompeij, Balbi, & Marcelli, vt puto. ea enim Augusti tempore fuerunt, prater Amphitheatrum Statili Tauri. Strab. lib. v. & Ouid. lib. III de arte, Visite conspicuis terrena theatra locis.

QVERENTE PRÆTORE. Hylas forte, sibi conscius, ad domus Augusti atrium concesserat: cism vero prætor, qui ludis praerat, de eo conquereretur; Augustus palam excluso nemine, quo maior esset spectantium frequentia, flagellis eum cadi iussit. Hyle autem huius uti & Pyladis, meminit Macrob. lib. II, cap. VII. & Seneca, lib. III de clam. Pylades in comœdia, Bathyllus in tragœdia excelluerunt: unde ortæ factio-nes. Pyladen postea restituit Augustus. vide Dionem, lib. LIII.

DECVRIONES COLONICL. Dic̄tio colo-XLVI.  
mici, ut urbicis respondeat, & perse insolens, & hoc lo-co minime necessaria est: relinquunt tamen poterit ut apertius, quemadmodum in urbe Roma, sic & in Coloniis suis cuique magistratus fuisse videamus: quos inter Decuriones cum duumviris id ferme erant, quod Rome Senatorē cum Consulib⁹. inde dicti, vt scribit Pompon. l. CCXXIX. de verb. signif. quod initio cum colonie deducerentur, decima pars eorum qui deduc-  
rentur consili⁹ publici causa conscribi solita sit. hos in co-  
loniis suis Augustus, per ius suffragij, Romanis pene exequanit: siquidem & tribū habebant, & suffragia.

IN SVA QVISQVE COLONIA FERRENT.

Liber optimus, in suam quisque coloniam: & mox, assignata, pro obsignata. sed recepta lectio apertiore est.

AC NEC VBI HONESTORVM. Melius libri ms. ac nec ubi aut honestoru def. cop. aut mult. sob. uti & Pulmannus edidit. sed idem non recte distinxit. inter pungendum enim post dictiōnēm sloboles: & petentes accusandi casu logendum sublata dictiōne etiam.

PER SINGULOS DIVIDEBAT. Duo libri, pro singulis. sed utrumq; reuiciendum esse, nemo pauci doctior negaverit.

**XLVII.** PROVINCIAS. De prouinciarum distributio-  
ne Auguſti, Strabo lib. xvii, sub finem: & Dio, lib.  
LIII. adde Suet. Tib. cap. xxi, & Claud. cap. xxv. In-  
uentum id autem specie quidem, ut imperiu defendaret;  
sed re ipsa, ut exercitus omnes in sua haberet potestate.

COMMUTAVIT INTER DVM. Sic M. An-  
toninus prouincias ex proconsularib. consulares, aut  
ex consularibus proconsulares vel pratorias, pro bello  
necessitate, fecit. Alexander quoque Senatus pratorias  
praefidiales prouincias multas fecit: pro consules vero ex  
Senatus voluntate ordinavit. adde Sueton. Claud. cap.  
xxv. Et nomina quidem hec confusa sape reperias; fere  
tamen praefidiales vocarunt eas, quae principi attributa  
fuerunt. reliquas proconsulares aut pratorias. vide om-  
nino Dionem.

LIBERTATE PRIVAVIT. Ut Cyzicenos,  
quod in seditione cives quosdam Rom. flagris casos ne-  
cessent. Dio, LIII. quibus tamen postea libertatem re-  
stituit. auctor idem Dio, lib. LV. sed eam Tiberius ite-  
rum ademit. Suet. cap. XXXVII. Quod vero contra ur-  
bes bene meritas vel Latinitate vel ciuitate donavit, ut  
nempe

nempe vel Latinorum vel cinium Romanorum iure occidentur; id ante Augusti tempora, in prouinciis aut numquam aut raro admodum factitatum fuisse reperiatur. Augustus, qui eum secuti sunt, plus satis liberales fuere.

REGES, SOCIOS ETIAM, INTER SEM. XLVIII.  
Ego sine interpunctione lego, Reges socios etiam inter se metipso. Sensus enim est, Reges, qui socij pop. R. erat, etiam inter se cum coniunctisse.

RECTOR EM QVO QVE. Sic & Virg. ix, Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros. I.C<sup>ui</sup> curatorem vocant.

PARTIM IN VRBIS PARTIM IN SVI. XLIIX.  
In duobus lib. desiderantur illa verba, partim in urbibus. in alio legitur, in urbibus partem. Lego igitur, in urbibus partim, partim in sui custodiam.

CALAGVRITANORVM. Sic & diuinus Iuli Hispanorum custodia usus, cap. LXXXVI.

ET COMM. MISS. vel delenda est particula &c, vel scribendum etiam.

TVENDOS PROSECVENDOS QVE. Sic cap. LXVI, virtutes ac merita cuiusque prosecutus, absolute: cum prosequi amore, benevolentia, officio dicamus.

AERARIVM MILITARE. Sic Tacitum intelligo, cum legem Papiam Poppaam incitandis coelum penitus, & augendo aerario sanxisse Augustum scribit supra cap. XXXIIII. Sic Zonaram quoque, cum Agrippa abdicari, & relegati in insulam, pecuniam ad aerarium militare relatam narrat. extant & inscriptiones antiquae, quibus huius aerarii memoria conservatur.

CELERIUS AC SVB MANVM. *Liber vnuſ,*  
sub manu. *Seneca lib. x epist. ad Lucil.* Consilium  
nasci sub die debet: & hoc quoq; tardum est nimis:  
sub manu, vt aiunt, consilium nascatur.

PER MILITARES VIAS. *Cum viæ aut pub-*  
*licæ sint, aut priuatae, publicæ nunc militares, nunc con-*  
*ſulares, nunc prætoriae vocantur. Græcè βασιλικαί. Sicu-*  
*lus Flaccus, de condit agrorum, regales vertit. & dictæ*  
*publicæ, vel quod in ſolo publico ſunt, vel quod publicè*  
*muniuntur & curatores accipiunt, l. 111 de loc. & iti-*  
*ner. publ. l. 11, nequid in loco publ. vel itin.*

DE HINC VEHICVL A. *Hinc cursus vehicu-*  
*laris, & cura rei vehicularis, l. 1, & l. vlt: de munere. &*  
*honor. viſi etiam equis ſine vehiculo; quos Cassiodorus,*  
*lib. 1111 Variarum, cursuales vocat; ad differentiam*  
*ſcilicet eorum qui iuncti redē, veredi inde appellantur.*  
*Spart. Senero, cùm ſe vellet commédare hominibus,*  
*vehicularium munūs à priuatis ad fiscum traduxit;*  
*Capit. Perfinace, à præſide Syriæ, quod ſine diplo-*  
*matibus curſum usurpanerat, pedibus iter facere*  
*coactus. Qui plura velit, I.C<sup>o</sup> adeat, lib. xii Cod. de*  
*cursu publico.*

L.



S P H I N X E V S V S E S T. De  
hoc Plin. lib. xxxvii cap. 1. & eodē  
fortassis referendum, quod T. Ca-  
risij qui ſub Augusto 111 vir mo-  
netalis fuit, numismata Sphingem  
preferunt. Pro Dioscoridis autem,  
libri duo Dioscuridis. adde Dio-

nem, initio lib. li.

LI. CIVILITATIS QVE. Cæſ. cap. LXXI. adde, ſi lu-  
bet, Lampridium Alexandro, Cùm & mater & vxor  
nimiam

nimiam illi civilitatem obiicerent; & saepe dicerent, molliorem tibi potestatem & contemptibiliorem imperij fecisti; ille respondit, sed firmorem & diuturnicrem.

ASPERRIMAM DE SE. Sic ms. omnes, uno dempto, qui de eo habet: idq<sup>ue</sup> sequuntur interpretes. Simile Augusti clementiae exemplum apud Senecam, lib. IIII de ira cap. XXXIII.

SEDVLO VIOLENTIVS. Turnebus lentius legit, ego utrumque reuiciendum censeo. silentius retines, pro pertinacius interpreteris licet. Suet. Tib. saeuia lenta natura.

ETIAM PROCONSULIBVS DECERNI  
SOLERE. In optimo Cod. desideratur verbum solere, nō male. LIII.

COMMUNI SVO ROMÆQVE NOMINE.  
Hinc numismatum inscriptio, ROM. ET AVG. mar-  
morum quoque, SACERDOS ROM. ET AVG. sed &  
apud Sex. Rufum templum Romæ & Augusti, regione  
templi pacis: Augusti vero solius, apud eundem, regio-  
ne fori Rom. cuius & Plin. meminit, lib. XXXV, cap. IIII  
in fine. atq<sup>ue</sup> idem lib. XII, cap. xix, in palatij, inquit, té-  
plo, quod fecerat Diuo Augusto coniux Augusta.  
extat & Antonini Pij apud me nummus, cum templo  
atque inscriptione, TEMPLVM DIV. AVG. REST. id  
est, Augusto restituit. Omitto que in prouinciis, &  
peculiariter in Asia Pergami, in Bithynia Nicome-  
dia, viuenti & consentienti etiam, vt tradit. Dio lib. LI,  
extructa fuere: quorum memoriam hummi ferant.  
Templi quod Nolo ipsi dedicauit Tiberius, nō enim  
Suetonius cap. XL alterum Tarracone Hadrianus col-  
lapsum restituit: quod cū rursus se restituere, missus  
ante

ante imperium in Hispaniam, Seuerus somniasset; pro felici augurio habitum fuit. auctor Spartanus. De statu vero argenteis Augusto positis, Plinius lib. xxxii cap. xii. merito igitur Horat. Cælo tonantem credimus Iouem Regnare, præsens Diuus habebitur Augustus. & iterum, Præsenti tibi maturos largimur honores. *Adde odam v, lib. IIII.*

LIII. PRONVNCIATVM ESSET A MIMO. Libri ms. omnes, in mimo. quod malim: vel è mimo; ut verba sint è mimo petita.

ATQVE EIVSMODI BLANDITIAS. Domini igitur appellatione varie vsi sunt Romani. De imperio enim adeò id nomen apud ipsos odiosum fuit; vt, quod Macrobius & Seneca tradiderunt, etiam in re domestica, quo omnem dominis inuidiam, omnem seruis contumeliam detraherent, Dominum patrem familias; seruos familiares appellare cōsueuerint. & hoc est quod Tiberius, Dominus à quodam appellatus, denuncianuit ne se amplius contumelia causa nominaret. Suet. Tib. cap. xxvii. Ad blanditias vero etiam referri solere, cum ex hoc loco manifestum est, tum ex eo quod amicas suas iij qui amant dominas vocant. adde Suet. Claud. cap. xxi, Hortando rogandoque ad hilatitatem homines prouocans, dominos identidem appellabat. Atque hinc natum arbitror, vt, qui occurreret quorum quis nomina vel ignorabat vel non meminerat, dominos eos vocaret: auctor Seneca lib. i. epistol. Quo referendum Martialis epigramma, Cum te non nossem dominum regemque vocabam. alterum vero illud, Cum voco te dominum, noli tibi Cinna placere, Sæpe etiam seruum sic ego dico meum; irrisio est.

AVT QVOQVAM INGRESSVS. *Duo codicis non habent haec verba. Sed omnino retinenda sunt. sic enim non pessimus auctor Zonaras, Reuersus ex Græcia Augustus, noctu ingressus est, ne obuiam venire volentibus molestus esset: idq; deinceps sæpius fecit, tam ingrediendo quam egrediendo.*

IN QVIETARET. *Lib. vetustissimus, sollicitaret, pro sollicitum redderet. & sancè mira fuit veterum hac in re sollicitudo: quam exagitat Inuen. Sat. v, habet Trebius propter quod rumpere somnum Debatur.*

ELEPHANTO STIPEM. *Hoc lepidissimum Augusti dictum refert Quintil. lib. vi, & Macr. lib. ii. Addam Plin. lib. viii cap. v, ubi amatorem quendam elephantium narrat stipes quas populus dederat seruasse, & in amice sinum effudisse.*

DIES CVIVSQVE SOLLENNES. *Tibull. lib. iiiii, Est qui te Cherinte dies dedit hic mihi sanctus, Atque inter festos semper habendus erit.*

GRANDIOR IAM NATV. *Liber unius, grandi iam natu: alter, ornatu: & pro sponsaliorum, sponsalitionum.*

ANTISTIVS LABEO. *De hoc ut opinor in liiii. Augusti gratiam Horat. Sat. i, Labeone insanior. Plura Dio lib. liiiii.*

CVM TRIVMVRVM LEGERET. *Non puto quemquam negaturum, memonete, quin cum vir vitum legeret, scribendum sit. accidit enim ea Senatus lectione, de qua ante cap. xxxv.*

NEG EXPAVIT ET MAG. CVR. *Liber Ferrar. lv.*  
ncc

nec expauit, nec magna cura redarguit, ne requisitis quidem auctoribus. Id modo, quam lectionē sequor. *Inquisitionis autem de famosis libellis*, per Augustum facta, meminit Dio, lib. lvi. vide apud eundem hac de re *Mæcenatis consilium*, lib. lli.

SVB ALIENO NOMINE EDANT. *Quid si suo nomine edant, an minus tenebuntur?* Lego igitur, suo alienōūe nomine; quamquam nullo adiutus codice, sed sola ratione, sine enim suo, sine alieno, vel etiam sine nomine (dummodo de auctore cōstet) famosum quis carmē ediderit, intestabilis ex lege esse iubetur. Sic *Vlpianus l. v. de iniuriis & famosis libellis*. *Idq; etiam XII tabulis vetitum fuit, ne quod condere cārmen licet ad alterius iniuriam.* Cic *Tuscul. 1111, & Horat. epist. ad Augustum*, Pœnaque laa, malo quæ nollet carmine quemquam Describi. *Ad nouum verò Augusti hac de re edictum, respexit haud dubie Horat. lib. 11 Sat. 1, ad Trebatium,* Si mala condiderit in quem quis carmina, ius est Iudiciumque esto.

LVI. DE INHIBENDA TESTAMENTORVM LICENTIA. *Scommatorum pro testamentorum legit C. Siganus lib. 1. disput. pataumarum.* Cui tamen non assentior, nam licentiam testamentorum pro testandi quoquo modo potestate seu permissione, posuit; qua cum Senatus eos priuare vellet, qui aut famosos libellos scriberent, aut iocis quoque petulantibus ad inuidiam Augusto faciendam uterentur, ipse intercessit. Existimo autem huīus capitī principium usque ad verba, Quoties magistratum, superiori capiti annexendum esse. ut sensus sit, Augustum quidem quastionem de famosis libellis permisisse, & iocis quoque petulantioribus contradixisse edicto; verum obstat isse, quo minus hi qui deli-

deliquerissent Senatusconsulto intestabiles fierent, hoc est, testamenti factionem non haberent. Dio certè, lib. LVI, ea de re scribens, conquisitos tantum combustosq; libellos refert; & in auctores quosdam animaduersum, sed quia pœna, non addit. Quod ergo paulo antè ex VI piano attulimus, ad Augustum auctorem referri neguit: quemadmodum nec Senatusconsultum illud, de quo idem Ulp. l. xviii. de testamentis, cùm ait, Siquis ob carmen famosum damnetur, Senatusconsulto expressum est ut intestabilis sit: ergo nec testamentum facere poterit, nec testamentis adhiberi. Siquis tamè Augusti id temporibus tribuat, necesse est ut aduersus Augusti intercessionem latum esse fateamur.

SVFF. IN T R I B V. Duo cod. in tribus. lego itaque, in tribu sua.

ASPRENAS NONIUS. Hoc iudicio, ut tradit Plin. lib. xxxv. cap. xi i, Asprenati reo Cassius Seuerus accusator obiiciebat, una eius patina interisse CXXX conuinias. ipsum vero Cassium celebrem oratorem vocat, lib. vii. cap. xii. eiusdem meminere Seneca, Quintil. Macrob. & Suet. Cal. c. xvi, Vitell. c. ii. & plura nostris in Horatium Commentariis epod. vi: quod carmen in hunc Cassium scripsisse poëtam tradunt.

NE SI SUPERESSET. Superesse, pro adesse & defendere dixit: contra Gell. lib. i, cap. xxii.

LAUDATIONE IV D I C I A L I. Cùm rei sepe propinquorum amicorumq; qui illis aderat in iudicio, laudatione ac precibus liberarentur; Pompeius tertio suo Consulatu instituit, ne quis laudator aut deprecator accederet. at cùm ipsem postea, laudaturus Munatum Plancum, in iudicium venisset; Cato, cause index, aures oppositis manibus obturauit. auctor Dio, lib. xl;

SIC VIT SCRVTARIO CVIDAM. Sic Palm.  
Sed scutario legendum. Militum autem genus fuisse  
quos scutarios vocabant, & Ammianus Marcelli-  
nus non uno in loco ostendit, & Paulus Diaconus ini-  
tio supplementi in Eutropium probat, cum ait Valen-  
tinianū ex tribuno scutariorū Augustū fractum fuisse.

LXVII.

EX VOTO PRO SALVTE EIVS STI-  
PEM. Stipem pro salute Cæsar is in lacum Curtij ia-  
ciebat, ut eo loci quo hiatus ad inferos patuerat, di manes  
propitij redderentur. De stipe vero kal. Ianuarij  
collata extat vetusti marmoris Roma, non procul ab ar-  
cu Septimij Seneri eruti, inscriptio.

IMP. DIVI F. AVGVSTVS.  
PONTIFEX MAXIMVS.

IMP. XIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV  
EX STIPE QVAM POPVLVS ROMANVS  
ANNO NOVO APSENTI CONTVLIT  
NERONE CLAVDIO DRVSO  
T. QVINCTIO CRISPINO COSS.

### VOLCANO.

APOLLINEM SANDALIARIVM ET IO-  
YEM TRAGOEDVM. Sextus Rufus, regione templi  
pacis, vicum Sandaliarium; & regione Esquilina, vicu  
tragœdum commemorat, hinc Apollinis Iouisq; cognomina . Sed & in antiquo marmore sic legitur, MAGI-  
STRI VICI SANDALIARI REG. IIII.

ALIA QVE IN REST. Male distinctum.  
Lego igitur hoc modo: Et iouem tragœdum aliaq. In  
restitutione pal. dom. inc. absupte veteranidec. &c.

SED ET MODVLATIS CARMINIBVS.  
Qualia ante Deorum effigies canebantur. Suet. Cal.  
cap.

ca<sup>r</sup>.xvi, nobilibus pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum eius canentibus. De absentis Augusti desiderio, elegantissima Horatij oda, quinta lib. quarto. Faustis etiam nominibus pro omnibus legere malim, ut Calig. c. xiii.

QVOD BONVM FAVSTVM QVE SIT. Sol- LVII I.  
lemnis Consulū, in relationibus faciebris, prefatio. Inf.  
Cal. cap. xv, Ner. c. xxxvii, Claud. c. vii, Dom. c. xv.

ET LÆTA HVIC. Reipub. scilicet: quamquā  
hoc duriusculum est. aut expungendē igitur tres illae  
voces, aut addendum ordini; quod notatum tantum,  
nec intellectum, scriba omisit.

SIC VT MESSALLA POSVI. Longè melius,  
ms. duo, sicut Messallæ apposui. antē enim Messallæ  
verba posuerat, nunc Augusti ponit.

ANTONIO MVSÆ. Musa Pomponiorū cognomē. nūmi LIX.  
veteres. Huic vero Antonio, manumisso ex servitute, ad-  
hacerat. Meminit eiusdē Suet. inf. c. lxxxii, Pl. lib. ix  
cap. viii, et lib. xxix c. i: Horat. epist. ad Vahalā: Dio  
lib. lxxi. Fratrē habuit Euphorbiū, regis Juba medicū;  
a quo Euphorbia herba nomen. Plin. lib. xxv, cap. vii.

PRÆLATO VICTIMÆ TITULO. Libri  
ms. prælato tit. victimæ in capit. ducer. qui verborū  
ordo sensum magis operit.

VOTVM QVE SOLVERETVR. Magna optimi principis  
laus; de quo quis meritò dubitet, ipsumne populus, an  
populum magis ipse saluum esse voluerit. quod suo more  
ostendit Hor. epist. ad Quintium, Téne magis saluū  
populus velit, an populū tu, Seruet in ambiguo, qui  
cōsulit & tibi & vrbi, Iuppiter. Augusti laudes agno-  
scere possis? Sic enim Horat. ex historia lumē accedit.

CÆSAREAS VRBES. Qualis Casarea LX.  
L Pala-

Palestina, & altera Maurestanie: illa ab Herode, hæc  
a Iuba condita. Iosephus, Egesippus, Stephanus, Plinius.  
hinc & Sebasta, & Sebastopolis.

**A E D E M I O V I S O L Y M P I C I .** Iuppiter Olympius, seu Olympicus, ut manuis, vel ab Olympio, a quo eruditus atque institutus fuit, ut Diodorus Siculus lib.

III. Bibl. tradit, vel ab Olympo monte, in quo versabatur, ut vult Lactantius. sic dictus, plura tota Gracia, præseri in Lacedæmoniæ & in Eliæ templo arâsque habuit; sed Athenis præcipuum: de quo Thuc. lib. II. & Plin. lib. XXXVI cap. VI, inchoatum olim dicens; ut & Suetonius reges non perfecisse, sed destinasse perficere hoc loco scribit: perfectum vero dedicatumq; ab Hadriano apud nos Spartianus tradidit, apud Grecos Pausanias in Atticis, addens à singulis Gracia urbis positas in eo Hadriano statuas, quas omnes postea Athenienses supereratunt mirandi operis colosso.

**LXI.** MATREM AMISIT. Atiam scilicet, de qua sup. cap. IIII. Dio lib. XLVII, fereente trium virorum sanctia extinctam, & publico funere honoratam scribit. De Octavia vide eundem, extremo lib. IIII.

**LXII. SPONSAM HABVERAT.** Tres lib. sponsam habuit.

**V T E X N E C E S S I T U D I N E .** Lib. unus, vt & necess. quod probo. De Clodia vero sponsalib. Dio extremo lib. XLVI: de repudio autem sub iustum lib. XLVII. Fulvia igitur illa, vt hoc quoque obiter addam, ante e Antonium alios duos maritos habuit: P. Clodium Ciceronis inimicum: & eo defuncto, Curionem, qui in Africa perire proinde, quod tribus perniciosissimis mari- tis nupserat, acerbè quidem, sed eleganter Cic. Philip. II, Et enim, inquit, ista tua minime auara coniux, quam

quam ego sine contumelia describo, nimium debet  
diu populo Romano pensionem tertiam.

MOX SCRIBONIAM. *L. Scribonij Libonis,*  
*qui Sex. Pompeij sacer erat, filia, ut ea affinitate Pom-*  
*peium sibi adiungeret. Dio.*

EX LIVIA NIHIL LIBERORVM. *Plin. LXIII.*  
*lib. vii cap. xiii, Est quædam priuatim dissociatio*  
*corporum; & inter se steriles, vbi cum aliis iuxxere,*  
*gignunt. Sicut Augustus & Liuia. Qua de re etiam*  
*Lucret. lib. v.*

TANTVM QVE PVERITIAM EGR. *Liber*  
*vñus, tantum pueri egresso. sed legendum tantū quod*  
*puer egresso: ut Vespas. cap. v, tantum quod exem-*  
*ptum: & Ner. cap. vi, tantum quod ex oriente sole.*  
*ex Turneb. lib. xxvii cap. xviii. memini & Sene-*  
*cam ita loqui, et si corruptum.*

NVPTVI DEDIT. *Duo codices, nuptum de-*  
*dit: vt Terentius loquitur.*

EXORATA SORORE. *Fmo Octavia ultro id*  
*suasit, si Plut. credimus.*

ALTERAM MARCELLARVM. *Filia igi-*  
*tur paternis quoq; cognominibus vocabatur; vt Fauste,*  
*Faustina, Agrippina: interdum à nomine ac cognomi-*  
*ne simul, vt Vipsania Agrippina, Tib. cap. viii; Linia*  
*Drusilla hic; Munatia Plancina, apud Dionem: in-*  
*terdum duarum gentium nomine; vt Junia Claudia,*  
*Ennia Nenia, Cay Cæsaris coniuges. Cal. cap. xii.*

MVLTIS AC DIV. *Tres codices, multis diu*  
*circumsp. sine copulatione.*

COTISONI GETARVM REGI. *Horat.*  
*lib. iii od. viii, Occidit Daci Cotisonis agmen: vel,*  
*vt in ms. codicibus, Cotisontis. idem igitur Daci qui*

Getæ, quod autem primo Antonio filio despontam fuisse traditur, hoc tunc factum narrat Zonaras, cum Antonius pater moria iam Fulvia Octauiam duxit. Graci Antyllum appellant. vide sup. cap. xvii.

LXIV. IULIAM L. PAVLLO CENSORIS FILIO. Hinc natam Æmiliam, Claudij postea principis sponsam, Augusti proneptem vocat Sueton. Claud. cap. xix, minoris scilicet Iulie, neptis eius, filiam. vide sup. cap. xix.

GERMANICO SORORIS SVÆ NEPOTI. Libri à Frobenio in Germania editi, vxoris suæ nep. utrumque verum est, Germanicus enim Drusi & iunioris Antonia filius fuit: atqui Drusus matrem habuit Liuiam Augusti uxorem: Antonia vero, Octauiam sororem Augusti. & libri quidem ms. omnes sororis habent mallem tamen uxoris, ut ad paternum Germanici genitris referatur.

ADOPTAVIT DOMI PER ASSEM ET LIBRAM. Sic omnes libri, quos ego quidem viderim: nec tamen dubito quin per æs & libram, Jurisconsultorū more, scripserit Suetonius. ut enim Boëthius nos docuit, is qui rem aliquam mancipio accipiebat, æs tenens ita dicebat, HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QUITIVM MEVM ESSE AIO ISQVE MIHI EMPTVS EST HOC ÆRE ÆNEAQVE LIBRA: deinde ære percutiens libram, æs alteri dabant. Vnde eleganter Horat. ep. lib. i i ad Florū. si proprium est quod quis libra mercatur & ære. Illud magis obseruandum, quod Caiū & Luciū domi adoptatos dicit. & quidem per æs & librā à patre emptos: sequenti vero capite, tertiu nepotē Agripam, & priuignum Tiberium in foro, idq; lege curiata. cuius diuersitatis ratio est, quod illi, cū adhuc in patriis essent

essent potestate, solo eius consensu per mancipacione rite facta Augusto tradi poterant; quae propriè adoptio est: hi verò morte parentum suorum iam patres familias effecti, nō nisi in foro consensu populi, coram pontificibus, lege curiata in alterius trasire potestate permittebatur. homo liber enim caput mutare nequit, nisi populo cōsentiente: cives quippe ipsius Reip. sunt. Qua ratione Aristoteles, lib. v de moribus, eum qui sibi vim infert, nō sibi ipsi facere iniuria tradidit; sed cinitati, cuius pars est. Simile autē exemplū apud Tacitū li. XII annal. de adoptione Domitiij, Rogata, inquit, lex est, qua in familiā Claudiā & nomē Neronis trāsiterat: et de Pisonis adoptione per Galbā, lib. I hist. Atq; hac quidē propriè arrogatio appellatur. De quo f. C<sup>i</sup> nostri, pr̄s̄ertim Vl- pianus, tit. VIII, & tit. X. Caius Instit. c. V. Cic. oratione pro domo sua ad Pontifices. & Gellius, lib. V cap. XIX. De familiæ verò mutatione per testamētum alibi diximus.

## LANIFICIO ASS VEF. Duo ms. ad lanificiū.

L. TUNICIO. Sic Beroaldi editio, & pleraq; aliae: ut & in uno exemplari nostro ms. alij Cod. Vicinio, & Vicino habent: Vnde Vinicio fecit Frobenius. Sunt etiam qui L. Titinio reperiri affirment. & Titinia quidem gens Romana est, ut ex nummo C. Titini cuiusdam ostenditur: Verūm cum Suetonius iuuenem hunc clarum decorumq; appelleat, mallem Vinicii nomen ipsi tribuere. Vinicii enim, quamquam Calibus orti, & equestri tantū familia, ut Velleius tradit, sub Augusto plurimum floruerunt. M. & P. Vinicii consules fuere: Marco verò etiam decretal ornamenta triumphalia ex Germania: de Publio verò celebre Augusti dictum, ingenium eum in numerato habere. Vinicii etiam Augusti consueca mentio inf. capite LXXI.



extat & Augusti à L. Vinicio  
iiviro monetali percussus num-  
mus, cum hac inscriptione, S.P.Q.R.  
IMP. CÆ. QVOD. V. M. S. EX.  
EA. P. Q. IS. AD. A. D. hoce est, quod  
viam unita sunt ex ea pecunia quæ  
is ad ararium detulit.

NIHIL AEQVE LABORAVIT. Elabora-  
uit habent tres cod. Chirographum autem imitari di-  
xit, quod Cicero manum se Alexis amare. Sic Chiro-  
graphum Augusti, inf. cap. LXXXVII. adde locum  
Ner. cap. LIL.

IN IMO LECTO. Lib. ms. quatuor, in uno  
lecto male. unus vero, nisi imo lecto, sine prepos. in  
quod magis probo. Val. Max. lib. II cap. II, Feminæ  
cubantibus viris sedentes cœnitabant. hoc ergo est  
quod assidendi verbo vtitur Suetonius. Nam quod imo  
lecto adiecit, de eo sic idem Claudio cap. XXXII, cū pue-  
ris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra  
lectorum sedentes vescentur. Vide que ad Horat.  
notauit, lib. II Sat. vlt. secutis omnibus imis.

LXV. IVLIAS FILIAM ET NEPTEM. Lib. opt.  
& filiam & neptem,

AMISIT AMBOS. De his optimè Zonaras, ad-  
dens Liuiam & Tiberium non carnisse suspicione. in-  
de Plin. lib. VII cap. XLV, accusatę liberorum mortes,  
luctusque non tantum orbitate tristes: liberos enim  
Caium & Lucium intelligit.

OB INGENIVM FEROX ABDICAVIT.  
Quinctilianus declam. institutam tradit abdicationē  
contra filiorum ferociam; qua viuo scilicet adhuc patre  
& bonis paternis priuantur, & ab omni filiorum iure  
repel-

repelluntur. Dio & Zonaras abdicatum prius ob morum pertinaciam, in insulam quoque relegatum tradunt, pecunia eius relata in ararium militare. de quo supra, c. XLIX.

PER QVÆSTOREM. Sic Nerone cap. xv, orationes ad Senatum missas, præterito quæstoris officio, per Coss. plerumque recitabat. & Tito cap. vi, orationes in Senatu recitaret, etiam quæstoris vice. Tac. lib. xv i, oratio principis per quæstorem eius auditæ est. Velleius etiā Paternulus li. ii, se fratremq; suū eo functos officio scribit. Sed & candidati principis vocabantur. Vlpianus, l. i, de officio quest. Dio lib. LIII, & LV, communī nomine tapuas appellat. Quia verò Augustū sribit hic Suetonius filio sua probra etiam Senatui peculiari libello indicasse, omittere non possum quin Plinio, eadem de re loquenti, sed fæde corrupto, opem feram. Is enim lib. XXI cap. v, apud nos, inquit, exemplum licentiae huius non est aliud quam filia Diui Augusti: cuius luxuria noctibus coronatū Marsiam litterę illius Dei gemunt. cūm ex codice meo ms. legendum sit, litteræ illius describunt. Augusti nimirum, siue hunc ad Senatum libellum, siue ad alios amicos litteras intelligit; quibus ille conquerebatur de illata Marsia per filiam iniuria: quod non eloquentia, ut alij; sed libidinis siue coronas ei contulisset. nam ad Marsia statuam iudicia fere exercebantur. Rem autem omnem apertissime narrat Seneca, lib. de beneficiis vi, cap. XXXII.

LIBERTA PHOEBE. Rettè sic Pulm. cūm plures libri aut fede aut fæde habeant. Phœben vocat etiam Dio. sed & Phœbus liberti Neronis nomen apud Tacitum, lib. xv i, & in antiquo quadam marmore.

ETIAM QVIBVS CORPORIS NOTIS.  
*Quorsum? an ut inde sorte adulterinos postea partus cognosceret? Atqui Agrippæ omnes dam vixit similes fuere, quamvis illa tū quoq; vulgo corporis sui potestate faceret: quod, vt de eare mirantibus respondebat, non nisi nani plena tolleret vectore.* Macr.lib.ii, cap.v.

EX INSULA IN CONTINENTEM. Tac.lib.i,  
*Pandataria primum insula, mox oppido Reginorū, qui Siculum fretum accolunt, clausam scribit.*

IMPRECATVS EST. Tres cod. non habent est,  
 nec displaceat. & mox, eodem loci, pro eodem loco.

ΑΤΑΜΟΣ ΤΕ ΜΕΝΑΙ. Sic vulgati libri, & unus  
 Ms. Pulm. εμπεριεχετε editio Frobeniana μένειν, vt in trib.  
 Ms. Scribendum αγαπότε έμεναι. Vers. ex lib. iii Iliad.

NEC ALITER EAS APPELLARE. Melius  
 Ms. tres eos: Nam & Agrippam comprehendit. Item,  
 ac carcinomata sua, pro aut.

LXVI. ET NON TANTVM VIRT. Dele &c. sic enim  
 plures ms. Ad hunc verò Augusti morem respexit  
 haud dubie Horat. Sat. iii lib. i, amicus dulcis vt  
 æquum est.

SALVIDENIVM RVFVM. Sic libri ms. aut Saluidenū; sed perperam, pro Saluidenium; ut Allienus,  
 Nasidienus, Pupienus, Gallienus; à Saluidius, Allius,  
 Nasidius, Pupius, Gallius & similia. Huius verò Saluideni, præter alios illorum temporum scriptores, meminit etiam Seneca lib. de clementia. Dio refert lib.  
 XLVIII, cùm obscurissimo genere natus esset, pascenti  
 gregem flammatam è vertice emicuisse: ec proinde ad tam  
 venisse dignitatem, vt, neandum Senator Consul ab  
 Augusto designaretur, utq; fratri eius funus ponte in  
 Tiberi structo efferretur. Tandem vero accusatum in  
 Senatu,

Senatu, tanquā Cesaris & populi Rom. hostē, iugulatū fuisse. Adde, si libet, Epit. Lini, lib. cxxvii. Sed & Brutus, sua illa preclara ad Atticum epistola, quā obnoxius etiā tunc tēporis Octavianō fuerit ostendit: male tamen ibi quoque Salvidenus scribitur. Cornelius verò Gallus, primus Aegypti p̄f̄ctus, neq; ipse fortunā fērēs, simile fermē exitū fortitus est. De quo Dio, lib. liii.

AD FINEM VITÆ SVÆ CVIVSQUE ORD. Melius ms. duo, & editio Frobeniana, sui quicunque ordinis principes.

M. AGRIPPÆ PATIENTIAM. Plin. lib. vii cap. viii, & xlvi, illic inter Agrippæ incommoda pregrane socii seruitium; hic vero inter Augusti aduersitates suspecta Marcelli vota, ac pudendam Agrippæ ablegationem enum̄rat. & Suetonius quidem hoc loco, cūm ex leni suspicione rigoris abiisse Agrippam Mytilenā scribit, satis cū Plinio consentit, rigorem vocans quod alter seruitium: sed in eo dissentit, quod vltro abiisse narrat, quem Plinius ablegatum ab Augusto significat. Dio, extremo lib. liii, sic historiam recenset, vt neque sponte abierit, nec ab Augusto ablegatus fuerit; sed orta inter Marcellum atque ipsum simultate, ne, si uno ambo manerent loco, contentio cresceret, in Syriam missus, Lesbi permanserit. Cūm itaq;, sine Suetonium sive Dionem sequimur, nulla Augusti ne leuissima quidem culpa id factum fuerit; cumq; Plinius Augusti illic, non Agrippæ infortunia commemoret; locuss mihi de mendo suspectus est: ut pro ablegatio, alienatio, legendum esse existimem: quam properea pudendam vocat, quod pudorem Agrippæ attulerit, Augusto nihil tale de ipso merente. Occasionem fortassis errori dedit, quod non prorsus imperitus aliquis, Plinium de-

postumo Agrippa relegato illic quoque loqui existimans, cum alienatio scriptum repperisset, ablegatio scribendum esse crediderit. Adde Sueton. Tib. cap. x.

MÆCENATIS TACITURNITATEM. Atqui Horat. Mæcenatis sui taciturnitatem commendare videtur, cum negat de aliis secum ipsum colloqui, quæ quæ timosa bene deponuntur in aucte.

ET HIC SECRETVM. Leggo hic secr. sine &.

VXORI TERENTIÆ. Cuius frater erat Murrena, si Dioni creditimus, initio lib. LIII.

INVICEM AB AMICIS BENEVOLEN-  
TIAM MVTUAM. Dictio inuicem non est in op-  
timo Cod. nec male mutuam enim cum dicit, rem satis  
exprimit.

RELICTA SIBI. Lib. vnius relietas: quo reten-  
to, sic lego, legata vel partes hereditatum à quibuscū-  
que parentibus relietas sibi. deleta scilicet (&) parti-  
cula, que sensum peruerit.

LXXVII. LICINIVM ENCELADVM. Sic quidem libri  
omnes. lego tamen, Licinum Enceladum aliisque. ve  
duo sint. Nam & Celadum, mendosè, ni fallor, pro En-  
celadum Augusti libertum commemorat Iosephus sub  
finem lib. XVII antiq. & de Licino. Simile in Macro-  
bius mendum lib. II cap. IIII: & in vulgatis Ciceronis  
exemplaribus, ad Q. fratrem lib. 1, ep. 11, Licinus  
Æsopi seruus tibi notus. lib. III de Orat. Licinum  
seruum sibi Gracchus habuit ad manum: non, Lici-  
nium. De Licino autem, Augusti liberto, plura ad.  
Horat. de arte, Tonsori Licino. Adde Helenum,  
Marathum, Thyrsum, Epaphroditum, Polybium,  
Augusto carissimos. Fuit & Licinnius, aut, vt ego  
scribendum puto, Licimnius, C. Cæsar's dictatoris liber-  
tus;

*tus; qui sub Augusto Gallie procurator, prouinciam eam solitum est, ut narrat Dio lib. LIII. & eiusdem meminit Seneca de morte Claudi; Licinum tamē vocat; sed, ut puto, mendose. verū hic Augusto utilior, quam honestior aut carior. vide Dionem.*

**D**IOMEDEM DISPENSATOREM. Dispensatores dicebantur quibus familiae rationes commissae erant, quicq; domini pecunia collocabant. Cicero apud Nonium, verbo *Aera*, Quid tu inquam soles cūm rationem à dispensatore accipis, si era singula probasti, summam quę ex his confecta est non probare? Adde Pomponium I. C. l. CLXVI, de verb. signif. Sed & Macrobius lib. II, cap. III, de *Augusto* loquens, Dispensatorem, inquit, vocavit, & centum sestertia Græculo numerari iussit. & Inuen. Sat. 11, Prælia quanta illic dispensatore videbis Armigero. Suet. ipse Ner. cap. XLIIII: Galb. cap. XI. Vespas. cap. XXII. vnde dispensatio, pro dispensatoris functione seu officio. Inf. Oth. cap. v. ibi vide. & Vespas. cap. XXIII. adde Festum.

**I**N CVRRENTI REPENTE FERO APRO. Duo libri non habent repente: ego fero abesse malim: quamquam & ferius absolute pro apro interdum ponitur, ut apud Ouidium lib. V, Fixa sub aure feri summu perstrinxit arundo corpus: sicut & pro ceruo apud Virg. lib. VII, pectebatque ferum: pro equo etiam, & quidem durateo illo, inque feri curuam compagibus aluum Contorsit. Sed hac poëtis licent.

**I**DEM PROCULVM. Turnebi liber, Polum: unus è nostris, Procillum, quod magis libertum sapit. Nam Proculus Romanorum, & quidem Plantiorum, ni fallor, cognomen est. Ad Procillum quendam notum epigramma Mart. XXVII lib. II, & alibi alia.

possit

*possit etiam Pholum legi.*

GRASSANTES ONERATOS. *Melius ms.*  
*dru, grassatos, oneratis graui pondere ceruicibus.*

LXVIII. DE DECORVM INFAMIAM. *Dedecorum,*  
*pro impudicitia, dixisse videtur etiam Horat. lib. III,*  
*ed. vi, Dede<sup>c</sup>orum pretiosus emptor.*

EVM VT EFFEMINATVM. *Tres libri non*  
*habent eum.*

SOLITVS QVE SIT. *Scribe solitus, sine que. &*  
*mox, pro versum pronunciatum, versu pronunciato.*  
*ex duob. ms. & viden' pro vidēsne.*

LXIX. E TRICLINIO VIRI CORAM. *Interpretes,*  
*viro coram. recte. Horat. lib. III od. vi. Sed iussa co-*  
*ram non sine conscientia surgit marito.*

RVBENTIBVS AVRICVLIS. *Ifstiusmodi re-*  
*centis lasciviae notas refert etiam Iuuen. Sat. vi, vexa-*  
*tasque comas, vultumque auremque calentem. Adde*  
*Suet. Cal. cap. XXXVI.*

TORANIO MANGONE. *Meminit huius Plin.*  
*lib. VII cap. XII. Macrob. lib. II, cap. IIII. Sup. c. XXVII.*

NECDVM PLENE INIMICVS. *Liber unus,*  
*necdum planè.*

SALVIAM TITISCIENIAM. *Sic Turnebus, &*  
*Pulmannus; & duo è nostris codicibus. Alij, Ciriscen-*  
*niam: unus etiam, Titisæniam. Senia certè gens Ro-*  
*mana est. unde legendum quidam existimant, Saluiā,*  
*Titi sc̄iā, aut omnes. Sed non placet. Dio lib. XLIX,*  
*non illos, id est, Titisiensem quendam Gallum memo-*  
*rat; qui, cùm aliarum esset partium, ad Augustum*  
*transfugerit. huius fortassis filiam corruperit Augu-*  
*stus. Terentillam vero Macenatis intelligit. de qua*  
*autem ex Dione.*

VBI ET IN QVAM. Sic libritres. viii, in qua:  
alius, vbi & quaarrigas, sine prepositione.

ANNVM ERANT IS. Liber vnius, enumerantis: LXX.  
alter, enumerantes, epistola scilicet: tertius, nomi-  
nantis.

CVM PRIMVM ISTORVM. Non existimo  
epigramma hoc integrum exflare. quæ causa est, quod  
primum distichon no satis commode intelligimus. Cho-  
ragum autem, ni fallor, Cæsarem appellat, aut alium  
quemcumque eiusepuli inuentorem; qui Deos non ali-  
ter in conuinum, quam in scenam choragi solent indu-  
xerit. Mallia vero, seu Manlia, alijs mulieris esse nomē  
volunt; que, vt Postumia illa apud Catullum, magistra  
fuerit; alijs pro arce Capitolina accipiunt: non quod in  
Capitolio cœna hac data fuerit; sed, vt ego interpretor,  
quod locuſ in quo cœnabant Capitolij simulacrum ex-  
presserit. Nam cœnare etiā adulteria eleganter dictum;  
quando non tam ad epulas, quam ad supra conuenie-  
rant. Sic enim & Tertull. apologet. non tam cœnam  
cœnauerunt, quam disciplinam. ipſe Cicero Topicis,  
Sed quoniam audum hominem ad has discendi e-  
pulas recepi; sic accipiam vt reliquarum sit potius  
aliquid, quam te hinc patiar non satiarum discedere.  
& libro 1 de diuinat. bonarum cogitationum epu-  
lis saturari. Phœbi quoq; mendacia ludere Cæsarem nō  
minus venuſtē dixit; quod Cæsar, illudens hominibus,  
nunc Phœbus, nūc Phœbi filius riederi voluit. Postremo,  
pro thronos, quamquam sic habet omnia exemplaria,  
toros legendum puto: cum alterum illud Latinum  
non sit; & de Ioue Capitolino loquatur, qui, inde Etis  
aliis numinibus, sua lectisternia ac puluinaria iratus  
fugerit.

ESSE

ESSE APOLLINEM SED ET TORTOREM. *Vetus codex*, Cæsarem esse planè Apollinem; sed tortorem. optimè. perit enim dicti *gratia retento* &c. *Apollo autem tortor*, ut *Apollo Sandaliarius*, & *Iuppiter Tragædus*, sup. cap. LVII, cognomine à viciis indito. *Mart. lib. II, epigr. XVII*, Tonstrix Suburæ faucibus sedet primis, Cruenta pendent qua flagella tortorum. *Eo autem dictum illud acerbius*, quod dinitatem sibi Cæsar arrogabat. *De quo inf. cap. XCIII.*

COLEBATVR. *Liber unus*, celebratur.

LXXI. INFAMIAM IMPUDICITIAE. *Vide sup. cap. XXXIII.*

PRÆTER QVAM DECEMBRI MENSE. Quo, vt quadam ad *Lucilium* epistola scribit *Seneca*, ius luxuriæ publicæ datum est, ingenui apparatu so-  
nant omnia. *Macrob. Saturnalibus*, Vultusne diem quem omnes plerique abaco & latrunculis conterunt, *Saturnalia enim* XIII *Cal. Ian. Romanis summa animi remissione* celebrabant. vt & aliae nationes, de quibus *Athenæus lib. XIII*. *Plura ad Horat. lib. II Sat. VII*, age libertate Decembri, Quando ita maiores voluerunt, vtere, narrat *Pulchrè Iunen. Sat. VII*, tunc vtile multis Pallere, & vinum toto nescire Decembri: rūc enim, Inuitat genialis hiems, curasque resoluit. *Adde locum Sueton. Calig.* duravitque etiam per festos mēsis Decembribus dies. loquitur de luctu ob Germanici mortem.

CENAVI CVM IISDEM. *Liber peruetustus superscriptum habet*, aliás cum *I side*, an fortè cum *Isidore Augustius*, ut cum *Citheride Cicero apud Volumnium Entrapelum accubuit?* *lib. Famil. IX, epist. vlt.*

CONVIVÆ VINICIVS ET SILVIUS. *De Vini-*

Vinicio seu Vinucio (nam utroque modo scribitur) sup.  
cap. IXIII. Pro Silvius ante, Saluius scribendum puto.  
quandoquidem M. Saluius Otho, Othonis principis a-  
nus, cuius ut illi viri monetalis extant nummi ærei, sub  
Augusto Linie familiaritate floruit: & alioqui fre-  
quentis mendum est, ut Othones fere Siluij in vulgaris  
exemplarib. vocentur. Codex tamen Patanus Siluis  
habet. Est & alius Augusti illi viri R. P. C. nummus,  
in quo à parte altera legitur, Q. SALVIUS IMP.  
COS. DE. qualem seruo. Sed alij Q. Saluidieno Rufo,  
de quo paulo ante, illum nummum attribuunt. an recte,  
necdum compertum habeo.

VENEREM IECERAT. Iactus felicissimus,  
qualis & ille Græcorum prouerbio celebratus, τεῖς ἐξ  
βάσιν, ter sex iacere de quo, ne quem sua defrondem  
gloria, P. Victorius Variar. lect. lib. XXV, c. XIII: &  
Hadr. Junius, Adag. LXII, cent. V.

NOS MI TIBERI QVINQVATRIB. Li-  
ber optimus, Quinquatris mi Tiberi satis iocunde  
egimus: veteri more, pro quinquatriis. Dictæ autem  
quinquatrus, seu quinquatria, quod erant post diem  
quintum Idus Martij. Varro lib. v ling. Lat. Gellius  
libro II cap. XXI, inf. Ner. cap. XXXIII. Plura ad Horat.  
epist. II ad Florū, puer ut festis quinquatribus olim.

FORVM ALEATORIVM. Quò nimirum  
tanquam ad celebrem aliquem conuentū lusuri alea  
confluebant. Similis, ni fallor, Seneca locus, lib. de con-  
solatione ad Polybium, cap. XXXVI: corruptus tamen.  
Nam de Caij Cesaris, amissa sorore Drusilla, dolore lo-  
quens, In Albano, inquit, secessit; de foro, & aduoca-  
tis, & huiusmodi aliis occupationibus, acerbissimi  
funeris leuabat mala. Proh pudor imperij, principis  
Roma-

Romani lugentis sororem alea solarium animi fuit.  
his in verbis, qui quid forum aleatorium esset non intel-  
ligens, foro aducatos adiunxit. Legi igitur, coniectura  
pene necessaria, foro aleatorio & huiusmodi. sic enim  
quod de alea sequitur optimè conuenit.

SIQVAS MANVS REMISI. Remittere manum, inquit Beroaldus, est condonare collusoribus iactū  
quem damnum fecerint. Sabelicus vero manus ex-  
ponit, pecuniarum grumos in aleam coniectos. Vulgari  
quoque sermone bonam vocamus manum, cùm feliciter  
iaciendo multum à colludentibus auferimus. Nec dissi-  
mili ratione Mart. apophoretis, alea parua nuces; &  
paulo ante, ubi de tessera, alea maior dixit; prout mi-  
nore maiorene ludentium damno agitur. et f. Cui aleam  
emere, & vedere aleam, quoties incertum aliquid quid  
quantumue futurum sit nundinatur: utputa iactum  
retis, capturam aucupis, aut missum iactum. l. viii,  
de contrah. emptione. l. vii, & l. xi, de hered. vel actio.  
vend. De talis autem tesserisq; Turneb. lib. I Aduers.  
cap. VI.

BENIGNITAS ENIM MEA. Sic Horat. diligēs  
verborum Augusti imitator epod. I ad Macenatem,  
satis superque me benignitas tua Ditauit.

INTER SE INTER COENAM. Duo priora ver-  
ba, inter se, ut superuacanea reuicienda censeo: nam &  
paulo ante, inter cœnam lusimus γροπτικῶς. hinc porro  
colligimus Romanos, cœnam diutius protrahentes, fer-  
culis huiusmodi intermiscesse voluptates. adde mox  
Suetonij locum; cap. LXXIIII.

LXXXII. IVXTA ROMANVM FORVM SVPRA SCALAS  
ANVLARIAS. Mallem, iuxta forum. nam cùm forū  
dicimus, absoluē Romanum intelligimus: hoc præsertim  
loco,

loco, quo de scalis anulariis additur; quas regione fori Rom. etiam Onusfrus Panuininus collocat.

IN VRBE HIEMARET. Hiemare exponit Erasmus, pro affligi hiemis incommodo, non recte. sensus enim est, quod quamvis parum salubrem hieme sibi urbem experiretur, nihilominus tamē hiemem illic peragebat assidue: & ne mutato quidem vñquam cubiculo: que sanè admiranda tanti principis continētia est: nam & pauper (quod ridere nos inbet Horatius) mutat cœnacula, lectos, balnea, tonsores.

QVEM SYRACVSAS ET TEXNOΦTON VOCABAT. Syracusas, quod locus ille ipsi, cum solus esset, non minus arrideret, quam delicato cuiquam Syracusa, vrbs Sicilia amœnissima. Texnophon vero, quod ad artes excogitandas excolendasq; conduceret. locum autem hunc singularēm vocat, quod solus & vndique ab aliis separatus esset.

L I B E R T I N O R V M. Meliores codices, libertorum. Sed Suetoniū etas (vti & I. C<sup>hi</sup> nostri) promiscue his verbis vsa est.

ÆGER IN DOMO MÆCENATIS. Turrem, opinor, Macenatis hortosq; in Esquilis intelligit: vnde Horat. quanis occasione Augusto blandiens, Nunc licet Esquilis habitare salubribus. Infr. Tib. cap. xv.

IN PORTICIBVS HERCVLIS TEMPLI. Tibur in tutela Herculis erat, inf. Cal. cap. viii. vnde Herculeum vocat Strabo, Martialis, & alij. Templi pulchritudinem ostendit Juuenalis, cum ait, vincens fortunæ aut Herculis ædem.

XYSTIS ET NEMORIBVS. Xysta, Romanorum more, ambulationes sub domo vocat; quas  
M Græci

Graci neq; populus: non porticus illas spatioſas, vnde  
xystici athletæ dicti: quod ante notauimus. Nemora  
autem, inquit Festus, silvas amœnas significant: qualia  
etiam intra domorum septa veteres habuerunt. Horat.  
lib. 111, od. x, Audis quo strepitu ianua, quo nemus,  
Inter pulchra ſitum tecta, remugiat vētis? & epift. ad  
Fuscum, Nempe inter varias nutritur silua colum-  
nas. Tibullus quoque lib. 111, eleg. 111, Et nemora in  
domibus ſacros imitantia lucos, Aurataeque foreſ  
marmoreumque ſolum.

VETVST. AC RARIT. NOTABILIB. Li-  
ber optimus, rebusque vetustate ac venustate ac rari-  
tate nobilibus.

QVÆ DIC VNTVR GIGANTVM OSSA. Ide  
liber, gigantium. Bellum autem aduersus Gigantes  
campis Phlegrais in Campania, si Straboni & Diodo-  
ro credimus, conficit Hercules, hinc de eorum offibis  
fabula ad nostrum vſq; ſaculum dimanauit.

LXXXIII. RESIDVIS LECTIS ATQVE MENSIS.  
Lectos triclinares intelligit, postquam mensas adiun-  
git: vt de toro quod sequitur, ad cubicularem lectum  
referatur. Plura in Hora. notani, epift. ad Torquatum,  
Si potes archiacis conuiua recumbere le&tis.

VESTE NON TEMERE ALIA QVAM DO-  
MESTICA. Malim transpositis verbis ita legere;  
Veste non temere alia domestica uſus est, quam ab  
vxore & ſorore: vel, vt in ms. legitur, ab ſorore & vxo-  
re & filia neptibusque confecta. Atque ita dome-  
sticam vocabit vester, qua domi utebatur, ad fo-  
renſium differentiam. Suet. Vitell. cap. ix, ita vt erat  
in veste domestica imperator est consalutatus. Se-  
necca de tranquill. vita, Placet vester domestica;

- & vi-

& vilis, nec seruanda nec sumenda sollicitè. ut enim inquit Cato, vestiri in foro honestè mos erat; domi quod esset satis. Inter domestica autem vestimenta cœnatoria habenda sunt: de quibus Mart. apoph. cxxxv. De forensibus vero Sueton. hic & iterum Cal. cap. xvii. Columella quoque lib. XII, cap. IIII, quales, inquit, sunt arculae in quibus vestimenta forensia conduntur. Inter forensia vel præcipue togæ est. Quod si quis fortè nihil immutari hic patiatur; Domesticam vocari vestem dicemus, quæ domi conserua sit, qualisunque illa fuerit: quod sane de forensibus non crediderim: quamquam prisci illi heroës, si poëtis credimus, non temere aliis vtebantur quam feminarum manu confectis.

C O N V I V A B A T V R   A S S I D U E . Duo libri LXXXIII.

& assiduè, nec vnquam nisi recta. Sic Vespas. capite xix, & coniuabatuç assiduè, & sepius recta, ac dampfie, ut macellarios adiuuaret. Cœna autem recta, inde dicta, quod ordine discubentibus præberetur; cum sportulae, sine ordine ac splendore, promiscuè clientibus auferende præstarentur. Budæus in Pandectas. Turneb. lib. XVIII cap. XI.

V A L E R I U S   M E S S A L L A . Huius, ut opinor, commentarij citantur aliquoties à Plinio. Meminit etiam scriptorū eius Quint. lib. x. vide sup. cap. LVIII.

E X C E P T O M E N A . De Mena Sex. Pompeij liberato, plura ad Horatium epod. III. Male autem hic interpungitur. scribendum enim, excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem post proditam Sex. Pompeij classem. Ipse scribit. Hoc enim prodigionis premium tulerat Menas ut donatus anulis aureis inter ingenuos haberetur. Dio & alij.

180 LÆVINI TORRENTII  
IPSE SCRIBIT. *De vita sua scripsisse Augu-*  
*ustum videbimus, cap. lxxxv.*

S P E C V I A T O R . Sic omnes ms. de quo vocabulo  
inf. Cal. cap. lii. & Othonie cap. v. vulgati spiculator.

T E R N I S F E R C U L I S . Lib. opt. trinis: & mox,  
submissum, pro submissim. Et sanc magna tanti prin-  
cipis abstinentia, qui ternis tantum; aut, cum abunda-  
tissime senis ferculis cœnabat: cum Juuenalis Sat. i,  
etatis sue dinites notauerit, quod etia priuatis epulis se-  
ptem sibi fercula apponeret. sic enim locum illum inter-  
pretor, quis fercula septem Secreto cœnauit auus?

A C R O A M A T A . Frequens Ciceroni verbum. sig-  
nificare autem pueros symphoniacos, ostendit lepidissi-  
mum Turonij, seu, ut ego illic lego, Toronij mangonis in  
Augustum dictum, apud Macrob. lib. ii Saturn.  
cap. iiiii.

T R I V I A L E S E X C I R C O L V D O S . Tale il-  
lud antè cap. xliv, pugiles non legitimos atque ordi-  
narios modò, sed & cateruarios. Ex circō autem di-  
cit, quod eo loci maximè versabantur ludiones, astrolo-  
gi, sortilegi, aretalogi: quare fallacem circum vocat Ho-  
rat. lib. i, Sat. vi. Mallem autem ludios.

F R E Q U E N T I S S I M E A R E T A L O G O S . Lib.  
quatuor frequentius. Dicti autem aretalogi, non tam  
a virtute qua Gracis à pērū dicitur; quam ab à pērō, hoc  
est gratius ac placens, quod auditoribus grata loquātur.  
Turn. lib. x cap. xii. Juuen. Sat. vi, risum fortasse  
quibusdam Mouerat, ut mendax aretalogus.

V E T E R E S R E G I O S A C P E R E G R I N O S .  
LXXXV. Regios, qui Romanorum regum fuerint intelligo., sola  
vetustate, non pretio estimandos. siquidem, ut Plinius  
tradidit li. xxxiii, c. iii. Seruins rex primus as signauit,  
cūm

cum rudi antea veterentur. Argentum vero signatum,  
*A. U. C.* DLXXXV: aurum, post argentum annis LXII.  
 quin & ligneos scorteosq; nummos a Numa Pompilio  
 dipisis fuisse populo Romano pro congiario legitimus. Pe-  
 regrini autem, quales Darij, Philippi, Cicli, Tetra-  
 drachmum, Victoriatus ex Illyrico aduectus, necdum  
 lege Clodia percussus: de quo Plinius iam dicto cap. III,  
 lib. XXXI 11. huiusmodi autem nummi loco mercis in-  
 terdu vendebantur: ut nunc quoq; vetusta numismata.  
 quae de re Ulpianus, l. IX ad leg. Corneliam de falsis: &  
 titulus de veteris nomismatis potestate, Cod. Iustin. lib. II.

CILICIA ET SPONGIAS ET RUTABVL  
 ET FORPICES. Hac ioci causa, dies festos celebras,  
 dividebat Augustus. & recte Beroaldus monet, in his  
 vocabulis subesse obsceni aliquid: quo verbis obscuris  
 & ambiguis maior excitatetur hilaritas. Spongiae enim  
 & rutabula, id quo viri sumus occulte significant: cili-  
 cia & forpices, ad feminas spectant. De rutabulo sane id  
 Festus confirmat. & sponiarum esse genus ex quo pe-  
 nicilli fiant, apud Plinium legitimus lib. IX cap. XLV. De  
 peniculo vero & penicillo nihil dicere opus est: neque  
 cur cilicia ac forpices ad feminas referatur. Alia Sa-  
 turnalitia munera apud Papinum, & Martialem,  
 cochlearia, coctona, pilei, cerei.

IN AEQUALISSIMARVM RERVM SOR-  
 TES. Liber unus inaequarum. Sortes autem vocat,  
 que conuinis domum ferenda donabantur: unde *anoph-  
 enta* vocant Graci. Sic enim & Martialis, opusculi  
 quod Apophoreta inscribitur, initio, Diuitis alternas  
 & pauperis accipe sortes, Praemia coniuiae det sua  
 quisque suo. & eleganter in exhortatione ad virgines  
*D. Ambrosius*, Qui ad coniuuiū magnū inuitantur,

apophoreta secum reportare consueuerunt. Suet. itē Calig. cap. LV, Agitatori Eutychio comedatione quadam in apophoretis vicies hs. contulit.

PER SINGULOS LECTOS. Liber non malus, lotros: adscriptumq; alias lectos, & mox, pro cōmunicaretur, comitaretur. quod monere tantum volui, non mutare quicquam.

LXXVI.

FICOS VIRIDES BIFERAS. Adenodus Plin. lib. XVI, cap. XXVI, & XXVII. & ficus quidem inter biferas est, vel Colimella teste, cūm ait, Tum præcox bifera descendit ab arbole ficus: biferas tamen hoc loco, pro certo eius pomi genere accipere malim. nam & Macrobius biferā sicū ceteris generibus annumerat: atq; ita, ut arbitror, intelligendus Horati locus, lib. II Sat. II, tū fertilis tua secudas & nux ornat mensas cū duplice fici. adde, quod refert Dio, Liniā in suspicione venisse, quasi infecisset ficus, quibus Augustus oblectabatur, cum videret reconciliatum ei Agrippā nepotem.

PANEM ET PALMULAS. Caryotas vocat Plin. lib. XIII ca. IIII: & quidē peculiaris nomine Nicolaios, ab eiusdē nominis philosopho, patria Damasco, Augusto Cæsari gratissimas, Plut. Sympoſ. & Athenaeus lib. XIII. Adde Suidam; qui tamen non tā palmulas, quam placenta aut crustuli genus fuisse tradit. Nicolai vero huius frequens apud Iosephum mentio.

EX REGIA DOMVM. Regiam Numa intelligit Beroal. Sabellius vero regis sacrorum seu sacrificuli domum. Ego, cūm eadem sit, utriq; assentior. Sed & de Regia Numa loquitur Horat. lib. I od. II, cūm ait, Ire deiectum monumenta Regis, Templaque Vestæ. Eadem curia Pompiliana dicta, apud templum Veste, regione urbis VIII. In ea vero Pontifex Maximus, vt

*in loco publico, habitabat. Probat hoc Sueton. Cæs. cap. XLVI: & Dio lib. LIII, cùm de Augusto Pontificatum morte Lepidi adepto, Nec domum, inquit, publicam accepit: Sed cùm omnino necesse esset in publico habitare pontificem, partem domus suæ publicauit; ac regis sacerorum domū virginibus Vestalibus, quibus erat contigua, donauit. postea vero, ut idem libro sequente refert Dio, Augustus uniuersam suam in palatio domū, quā incendio absumptā refecerat, publicauit.*

CVM PAVCIS ACINIS VVÆ DV RACINÆ. Non solum vnas, sed & cerasa, & persica duracina legimus, apud Plin. lib. XIII cap. I, & lib. XV cap. XI, & cap. XXV. ut non ab acini duritia, quod vulgo putant, sed à callo ipso, ac fructus firmitate, quam gustu maxime percipimus, nomen acceperint. sic enim & fucus duriorias habebant. Alsenus I. C. l. CCV. de verb. signif. duracinas vocare videtur, quas non vini causa habemus; sed edules, siue escarias, aut cibarias manis: quas, inquit ille, Græci τερέψιας appellant. eas Plinius, lib. XIII cap. III, in pergulis seruari scribit. & hec quidem recte. Sed cur acinos vna duracina comedit Augustus? Mibi sanè locus iste Suetoni admodum suspensus est; cùm una ipsa duracina, non acini eius edundo sint. Quam sanè ob causam, cum paucis vnis duracinis, pro cum paucis acinis vna duracina, legendum existimo. Atque eo quidem confidentius, quod simile mendum in Plinium irrepserat, dicto capite I lib. XIII, vna non alibi gratiior callo, ut inde possit inuenisse nomen duracina. nam antea ibi legebatur, ut inde possit inuenisse nomen duracini durus acinus. Erat quidem & vinum acinatium; de quo Cassiodorus lib. XII Variarum, & Vlpianus l. IX

de trit. vin. & ol. legato sed non ideo acini edules.

SABBATIS IЕIVNIVM SERVAT. Subbatum, id est, seprimum quemque diem, Iudei religiosè colebant: vnde Sabbatarij vocantur à Mart. & sabbata ipsa recutita à Persio; quod a curtis, vt Horatiano verbo utar, Judeis seruabantur. non tamen diem illum sollemnem ac latum ieunio contristabant: sed quia statim diebus ieunabant, presentim ante magnum illud Sabbathū quo Pascha suum célébrabant, qui religionem ipsorum detestabantur, tanquam singulis Sabbatis ieunantes irridebant. Sic igitur intelligo locum Suetonij hic; & Mart. Quot ieunias sabbatariorum. Nec dissimile illud, quod, licet non Sabbatis iysis, sed diebus tantum quibus ieunabant nudis pedibus incedebant, Iunenalis tamen Sat. vi, perinde ac si Sabbatis id facerent, ita scribit, Observuant vbi festa mero pede Sabbata Reges, & vetus indulget senibus clementia porcis. Rem verò propius artigit Horat. lib. i, Sat. ix, hodie tricesima sabbata. vñ tu Curtis Iudeis oppedere? nam scilicet ut Iudei faciunt, annum à Septembri incipiamus, circa tricesima Sabbathū magnum illud Pascha incidet. Pulchritudine admodum Junen. Sat. xiiii, Quidam fortius metuentem sabbata patrem.

IN BALNEO. Lib. opt. balineo. & mox, vngui, provngi.

EX HAC OBSERVANTIA. Codex unus è nostris, inobsernantia: quam lectionem Beroaldus & agnoscit, & probat: eandomq; asserit Oberthus Gifanius, nec mihi dispiacet. Sic enim Cæs. capite lxxxvii, Circa victimum C. Oppius adeò indifferenter docet.

LXXVII. SENOS SEXTANTES. Sextarii ea erat vini mensu-

LXXXI

mensura, que honestè bibenti in cœnam sufficeret. quod Horat. ostendit, Sat. i, cùm ait, Panis ematur, olus, vini sextarius. Cùm autem, quod prolixè lib. v de asse Budens docet, sextarius XII cyathos contineat, sextans vero duos; seni sextantes, quos vel largissimè sese inuitas Augustus non excedebat, sextarium tantum faciebat. Similis Vopisci de Tacito Imperatore locus, Fuit vita parcissimus, ita ut sextarium vini tota die numquam potauerit. Porro sextantes dixit Suetonius, ut triennes, quadrantes, quincunces, septunces, besses quoque, & deunces, de potatione Martialis, & alij, quasi tot cyathos dicas. Omittere autem non possum, quin admoneam duo illa verba, se inuitaret, abesse à duobus cod. ms.

DELECTATUS EST RHETICO. Atqui Plin.lib.XIIII cap.vi, Diuus Augustus, inquit, Seti-  
num prætulit cunctis, & ferè secuti principes. Sed ita  
prætulit fortassis, ut Rhetico tamen magis delectaretur.  
Rectè igitur in Augusti gratiam Virgil. nam quo  
te carmine dicam Rhetica? verum quo veritatem af-  
serat, subiungit Poëta ingeniosus, nec cellis ideo con-  
tende Faletnis.

RECENS ACIDVM VE POMVM. Sic tres  
libri ms. & Sabellicus & sane inter pomorum sapores  
etiam acidum enumerat Plinius. Mihi tamen aridum  
magis placet: ut recenti opponatur, saporem enim satis  
exprimit, cùm succi vinofioris dicit, qui acido & in-  
cudior & salubrior est. Plin.lib.XV ca.xxviii, succorū  
vinofius pyro, moro, myrto. Quod si acidū quis malit;  
acidumq; rectius legat. Arida sane, suo illo in conniuio  
Sat.xi laudat Iuuen. nec odoris mala recentis, Nec  
metuēda tibi, siccatum frigore postquā Autumnū, &

186 LÆVINI TORRENTII  
crudi posuere pericula succi. Augustus promiscue  
vſus eſt.

LXXXVIII. POST CIBVM MERIDIANVM. Atqui Fe-  
ſtus, verbo Prandium, meridianum, inquit, cibum  
cœnam vocabant: cum Suetonius mox etiam cœnam  
ponat. Credendum igitur prandium, quo ſobriè admo-  
dum ac parce vtebantur Romani, Augustum tardius  
sumere conſueiſſe. Horat. lib. 1, Sat. vi, Pransus nō  
auidè, quantum interpellet inani Ventre diem dura-  
re. Optimè Plin. Venter inſtat ut creditor, & ſæpius  
die appellat. Appellantि igitur incertis horis, alijs alias  
obſequebantur. ut Perſe: quibus, ſi Ammiano credi-  
mus, nulla præſtituta prædiſ hora, vnicuiq; vēter ſolariuſ  
eſt; eoq; monente, quod incidenterit editur; nec quisquam  
poſt ſatietatem ſuperfluos ſibi ingerit cibos. Domitianus  
prandebat ad ſatietate, cœnans parciflē, inf. cap. xxI.  
contrā Seneca epift. LXXXIII, Panis deinde ſiccus, &  
ſine mēſa prandiū, poſt quod nō ſint lauādæ manus.

R E T E C T I S P E D I B U S. Sic lib. omnes; & ta-  
men qui calciatus ſit retectis pedibus eſſe nequit. Inter-  
pretes & reiectis, & rectis, & retractis etiam, legi af-  
firmant: quibus retractis magis probant. Ego reiectis  
malim: vt exporrectis pedibus conquieuerit: niſi forte  
detexerit tantū pedes, non etiam exuerit.

L E C T I C V L A M - L V C V B R A T O R I A M. Le-  
ctica igitur apud veteres alind etiam quam qua per  
publicū deferebantur significat: vtputa coclane aliquod  
angustius, quo ſe ſubducebant. quale illud de quo Iuuen.  
Sat. vii, Qui facis in parua ſublimia carmina cella.

V E L O F F I C I I V E L S A C R I C A V S A. Officia  
ferè amicorum, ſacra Deorum erant. Iuuen. Sat. iii,  
inter diuitū cōmoditates ponit, quod, cū aliis luctandū  
eſſet,

effet, in turba ipsi lectica ad officia deferebantur. Si vocat officium, turba cedente feretur Diues. iterumq; de lectica vñ, Atque aliquid leget, aut scribet, vel dormiet intus. Namque facit somnum clausa lectica fenestra. quibus versibus Suetonius explicatur.

**I N H I B I T V M A C R E M O L L I T V M .** Liber LXXXIX.  
optimus, remolitū, à remolior quo utitur Seneca Her-  
cule Furente, nullus eripiet Deus mihi nec orbis re-  
molito queat Ad supera victor numina Alcides ve-  
hi. Sic enim legendum, non reuoluto.

**P R O P I V S A D M I S S V S .** Idem liber admissus,  
sine propius.

**O C V L O S H A B V I T .** De Augusti oculis idē  
Sextus Aurelius quod Suetonius hic, & Seru. lib. i  
Æneid. At Plinius lib. vii cap. xxxvii, Diuo Augu-  
sto, inquit, equorum more glauci fuerunt, supraque  
hominem albicantis magnitudinis: quam ob causam  
diligentius spectari eos iracundè ferebat. Ego Suetonio idcirco libetius assentior, quod Virgilium sub Æ-  
neae persona Augusto placere voluisse arbitror, cùm ita  
scripsit, namque ipsa decoram Cæsariem nato geni-  
trix, lumenque iuuentæ Purpureum, & lætos oculis  
afflarat honores. Neque sic tamen ab aliis dissentit  
Plinius, quin hac controversia facile cōponatur. glau-  
cis enim oculis sine cœruleis, quales Minerue tribun-  
tur, fulgor inesse potest: neque spectari eos, sed diligētius  
spectari, & nō statim submitti intuentum vultus, agrè  
ferebat Augustus. Inuen. Sat. xiiii, cœrulea lumina  
Germanis dat. At Florus lib. iii, Cimbris horrendos  
oculos ascribit. At qui & hi Germani sunt.

**I N T E R A Q V I L U M C A N D I D U M Q V E .** De  
aquilo colore pulchre Festus. ab aqua enim, cuius incer-  
tus

*tus est color, sic dictus: nec albo nec nigro similis est, ut tamen ab utroq; proprietatem trahat.*

IVLIVS MARATHVS. *Inf. cap. XCIII.*

LXXX. PLVRIFARIAM CONTRACTIS. *Li. quatuor, cōcretis.*

REMEDIO ARENARVM ATQVE ARVN-  
DINVM. *Lib. vetustissimi, harenarū & harundinum:*  
*vnius etiam, heterenarūm.* Porro os illud quod femoris ca-  
put excipit, et coxa vel coxendix Latinè dicitur, Graci  
*ἰσχίον* vocant: unde *ἰσχίας* coxendicis dolor, arthritidis  
nempe species coxa inuidentis; quo malo qui laborant,  
*Ischiadici* etiā à Gellio appellantur, lib. I I I I cap. XIII.  
Augustus igitur, & ipse id patiens, arenarum atque  
arundinū remedio vtebatur. Sic nimirū et apud Gelliū,  
lib. XIX cap. VIII, vir quidā eruditus ab aqua intercutis  
morbo liberatus dicitur, quod arenis calentibus esset v-  
sus. utrumq; malum enim cruditates progenerant: ac  
proinde calida remedia sunt adhibēda. & de arena qui-  
dem Celsus lib. I I I I cap. XXII, Siccus, inquit, calore est  
& arenæ calidæ, & Laconici, & clibani. Plin. quoque  
libro XXXI cap. VI, Spuma aquæ affrictu verrucas tol-  
lit, nec non arena litorum maris, præcipue tenuis &  
solibus candes: in medicina est siccandis corporibus  
hydropicorum, & rheumatismos sentientium. plura  
Aetius lib. III cap. IX. De arundine vero, quod eundē  
in medicina usum præstat, & Diōscorid. lib I, cap.  
XCVL, & Galenus, lib. VII simpl. medicam: tradide-  
runt: presertim de cortice eius combusto. quibus adde  
Pli. lib. XXIIII, cap. XI. Sed de his medicos cōsulamus.

DIGITVM SALVAREM. *Quem & indicem*  
*uocamus, pollici proximum: tertium vero, medium, in-*  
*famem, impudicum: quartum, medicum, & anularem:*  
*sequitur minimus.*

AVCTORE ANTONIO MUSA. De hoc ante cap. LIX. LXXXI.

*Corruptus autem est Plinij locus lib. XXIX cap. 1, ubi  
hanc Muse curationem refert. Notandumq; quod (cū  
lib. XIX cap. VIII, lactuca conseruatum Augustum  
Antonij Muse prudentia scribat) alibi, nempe lib.  
XVIII cap. xv, per eruum, inquit, curatum diuū Au-  
gustum epistolis ipsius memoria exstat. Eruum tamē  
eodē loco grauedinosū appellat: & morbi omnes Augu-  
sti ex distillationibus, & grauedine prouenisse videtur.*

QVATERNIS CVM PINGVI TOGA TV-  
NICIS. *Pinguē togā vocat, ut pingues tunicas Mart.* LXXXII.  
& pingues lacernas Iuuen. hibernas scilicet crassiores-  
q; que frigori melius resistant. Horat. lib. 1. Sat. III, to-  
ga quae defendere frigus Quāuis crassā queat. Seneca  
lib. 1. de benef. de Gratijs loquens, quas Hesiodus veste  
pellucida depingit, inueniam, inquit, alium poētam a-  
pud quem præcingantur, ac spissis & Phryxianis  
prodeant.

ET SVBVCVLÆ THORACE LANEOS.  
*Subucula viris feminisque communis, sic dicta est, quod  
subtus gestetur. Varro. Idem exprimit Horat. epist. 1.  
Si forte subucula pexæ Trīta subest tunicae. Varro itē  
apud Nonium, Postquam duas tunicas habere cœ-  
perunt, instituerūt vocare subuculam, & indutum.  
Thoracem autem subucula intelligo, quatenus ea pe-  
ctus tegitur: male igitur, qui subucula & thorace  
legunt.*

FEMINALIBVS ET TIBIALIBVS. *Cūm  
Augustum hieme tantum his usum scribit, clare indi-  
cat reliqua anni parte abstinuisse. Nudis ergo cruribus  
feminibusq; incedebant Romani: quod etiam ex C.  
Cesaris facto constat; quē scribit Suet. toge finū ad ima-*

crura

*crura deduxisse, quo honestius caderet.*

PETASATVS SVB DIO. *Vetustissimus codex,*  
*sub diu. vt semper. quamquam subdiales ambulatio-*  
*nes, & subdalia paumenta dicimus.*

VNGEBATVR ETIAM SÆPIVS SVD. *Li-*  
*bri quatuor, Vngebatur enim sæpius, & sudabat ad*  
*flamam. Optimè. vt raro balneis, sæpius verò siccō ca-*  
*lore vsum significet Augustum. Vide Cels. libro II,*  
*cap. XVII.*

EGELIDA A QVA VEL SOLE MVLTO  
 CALEFACTA. *Libri duo, tepefacta. egelidam*  
*autem intelligo, quæ neque frigida neque calida sit.*

MARINIS ALBULISQUE CALIDIS. At-  
 qui Albula, quas hodieq; in agro Tiburtino cernimus,  
 sua pte natura calidae sunt: vtputa sulfurea. Mart. lib.  
 I, epigr. xiiii, Itut ad Herculei gelidas qua Tiburis  
 arces, Canaque sulfureis Albula fumat aquis. & Sta-  
 tius lib. I, Sil. iiii, Illuc sulfureos cupit Albula mer-  
 gere crines. Plura Strabo lib. v; & Plin. lib. xxxi, cap.  
 vi, vbi egelidas vocat; cum Cutilia in Sabinis gelidissi-  
 ma sint. inani igitur epitheto utitur Suetonius. Albu-  
 lis enim dixisse sufficeret. Lego igitur, marinis calidis  
 Albulisque. De marina enim aqua sic Plin. loco iam  
 citato, Medendi modus idem & in marinis erit, quæ  
 calefiunt ad neruorum dolores: ferruminant &  
 fracturas, ossaque contusa: item corpora siccant:  
 qua de causa & frigido mari vtuntur. Vides mari-  
 nam aquam simpliciter siccare: sed, cum calefacta est,  
 maximè prodeesse neruis? quod cum medici omnes tra-  
 dant; non dubito quin eo quo iam dixi modo Suetonius  
 scripsérit: nisi Albulis alio fortè quam quo  
 oriuntur loco vsus fuerit Augustus: nam tunc cale-  
 factas

factas oportuit: Nero certe in domo illa aurea Balneas  
marinis & Albulis fluentes aquis instituit. cap. XXXI.  
Mart. autem lib. 1, epigr. CXL, landas vocat Albulas,  
ob insigne medendi usum.

LIGNEO SOLIO. Solum, ni fallor, balneare  
intelligit: quo nobiles mulieres Romane, ad luxum, etiam  
argenteo utebantur. Vsi sunt autem eo vocabulo Cato,  
Plinius, Celsus, Martialis.

AD PILAM FOLLICULVM QVE. Non LXXXIII.  
quod follis pila non sit sic loquitur: sed cum pilâ absolute  
dicimus, pusilla illa intelligitur; de cuius ludo Galenus  
scripsit. Ostendit autem Augustum modicis exerci-  
tationibus usum, nam de folle Mart. mitis mihi con-  
uenit atas, Folle decet pueros ludere, folle senes.  
Campestres vero exercitationes appellat, quae in campo  
Martio fiebant: ut Nerone capite x. plura ad Ho-  
rat. lib. 1, od. VIII.

SESTERTIO VEL LODICULA. Sesticula legit  
Beroaldus: quam vestem Suidas ait esse imperato-  
riam, quasi vero imperatoriis vestibus, & quidem cur-  
riculo se exercens, usus fuerit Augustus, putat etiam  
xysto pro sestertio legi posse: quae vestis est viris ac fe-  
minis communis. Mihi, donec aliquid occurrat me-  
lius, Turnebi, lib. IIII cap. XVII, expositio placet;  
ut vestis sit duum in omnem partem pedum & semissis:  
qualis nimirum exercitio apta est. liber unus habet,  
sextercitio.

TALIS AVT OSCILLATIS. Libri nostri, ocellatis,  
& oscillatis: unus etiam, ocellatis: quod postremum  
amplectitur Turnebus, lib. IIII cap. XVII. eo enim us-  
sus Varro apud Nonium, verbo Margaritum. Ioannes  
Brodaeus, Miscell. lib. IIII cap. VII, ossillis vel  
osculis

osculis legit: ut ludus ille significetur, quem Græci ὄσκουλον vocant; de quo Ausonius p̄fatione Eidyllij quod cento inscribitur. Alij oscillis malunt: de quo Indo Festus, Macrobius: Seruus etiam in illud Virgili⁹ Et Georg. Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. Ego, ob Varronis quem dixi locum, & libroru⁹ consensum, ocelatis retineo: & pro globulis accipio, quibus nūc quoque omnibus in prouinciis pueri ludunt. nam de nucibus quæ sic vocentur, non placet. Talos vero nucesq; notissimam ludi puerilis materiam, refert etiā Horat. lib. II Sat. IIII, te talos Aule nucesque Ferre sinu laxo donare & ludere vidi.

GARRVLITATE AMABILES, Huiusmodi puerorum apud Romanos usum ostendit etiam Seneca, his verbis, Pueros quidam in hoc mercantur procales, & eorum impudentiam acuunt, & sub magistro habent qui probra immeditata effundant. Adeo Domitiani puerulum, de quo eius vita Suetonius cap. IIII.

PVMILIOS. ms. codices, pumilos: vt & Papinius lib. I Silu. Hic audax subit ordo pumilorum. Alij ferè pumiliones vocant, non solum in hominibus, sed & ceteris animalibus. vide Gellium lib. XIX, cap. XIII: & Fulgentium de prisca sermone; qui pumilos & pumilos (utrumque enim in codicib. ms. reperi) molles & enerues dici tradidit.

LXXXIV. CUPIDE ET LABORIOSISSIME. Melius lib. vet. & cupidè & labor.

IN EDISCENDO. Liber opt. ediscendo; & mox, pro inscriptis, scriptis, expuncta utrobig; prepositione, huiusmodi enim particula omissa tametsi adserūt obscuritatis aliquid, augent gratiam. vt inf. c. LXXXVI.

DE

DE VITA SVA. Sic & Tiberius commentarium de vita sua scripsit: inf. Tib. cap. LXI, & Domit. cap. XXI, scripsit & Claudius de vita sua octo volumina. inf. Claud. ca. XLII. idem Hadrianus, M. Aurelius, & Septimius Severus factitarunt, si Spartiano & Lampridio credimus. Nam de Augusto iestatur etiam Ulpianus, l. I de cedaueribus punitorum, his verbis; Corpora eorum qui capite damnantur cognatis eorum neganda non sunt: & id se obseruasse Diuus Augustus, lib. X de vita sua, scribit. Sed & Macer fc. l. XI de re milit. verba ex disciplina Augu-  
sti citat: ut preter opera à Suetonio hic commemorata, de disciplina quoque militari scripsisse videatur.

A I A C E M S V V M I N S P O N G I A M I N C V-  
B V I S S E. Lepide sancè, ob dictioñis spongiae ambigui-  
tatem; qua & deletilis est, utilis, ut inquit Martia-  
lis, quoties scripta nauare voles: & gladium etiam si-  
gnificat. Resertur idem à Macrobo lib. II, cap. IIII.  
quem locum mendoſum esse monuimus ſuprà, cap.  
XLIII.

ELEGANS ET TEMPERATVM. De eo sic LXXXVI.  
Gellius, lib. XV cap. VII, Cùm librum epistolatum  
Diuus Augusti, quas ad Caium nepotem suum scri-  
psit, legeremus; duceremurque elegantia orationis,  
neque inorosa, neque anxia, sed facili hercile & sim-  
pli. Idem lib. X cap. XXIIII, Diuus etiam Augu-  
stus, memoriarum veterum exequentissimus, lingue  
Latinae non nescius, munditiarum patris sui in ser-  
monibus lector in epistolis plurifatiam. Sed &  
Tacitus, Augusti prompta ac profluens, qua dece-  
ret principem, eloquentia fuit. Adde Quintil. li. I  
cap. X, Augustus in epistolis ad Caium scriptis emen-

N dat,

dat, quod is caldum dicere quam calidum malit: non quia illud non sit Latinum; sed quia sit odiosum & *πεπηγόν*. Epistolas autem Suetonius inter Augusti opera non recensuit, quod omnibus essent nota.

CACOZELOS ET ANTIQVARIOS. De orationis vitio, quod *κακοζέλον* vocant, Quintilianus lib. viii cap. iii. Antiquariam vero eodem quo Augustus sensu dixit Iunen. Sat. vi, Ignotosque mihi teneat antiquaria versus.

EXAGITABAT NON NVMQVAM. Vetus codex, exagitabatque, sine e mainscula. adheret enim prioribus. ac sensus est, sprenisse cacozelos & antiquarios, atq; interdum exagitasse eos, in primis Mæcenatem. De Mæcenate notum illud Seneca epist. c xv, Nonne oratio eius æquè soluta est quam ipse discinetus? nonne tam insignita ipsius verba sunt, quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam vxor? & mox videbis eloquentiam ebrij hominis inuolutam, & errantem, & licentiæ plenam. adfert etiam quædam verba eius: ut ex Augusto Suetonius hic quale illud *μυροβρεχεῖς* cincinnos; cum ex Cicerone delibitos capillos dicere potuisset. extat etiam Augusti ad Mæcenatem epistola pars, apud Macrob. lib. ii, cap. iiiii. Adde epist. Sen. xix & xciii.

SED NEC TIBERIO PARCIT. Hunc nempe ut antiquarium; illum ut *κακοζέλον* reprehendens.

CIMBERNE ANNIVS AN VERRIVS FLACCVS. Sic primus Beroaldus. nam libri tres ex nostris hoc modo habent, Cimberne Annæus, an Verranius Flaccus: alius, Cimberne amens, an Verranius Flaccus. Beroaldum monit Gellij auctoritas: quæ teste,

teste, Verrius libros de obscuris Catonis scripsérit, eo nomine scilicet Antonio, obscura affectanti, gratus, & ad imitandum præpositus. Ceterum cum Suetonius, de claris Grammaticis, ab Augusto electum nepotibus hunc Verrium præceptorem scripsérit; mihi non sit verisimile id facturum fuisse Augustum, si eo quod maximè oderat orationis vitio ille laborasset; & aliqui obscura Catonis explicare poterat, apertus ipse & facilis. quare si hanc lectionem retinemus, reprehensum potius Antonium crediderim, quod alios magis quam Verrium sequeretur. Si vero Veterium quis malit; is eo nomine quendam non ignobilem citari auctorem sciat à Macrobio, lib. II I cap. II. De Annio autem, vel Annao, quod hoc spectet nihil memini me legisse. utraq; gens Romana: & Cimber alterutrius cognomen esse potuit. Tulliorum fuisse alibi monstrauimus. Annium Fœcialem inter auctores suos enumerat Plin. lib. XXXVI. Antonium quoq; Asiaticum scribendi genus secutum, refert Plutarchus eius vita.

VÆ C. SALLVSTIVS. Sic, nec male quidem, Pulmannus. Nostri tamen libri omnes Crispus habent. Quinctilianum vide lib. VIII, cap. III: quæque de Leno Pompeij liberto, Sallustij inimico, & de altero Philologo narrat Suetonius lib. de Grammatic.

AGRIPPINÆ NEPTIS INGENIVM. Nempe qua & ipsa scripsérit commentarios, quibus vitam suam casusq; suorum memorie commendauit. Tacitus lib. IIII Annal. Plin. lib. VII, cap. VIII.

NE MOLESTE SCRIBAS. Horat. lib. I Sat. x, vt currat sententia, neu se impeditat verbis lassas onerantibus aures.

LXXXVII. CONTENTI SIMVS HOC CATONE. Res  
etè existimat Beroaldus, id Augusti dictum ab honore,  
quem Catoni detulit, sumpsisse originem. de quo ele-  
gans Macrobius locus, lib. 11, cap. 1111. & fortassis  
in eam sententiam Bruto de Catone rescripsit: cuius li-  
bri mentio ante, cap. LXXXV. Turneb. xxiili cap.  
xv, Contenti simus hoc Catone, valet (inquit) ac si di-  
cas, feramus hec equo animo, nec nobis mortem consci-  
camus; satis sit unum hoc fecisse Catonem. Sed prior  
expositio magis placet: non solum enim Cato, sed infiniti  
pene, bellis ciuilibus sibi manus intulere.

PRO STVLTO BACEOLVM. Sic plures li-  
bri, aut bacceolum. duo tamen bateolum: quod &  
Beroaldus agnoscit, addens non deesse qui bliteolum  
legant. ut & bliteos dicimus, à blito vilissimo olore, sine  
sapore aut acrimonia villa: de quo Festus, Nonius, &  
Plinius lib. xx cap. xxii. ipse autem Beroaldus bla-  
ceolum legere mallet, à Graco Κλαῖξ, unde Festus bli-  
tum, & blaterare deducit, pro stulte & percupide lo-  
qui. tandem etiam Gracorum parviam citat, βάν-  
τος. Et Suidas quidem, βάντος est proverbio dici  
scribit, ἐπὶ τῶν εὐλύτων καὶ ἀράδησων; quod & alijs pros-  
diderunt: & Phrynicus Κάνναοι dici, quē Afiani γάρον  
vocant: sed idem reprehendit eos qui ἐπὶ Κλαῖξ illud  
vsurpent. atqui Κλαῖξ apud classicos auctores eum pro-  
priè significat, quem Latini inertem, stolidum, supi-  
num, socordem, atque ignavum vocant: quare à Κλαῖξ  
suum fecisse bacceolum Augustum crediderim, Festi  
presertim patrocinio adiutus: ut tamen illos non dam-  
nem, qui à βάντος formare malunt. nam, aduersus  
Phrynichi sententiam, id quoque verbum idem sèpè  
quod Κλαῖξ significat.

PRO PVLLO PVLLIELIACEVM. *Liber vnuſ, pro pullum, pulleiaceum: tres, apud pullum, pulleiaceum: quod Turneb. lib. xiiii cap. xv, recipit, & interpretari conatur: sed infeliciter, ni fallor. In codice illo, in quo pro pullum pulleiaceum scriptum reperiri diximus, suprascriptum fuit alijs puleum: unde Carolus Langius puleum faciebat, & legendum esse censebat, pro puleio pulleiaceum. Puleum autem vocabant veteres, quod pulegium frequentius dicimus. Cicero lib. ii de diuinatione, Puleum enim aridum ipsis brumali die florescere solet. sic enim ibi legitur in emendatis exemplaribus: sicut & apud Mart. li. xii epigr. xxxii, Quadrina nigri nec corona puleij. Sic nimirum & betaceum, & maluaceum, à beta & malua. quod qui ignorabant, pullum substituerunt. Seneca proœmio lib. viii controvenerat. puleum inter sordida enumerat. qui locus tamen mendoſus est.*

PRO CERITO VACEROSVM. *Lego, pro cerrito vacerosum, & ex libris Ms. & ex Festo: vii & apud Horat. lib. ii Sat. iii, Cerritus fuit: quamquam à Cerere deducitur, & ceritus scribit Nonius Marcellus. Vacerra vero stipitem, ad quem equi religari solent, significat: unde & maledicti loco dicitur, in recordes atque insanos. hinc vacerofus. vide Festum. Vacerra quoque cognomen est, apud Mart. xii epigr. xxxii.*

VAPIDE SE HABERE PRO MALE. *A vappa, ut opinor: quo non vinum modo iam euaniendum significatur; sed & homo nullius pretij, apud Horat. diligentissimum verborum Augusti imitatorem, nam rapidus à vapore non idem notat.*

BETIZARE PRO LANGVERE. *Notus om-*

nibus elegans ille Catulli versus, Languidior tenera  
cui pendens Sicula beta; quo delectatum equidem Au-  
gustum crediderim formasse illud suum betizare: quod,  
ut subiicit Suetonius, vulgo lachanizare dicebant. Né-  
xavor enim olus, atq; herbam omuem qua edundo sit si-  
gnificat. de quo ad Horat. lib. i Sat. vi, lachanique  
caulinum. Et sane languidum promolli atq; effeminato  
dici sapius obseruauit.

LXXXVIII. LXI PRO IPSI. Atqui crediderim veteres vo-  
cem hanc ipsi mollius pronunciaisse, ut issi: x enim litter-  
ra duplex est: ac proinde sic scribebat consularis ille ut  
loquerantur. quare merito miratur Suetonius tradi-  
sse aliquos Augustum inde offenditum fuisse.

PER NOTAM. Melius Ms. duo, per notas: ut  
Cas. cap. LVI.

LXXXIX. APOLLODORO PERGAMENO. Hunc Cæ-  
sar is Augusti Apolloniae preceptorem fuisse, an-  
ctor est etiam Quintilianus, initio lib. III: & Au-  
gusti gratia claruisse eundem, scribit Strabo lib. XII.  
Ab hoc scēta Apollodorea, inter Rhetores initium  
sumpsit. De Apollonia autem ante diximus, cap.  
VIII.

S PERAREI PHILOSOPHI. Sic Ms, omnes,  
aut Speratci; Sabellicus Arai legit, quod Quintil. rbi  
de Apollodoro scribit, etiam Arai meminerit. ve-  
rūm is Rhetor fuit. Alterius verò Arei, sive Ari philo-  
sophia, cuius amicitia Cæsar Augustus, Alexan-  
driam ingressus, multorum ciuium & vitam & bona  
condonarat, celebrem mentionem facit Plut. Politicis,  
& in vita Antonij. Dio quoque lib. LI. & Seneca li-  
bro de clementia. addit Dio, Augustum olim eius in  
philosophia opera & conuersatione usum fuisse: eun-  
demq;

demqz, hoc nomine commendat iterum, vna cum Athenodoro, lib. lli. & fortassis is ipse est cui opus suum tunc florens Dioscorides dedicauit. Sed & Sphaerum Augusti libertum, eundemqz, paedagogum, quem defunctum publico extulit funere, idem Dio commemo rat lib. XLVIII. Que cùm ita sint, nihil equidem dubito, quin hunc Suetonij locum sic restituam, eruditione varia repletus Sphaeri, Arei philosophi filiorumque eius Dionysij & Nicanoris contubernium inijt. Contubernium eius inijsse dicit, quem perpetuum sibi comitem assumpsit Augustus, secretorum omnium cōscium. sic enim de Areo Seneca, lib. de consolatione ad Marciam, cap. llll. Sphaeri quidem philosophi, benè in primis desinientis, meminit Cicero, Tuscul. llll: verū is, patria Borysthenites, de repub. Laconica libros scripsit, & Cleonem instituit, auctor Plut. quare ad e Augusti tempora referri nequit.

COMOEDIA VETERI. Cuius principes Horat. uno versu complexus est, Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poëtae. vide Quinctil. lib. x.

ORATIONES Q. METELLI. De his cap. XXXIIII.

RVTILII DE MODO AEDIFICIORVM. Beroaldus Rutilium de Architectura scripsisse existimat, adducens Martialis versum, Famae Rutilium suæ relinquit. Atqui, ut hoc verum sit, nihil ad rem. Verisimile est P. Rutilium Rufum, toties à Cicerone laudatum, cùm homo doctus ac philosophie deditus fuerit, atque idem exemplum innocentia, quo nemo integrior esset in ciuitate, neque sanctior (hac enim omnia de illo Cicero libro 1. de Orator.) aut scripsisse, aut etiam habuisse, siue in Senatu sine

ad populum, orationem de modo adficiorum; quo luxus inhiberetur, & incendiis obuiam iretur. Idem enim, ut multæ erat opera multaq; industria, etiam tractandorum armorum meditationem militibus primus tradidit. sic enim Valer. Max. lib. 11, cap. 111. Augustus igitur, Q. Metelli & P. Rutilij orationibus frētus, & coniugia sua sit, & adficijs modum imposuit. De coningys autē dictum: de adficiis probat Strabo li. v, constitutum ab eo referens, ne ades altius pedes lxx tollere liceret. Troianus postea, si Sex. Aurelio credimus, ad pedes LX reduxit. Addam Ulpianum, l. 1 de operis noui nunciatione. scribit enim, si quid contra leges editi aue principum, que ad modum adficiorum facta sunt, fiat, nouum opus nunciari posse. adde & Plin. lib. XXXV, cap. X I I I.

NOMEN SVVM COMMISSIONIBVS OB-  
SOLE FIERI. Committere, est duos, plurēsve in certamen conydere. nec solum de athletis, aut gladiatoriibus, sed de mimis etiam, oratorib⁹sque, ac poëtis dicitur. Sueton. sup. cap. XLV, committere cum Gracis, Virg. lib. v, & tuba commissos medio canit aggere ludos. & eleganti tralatione Catullus, epithalamio, Quare nunc animos saltem committite vestros. Nec minus eleganter Vegetius, lib. 11 cap. VII, tubicines cornicinesq; & buccinatores committere prælum dixit: hoc est, Aer ciere viros, Martemq; accendere cantu. & nouè quidem, sed venustè Ulpianus, l. 1 si quadrupes pauperiem fec. dicatur, cūm arietes vel boves commissionent, absolute, pro concertassent. Hinc ergo commissiones apud Plin. li. vii epist. & Macrobi. lib. II, cap. VII: ac Suetonium hic. monitos enim ab Augusto prætores scribit, ne super ijs qua ad ipsum pertin-

pertinerent poëtae temere committerentur. Simile verbum componere. vnde compositiones gladiatorum, apud Cic. lib. ii epist. ad Cœlum. De recitationibus vero, infra. Claud. cap. XLII.

PELLEM VITVLI MARINI. Idem de Sene-xc.  
ro tradit Spartanus. Tiberius vero, & ipse tonitrua  
prater modum expauescens, lauream pro remedio cer-  
nlice gestabat. rationem adfert Plin. lib. II cap. LV,  
quod neque lauri fruticem, neque id solum animal ex  
omnibus marinis fulmen attingit.

ABDITVM ET CONCAMERATVM LO-  
CV M. Dho cod. copcauernatum, verbum quidem in-  
solens; sed non indignum Suetonio, & rei de qua agit  
aptissimum, sic enim de fulmine Plin. lib. II cap. LV,  
nec viiquam quinque altius pedibus descendit in  
terrā: ideo pauidi altiores specus tutissimos putant.

VT SVPRADIXIMVS. Liber optimus, ut præ-  
diximus. nempe cap. XXIX.

MEDICI SOMNIO MONITVS. Sic Dio, sic xcii.  
Velleius, sic Valerius Maximus. Medicum etiam  
Artorium vocant, quo tunc Augustus utebatur. om-  
nes tamen lib. Ms. amici legunt: at contrà Cæs. cap.  
IIII, pro amico, medico legitur. Potuit autem hic  
Artorius honoris causa, quamquam medicus esset, in  
amicorum cohorte censeri: ne ab aliis quos dixi Plutar-  
chus dissentiat: is enim amicum vocat. Huc etiam spe-  
ctat, quod Augustum somnio monitum, Ephesis resti-  
tuisse Apollinem, ab Antonio sublatum, narrat Plin.  
lib. XXXIIII, cap. VIII.

FORMIDOLOSISSIMA. Melius in Ms. for-  
midolosa.

XANVIS DEPENDEBANT. Ut eorum nempe  
N 3 sonitus

sonithianitores, qui catenis vincti ianuas seruabant,  
excitarentur. Vide Dionem.

**X C I I .** SI MANE SIBI CALCEVS. *Plin. lib. II cap. vii*, Augustus lœvum prodidit sibi calceum indu-  
etum præpostere, quo die seditione militari propè  
afflictus est. *Inducere igitur calceum Augusti verbum  
est, ex his ut arbitror libris quos de vita sua scripsit.  
quo etiam Suetonius hic vtitur.*

SED ET OSTENTIS. Tres libri, sed ostentis, sine &c.

**I N C O M P L V V I V M D E O R V M P E N A T I V M .**

*Quid Penatibus cum compluui? Festus, Herceus, in-  
quit, Iuppiter intra conseptum domus cuiusque co-  
lebatur; quem etiam deum penetrale appellabant;  
cum quo conuenit Dionys. lib. I antiq. Rom. Penates à  
quibusdam Herceos nominari tradens. Ioui autem  
Herceo impluuium consecrabant: ad cuius aram Pri-  
mum interfectum fuisse a nonnullis traditur.*

**C V M R E P V B . N E A P O L I T A N O R V M .** Aliquid  
bac de re Dio, extremo lib. LII. & plura Strabo, lib. V.

**P O S T R I D I E N V N D I N A S .** Recte Pulmannus,  
sic enim & nostri Ms. omnes, & qui in Gallia editi  
sunt. primus Beroaldus Nonas fecit: quanquam &  
nundinas admittit, & explicare conatur: sed non ni-  
mis feliciter Turnebus, lib. XXIIII cap. XV, δυοεπικαιρ  
omnis in verbo postridie constituit; quod postridie om-  
nia sera & intempestina sunt: quare & postridiani  
Calend. Id. & Nonarum dies inominati habentur. At  
qui si hoc respexit Augustus, nullo horum dierum pro-  
ficiisci quoquam debuit. Mallem igitur in re ipsa, atq;  
in verbo nundinas, omen constituere: quod cum ferè  
proficiuntur homines ut ipsis nundinis intersint; qui  
postridie iter instituat præpostere agere, ac veluti post  
bellum machinas parare, videatur.

AVT NONIS QVICQVAM REI SERIAE  
INCHOARET. Libri duo opt. incoharet. Nonis vero aliquid aggredi inominatum esse, vox ipsa per se satius ostendit: nempe quae te non ire, eoque quo velis pertendere haud posse, admoneat. Simile illi quod de eo qui Caueas venales clamabat refert Plin.lib. xv i, ca. ix. caueas, caue ne eas.

ΔΥΣΦΗΜIAN OMNIS. Nominis habet me-  
liores cod. vti & apud Horatium lib. iii od. xiiii,  
male nominatis Parcite verbis . nihil tamen muto.  
Quanquam & hic nominis, & ibi nominatis malim.

VETERES AC PRÆCEPTAS. Sic Pulman-  
nus, & libri nostri omnes . Erasmus, & Beroaldus, re-  
ceptas substituere. sed male. præceptas enim vocat quas  
iam mente atque animo, vel ob aliorum præstantium vi-  
rrorum exempla, vel ob alias rationes, præcepisset: qua-  
lia erant Cereris sacra; quibus se initiari passus est; cum  
Apim Egyptiorum, Iudeorumq; mysteria contem-  
neret. Sic nimis Hadrianus sacra Romana diligen-  
tissime coluit; peregrina contempsit: è quibus tamen  
Elenchinia, exēplo Herculis Philippiq;, suscepit. Alio-  
qui Iudeorū Egyptiorumq; sacra nec minus recepta  
fuerunt quam Atheniēsum, & veteriora etiam. Por-  
rò de Augusti initiatione sic Dio, initio lib. li, τῶν τοῖν  
δρῶν μυστῶν μετέλαβεν . quod equidem de Cerere &  
Proserpina intelligo: nō de Minerua, ut alij voluerunt.

SECRETIGRA QVÆDAM. Attica Cereris  
mysteria nulla re magis quam silentio sacra fuerint; præce-  
pta quadam opinione, qui vel ea diuulgassent, vel cum  
nocentes essent frequentassent, male perituros. qua de  
re multa ad Horat. lib. iii od. ii, Vatabo qui Cere-  
ris factum vulgarit arcanæ, Nero sane, vt Sueton.  
refert,

refert, sacrī illis iniātiā aūsus non est. At M. Antonius, & templum adiit, & ut se innocentem probaret sacrarū solus ingressus est. Augustus itaque cognitioni illi solus adfuit, ne quis scilicet audiret Orgia, quæ frustrā cupiunt audire profani.

NON SVPLICASSET. Liber opt. ne suppli-  
casset, quod monitum volui. Sensus enim est, ne id qui-  
dem, quod in veneratione leuissimum est, fecisse Caium,  
vt solummodo supplicaret. Atqui Alexander Mace-  
do, si Josepho creditus, Hierosolymis & Pontificem ve-  
neratus est, & Deo immolauit, & Iudeis quacumque  
pertinere concessit. lib. XI. Antiq.

**XCIII.** TACTA DE CÆLO PARTE MVRI. Tacta  
& quidem sine villa laſione: quo nomine felicitas vrbi  
portendebatur. Nam & apud Festum pullus Iouis di-  
ctus est Q. Fabius, cui etiam eburno cognomen erat,  
propter candorem, quod eius natis fulmine ita erat: &  
magnus ille Mithridates, bis fulmine appetitus, Diony-  
sius ideo cognominatus est, quod Dionysio quoq; simi-  
le aliquid accidisset: qua de re Plut. Sympos. Tangi er-  
go fulmine, & nihilominus evadere in columem, felicitatem  
partendit. Cui tamen interpretationi repugnare  
videtur Virgili auctoritas; apud quem sic Anchises,  
Iampridem inuisus Diuis & inutilis annos Demo-  
rator, ex quo me Diuum pater atque hominum rex  
Fulminis afflauit ventis, & contigit igni. quid enim  
leuis dici potuit, quam afflare & contingere?

VELITRINI. Liber unus, Veluterni.

REGEM POPVL ROME NATVRAM PAR-  
TVRIRE. Idem è libris Sibyllinis creditum fuisse, &  
quidem eo nasciturum tempore quo Egyptus in Ro-  
manorum potestate venisset, probat certissimus auctor  
Cicero,

Cicero, lib. i epist. ad Lentulum, & lib. ii de divinat.  
Verum illū orbis terrarū regem ac dominū fuisse Iesum  
Christum, etiam aduersariorum testimonius concincitur.

IN ASCLEPIADIS MENDETIS ΘΕΟΛΟ-  
ΤΟΥΜΕΝΩΝ LIB. Quis hic Asclepiades fuerit,  
ignoro. Athen. non semel, & Plin. inter auctores libri  
septimi, Asclepiadem commemorant, qui traxwdevera  
scriperit. & sāne hec etiam tragica sunt. sed nihil  
muto. De Atia vero, sic enim scribendum, Augusti  
mātre sup. cap. IIII.

DVM CETERÆ MATRONÆ DORMIRENT.  
Mallem abesse hac verba, infarta ab aliquo qui ve-  
rebatur, ne matrone cōspecto vigilantibus dracone dif-  
fugerent. Atqui Atia ipsa obdormisse fatu quodam po-  
terat: sed in pernigilio, & quidem tam sollempni Apollini-  
nis sacro, simul dormisse matronas omnes nentiquam  
verisimile est. Versus vero ille Virgiliy, Pellibus incu-  
buit stratis somnumq; petiuit, à Beroaldo addubius,  
nihil ad rem facit. Dio certè solam Atiam dormien-  
tē inducit. porro ut hic Apollo, sic & Fortuna pernigilio  
colitur à Galba. IIII; & à Vitellio Mars, ni fallor, c.x.

DRACONEM QVE. Particula que abest in om-  
nibus Ms. ut etiam ad verbum paullò, & ad verbum  
illa, quæ mox sequuntur, adiuncta.

PVRIFICASSE SE. Ne sacra scilicet pollue-  
rentur. Tibullus, pureque lauari Te memini, & puro  
secubuisse toro. Persius item, & nocte flumine pur-  
gat. Plura Cicero lib. ii de legib. sacra adeunto castè.

EXIMI. Libri duo optimi, exigi.

APOLLINIS FILIVM EXISTIMATVM.  
Imo & ipse sic credi voluit: vt sup. cap. LXX. Extant nu-  
mismata argentea Augusti, in quorum parte auersa  
Apollo



*Apollo sedens, ascriptum hinc inde, CÆSAR DIVI F. ut ambiguum sit, dicunt Iulij, an Apollinis, qui medius est inter verba, se filium dicat. tam autem fuit Apollinis filius, quam Harmonis Alexander, aut Africanus Iouis.*

P. NIGIDIVM. *Qui, quod initio libri XLV Dio refert, usque adeo cali peritia excelluit, ut prohibitis quibusdam studiis dare operam crederetur. Plura ex Lucano, Gellio, Augustino Beroaldus.*

TANTVM FLAMMÆ EMICVISSET. *Simile Tiberio ostentū euenit, ca. XIIII. felix nimirum flamma effulgenter semper auguriū: vt de Sernio Tullio dormiente, de L. Marcio concionante, Liuius lib. I, & XXV, & V alter. Max. li. i ca. VI, tradiderunt: & de Q. Saluidieno, gregem pascente, antē retulimus ex Dione, cap. LXVI.*

EXVIIISQUE IOVIS OTT. MAX. *Quales Romani triumphibus dabant, togam pictam, tunicam palmatā: de quibus Liuius li. x. Nos ad illū Iuuenalis versum Sat. x. In tunica Iouis. De Iouis vero curru, qui & ipse hoc Octauij somnio describitur, Turneb. lib. IX ca. IX, & lib. XXIII cap. XXXI. inf. Claud. cap. XVII.*

AD QUARTVM LAP. CAMP. VIÆ. *Mallem Campana via. Campanam autem, ut puto, Appiam vocat, quæ recta Capuam ducebat.*

CVM ALTISSIME VOLASSET. *Tres libri euolasset. Sic vero Tarquinio Prisco Romanum migrantem sublatum ab aquila pileus, & mox restitutus, regnum portendit. auctor Liuius, & alij. & tale aliquid de Diadumeniano Lampridius.*

SIGNVM REIPVB. *Interpretes aquila signum intelligunt,*

gunt, aut etiam libertatis. Ego signum Romæ scriben-  
dum puto, nō Reipub. id enim notarum errore irrepit.  
nam quo signo obsecro Respublica exprimetur? At Ro-  
mæ effigies in Imperatorum nūmis passim cernitur: non  
nunquam etiā dextra gestata manu, sicut & victoria.

OSCULVM DELIBATVM DIGITIS. Sen-  
tentia est, ni fallor, Iouem suanioli loco digitos ad os  
pueri porrectos suo mox ori admouisse: ut à nimium offi-  
ciosis hodieq; fieri videmus; qui manū, qua eius cui ob-  
sequium deferūt vestimenti partem aliquā attigerunt,  
admotam labris osculantur. Pulchrè Appuleius, quem  
& Beroaldus citat, Tunc Iuppiter perpressa Cupidi-  
nis buccula, manuq; ad os relata, consuauiat. Suet.  
Galb. cap. v, Constat Augustum puero adhuc, se sa-  
lutanti inter æquales, apprehensa buccula, dixisse.  
Atq; ita intelligendum fortassis illud Virgili, Oscula  
libauit natæ: qualia scilicet Dinorum reliquiis prisco  
more libamus. nec dissimile est quod lib. xxviii c. ii,

IN ADORANDO, inquit Plin. DEXTERAM AD OSCU-  
LVM REFERIMVS. sic enim legendum, non oculum, vt  
imperiti volunt. Aliud genus osculi, quod χύτσαν, id est,  
ollam vocabant Græci, quo apprensis auriculis, vt nunc  
quog; solent pueri, alter alterū osculabatur. De quo Ju-  
lius Pollux li. x: & inter nostros, nuper immatura morte  
sublatuſ, Gulielmus Canterus Nouar. lett. li. vi, c. xxv.

TVNICA LATI CLAVI RESVTA. Hac & apud Dionē  
legimus, initio lib. XLV: cuius interpres nō rectè togam  
vocat, quā tunicam vocare debebat. ὁ ΧΙΤΩΝ περιφέρειν.  
Tunica enim lati clavi Senatorū insigne fuit; ut equitū  
annl⁹. Festus verbo Picta. Tunica, palmata à latitudine  
clavorū dicebatur, quæ nūc à genere pictura appellatur.

A QVI PARARET MATRICEM. Liber opt.  
æqui-

æquiperaret, ut semper. Matricem autem arborem matrem vocat, sub qua siboles pullulauerat. Virg. 11 Georg. Pullulat ab radice. & mox, Partua sub ingenti mattis se subiicit umbra. Matricis vocabulo de gallina & columba utitur eodem sensu Columella, quo Tranquillus de arbore.

C O L V M B A R V M N I D I S . Augurium firmabat, quid columba Veneri, à qua gens Iulia per Aeneam, sacra sunt; quodq[ue] columba nulle in arboribus nidificant, præter palumbes, & quas Linus vocant: & ne ista quidem fronde dura & aspera, qualis palme est.

T H E O G E N I S M A T H E M A T I C I . De hoc nihil memini me legisse. Similem vero in Africa nactus est Septimius Seuerus, teste Spart.

V T T H E M A S V V M V V L G A V E R I T . Genesim vocat Inuenialis, Nota Mathematicis genesis ita. Suetonius paulo antè & Spartanus Seuero genitaram, Astrologi horoscopum, Thema vocat etiam Sidonius Apollinaris: vt & apud Gracos quicquid in medium proponitur thema appellatur.

N V M M V M A R G E N T E V M . Quales apud me diversa forma seruantur complures. similem vero etiam Vespasianus percutit.

**XCV.** R E P E N T E L I Q V I D O A C P V R O S E R E N O . Liber optimus non habet repente: quod tamen si retineas; ita locum hunc intelligo, vt circulus ille repente solem ambierit; non vt celum repente effulserit. cùm enim huiusmodi, siue circuli, siue areae & coronæ, vt appellant Physici, humida serè nube se spargente existant; nihil mirandum foret calo repente sereno effecto id contingisse. Sic nempe et fulmina, quæ serena tempestate fiunt, prodigiosa magis ac significativa habentur quod Horat.

quoque

quoque ostendit lib. i od. xxxiiii, per purum tonantes egit equos. Circuli autem huius meminit Plin. lib. ii, cap. xxiiii. & egregie Seneca, lib. i quæst. natur.

AC SVBINDE. Promox, statim. Horat. epist. ad Celsum, primum gaudere, subinde præceptum auriculis hoc instillare memento. alias frequenter, & identidem, utuntur auctores.

VICTIMARVM IOCINERA. Sic plerumq;<sub>z</sub> vetustissimi codices: non, iecinora. De hoc vero Plinius lib. xi cap. xxxvii, Diuo Augusto Spoleti sacrificanti, primo potestatis suæ die, sex victimarum iecinora replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt: respōsumque, duplicaturum intra annum imperium. Ad de Val. Maximum de Marcello lib. i cap. vi. Ceterum merito quis ambigat quem primum potestatis diem vocet Plinius. & quomodo tunc Spoleti Augustus? Dib lib. xlvi, locum quidem non addit; sed tamen euenisse id sacrificanti scribit, quo die bellum sibi contra Antonium, una cum potestate pretoria, decretum intellexit. fuit autem tunc in Piceno.

PATVERVNT. Sic Pulmannus quidem: sed ms. nostri, & editio Germanica, paruerunt. quod verbum augurum & haruspicum erat. Virg. lib. x Aeneid. Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent, Et linguae volucrum, & præfagi fulminis ignes. fuit & in Iurisconsultorū formulis usurpatum: quod Festus tradit, dicens prima producta pronunciari oportere: & eleganti admodum epigrammate Petronius Arbiter, Iurisconsultus paret non paret habeto, Atque esto quicquid Seruius & Labeo. Adde Ulpianum, l. CLXXIX, de verborum significat. & Suet. Cal. cap. viii.

AC EXITVM. Libri meliores, at exitum, logo, at, XCVI.

O que

que exitum. Nec enim temere librum ullum veterem  
legitimū inuenies, in quo scribatur ac, sequente vocali.  
*Augurium autem illud refert etiam Dio, lib. xlvii.*

SACRIFICIO NON LITANTE. Idem cod.  
non litanti: & mox in illos recasura, pro ipsis. hand  
dubie melius.

PRIDIE QVAM SICIL. *Depiscis augurio*  
satis conuenit inter auctores: de tempore vero auguri  
non ita. *Vide Dionem circa initium cap. xlix, & Plin.*  
*lib. ix, cap. xvi.*

EV TYCHVS HOMINI BESTIÆ NICON.  
Idem Plutarchus, & Zonaras. *Plinius quoque lib. xi*  
*cap. xxxvii, vbi de felle loquitur, geminum, inquit,*  
fuit Augusto sacrificanti, quo die apud Actium vicit.

XCVII. CONSCRIPTIS PARAT ISQVE IAM TABVLIS. Solebant veteres vota iam suscepta scriptis  
subsignatisq; tabulis confirmare: atque ipsas s̄ope tabu-  
las Deorum, quibus voterant, genibus cera affigere.  
*Iunen. Sat. x.* Ergo superuacua aut pernicioſa petun-  
tur, Propter quæ fas est genua incerare Deorū. *Plinius epist. ad Traianum,* Sollemnia vota pro incolu-  
mitate tua, qua publica salus continetur, & suscep-  
mus Domine, & soluimus: precati Deos, ut velint ea  
semper solui, semperque signari. *Adde tot veterum*  
*numismatum inscriptiones, VOTA PVBLICA, VOTA*  
*SUSCEPTA, VOTA SOLVTA.* hinc & votorum tituli  
aut prælati victimis, ut sup. cap. lix; aut publicè propo-  
fiti, ut inf. Cal. cap. xiiii, & apud *Iunen.* Legitimè  
fixis vestitur tota tabellis Porticus. *Augustus igitur*  
*vota se suscepturum negauit quæ non esset soluturus.*  
*Suscipere autem votum est, nuncupando voti seruum*  
*facere. De hoc vero mortis signo, vii & de aliis, no satis*

Sue-

Suetonio conuenit cum Dione, lib. LVI.

ITINERE INCHOATO. Lib. opt. incohato: vnuis, initia-  
to: ut inito fortasse scribendū sit: ut inire viā dicimus.

QVÆ TVNC QVIDEM APPULERAT. XCVIII.

Malleum quædam: aut deleri quidem: aut, quod verius  
puto, protunc quidem, tantum quod restitui: cuius  
me Pulmannus post editionem suam admonuit. sup.  
Aug. cap. LXIII.

FAUSTA OMNIA. Libri tres, omnia. quod pla-  
cet: ut alterum tamen non displaceat.

PER ILLVM SE VIVERE. Talia & Horat.  
Augusto accinit lib. IIII od. v, Tutus bos etenim rura  
perambulat, Nutrit rura Ceres almaque Faustitas,  
Pacatū volitāt per mare nauitę, Culpari metuit fides.

ET EXERCENTES EPHEBOS. Liber unius si-  
ne &. Ephebi autem vocantur extrema in pueritia, aut  
prima adolescentia constituti. Hinc Ephebeum apud  
Vitruuiū, ea palestra pars in qua se ephebi exercebāt.  
Strabo quoque, quod hic propius spectat, lib. v, ubi de  
Neapoli, Multa, inquit, Græcorum seruabant ve-  
stigia, gymnasia, & puberum cœtus. Adde Sueton.  
Nerone, cap. XII.

DIRIPIENDI QE POMORVM. Vetus lo-  
cutio. Plautus captiuis, quem citant etiam interpretes,  
Nominandi istorū tibi erit magis quā edundi copia.

RERVM QVE MISSILIVM. Liber vetustissi-  
mus, rerumque missilia. & sānè variarum rerum mis-  
silia legimus apud Suetonium, Cal. cap. XVI II: itē mis-  
silia omnium rerum, Ner. cap. XI: Nihil tamen hic  
muto: & res missiles intelligo, quæ, de mensa à conuiuis  
sumptu, mittebantur absentibus aut alibi accumbenti-  
bus. De qua consuetudine Macrobius, Saturn. lib. I I

ca. IIII, Curti cuiusdā equitis Romani dicterū referēs.

VICINAM CAPREIS INSULAM. Quamquam sc̄ habent omnia exemplaria, dubito tamen an capreas legendum sit. nam in ora Campanie Cæsar iūc versabatur: non Capreis, ubi quatriduum tantum manserat. Caprea autem ora Campanie tam vicina sunt, ut à Surreno nō nisi vi et M. P. distent, teste Plinio. Capreas ergo ἀτεγύπτων appellabat, ut Horat. epod v otiosā Neapolim: de qua Ovidius quoq; lib. xv Metam. & in otia natam Parthenopen. Lector cogitet, ac Geographos consulat. nam & alterā quedam insula eo in mari Capreis adiacet, ipsa quoque vicina Campanie.

MULTISQUE LVMINIBVS. Lector non oscitabundus cereorū in funeribus ac parentalib; vsum annotet: de quo alibi. Vide Sen. extremo lib. de breuit. vita, & de tranquill. vite cap. xi. nec dissimilis de tēdis ardētibus in Tiberij funere locus libro proximo, cap. XIII.

CACHINNOS SVSTVLIT. Duo libri extulit. De Thrasyllo autem, Tiberij comite, Suet. Tib. cap. XI I I I: Tacitus lib. Annal. v, Dio, Zonaras, Jun. Sat. vi, numeris renocata Thrasylli.

QVINQUENNIALE CERTAMEN. Vide Domit. cap. XI I I I, & Claud. cap. XII.

**XCIX.** SIBI CORRIGI. Dele sibi. ut in quatuor ms. praeceedit enim.

ΔΟΤΕ KPOTON. Libri nostri vel non habent hac, vel ita habent, ut legi commode nequeant. Turnebus, lib. XXI I I I cap. xv, longè aliter recurset. Sed non video cur à recepta lectione recedamus.

DRVSI FILIA. Ex Antonia minore: quam nunc Liniam, nunc Linillam appellant. de qua Claud. cap. I.

ET THA-

ET THANASIAN. *Qualis contingit illis qui ex  
hac vita, tanquam è coniunctio iam saturi, discedunt.*  
*Horat. lib. i Sat. i, exacto contentus tempore vita  
Cedat, ut coniuncta satur, ex Lucretij libro iii. Graco  
autem vocabulo usus etiam Cic. ad Att. XVI, ep. vi.*

IN ADE SACRARVM MAXIMA. *Melius c.  
MS. duo, in aedium sacr. max.*

VICTORIA QVA EST IN CURIA. *Curiā  
Juliam intelligo, quam in honorem D. Iulij factam,  
Augustus post triumphos suos dedicauit; in eaq[ue] im-  
aginem Victoriae posuit, atq[ue] Ägypti spoliis decorauit,  
Tarento olim Romanam adiectam: sic enim Dio lib. li,  
sua adhuc etate mansisse attestans. cuius aram postea,  
inualesce Christianorum religione, sublatam gra-  
uissime conqueritur Symmachus: & Symmacho elega-  
tissima epistola responderet Ambrosius, quod etiam  
Turneb. annotavit.*

FERREOSQUE SVMENDOS. *Liber opt. su-  
mendosque ferreos. Ordinis autem dignitatisq[ue] in-  
signia in luctu deponi solere, tam ab equite, quam a Se-  
natu, nemo est qui ignoret, si vel Liuum, vel Ciceronē  
vñquam attigerit. Sed de Augusti ob mortem luctu pe-  
culiariter Tacitus.*

SAC. SVM M OR VM COLL. *Mallem sacerdo-  
tes summo collegiorū. ut primores sacerdotū intelli-  
gamus id facturos fuisse quod primores equestris ordi-  
nis, ut mox sequitur, præstiterunt. possumus etiā sum-  
ma collegia accipere qua ceteris essent honestiora.*

IN SEPTEMBER TRANSFERENDAM.  
*Idem codex in sept. transferrent. Natus autem Au-  
gustus, ix Cal Octob. vita excessit, xiiii cal. Septemb.  
ut disertè Dio: & Suet. cùm hic, tum sup. cap. xxxi.*

A PRIMO DIE NATALI VSQVE AD  
EXITVM EIVS. *Rectius duo ms.* à die natali ad exitum eius.

PRO ROSTRIS SVB VETERIB. Libri duo, pro rostris veteribus, sed nihil muto. qui enim de vrbe Roma scribunt, regione fori Rom. rostra vetera & rostra noua recensent. Sub veteribus quoque & sub nouis absolute legimus: quamquam hoc ad tabernas potius referendum. Suetonius igitur rectè hic distinxit: cum quo si Dionem lib. LV, ubi de Augusti funere scribit, conferamus; rostra noua ad eadem D. Iulij fuisse, vnde & Iulia appellata sint, reperiemus. Suetonius enim Tiberium pro eadem Iulij orationem habuisse dicit: ille vero, Drusum quidem, *λαόν τε δημοσίως βιβλιάτρον*. *λαόν δὲ τέτερων οὐδέλλων τελείων, Tiberium.*

DELATVS IN CAMPVM CREMATVS-  
QVE. Melius ms. duo, crematus est.

VIR PRÆTORIVS. Dio Numerium Atticum vocat: quem Livia dono vices lls corruperit, ut idem de Augusto suraret, quod olim de Romulo Proculus aliud exemplum Drusilla Caij sororis, apud Dionem, lib. LIX.

TVNICATI ET DISCINCTI. Perinde scilicet, ac si rei militaris disciplina atq; auctoritas una cum Augusto periuisset. vide sup. cap. XXI III. Non dissimile quod narrat Dio, conuocato ob Augusti morte Senatu, patres reliquos equestri habitu, magistratus Senatorio, sed sine praetextis, conuenisse.

IN MAVSOLEO CONDI'D. Lib. optimus sine in. Mausolei autem huius, eo quo Sueton. describit loco, hodie quoque monumenta cernimus. de quo plura Strabo lib. V.

C1. POLYBII ET HIL. Libri omnes, Polibi: vti & Dio

& Dio eum appellat. et sānē magis libertum sapit. Fuit tamen & Polybius Claudij lib.

APV D SEX VIRGINES VESTALES. At qui septem fuisse, comprehensa Vestali maxima, prater alios ostendit etiam Ambrosius, epistola quadam ad Valentianum Aug. his verbis, Vix septem Vestales capiuntur puellæ. en totus numerus quem infulæ vittati capitis, purpuratarū vestium murices, pompa lecticæ ministrorum circumfusæ comitatu, priuilegia maxima, lucra ingentia, præscripta denique pudicitiae tempora coegerunt. *Lego igitur, vt in optimo codice, apud se virg. Vest. Sic de Cesaris, cap. lxxxiii;*  
*& de Antonij testamento Dio, & Plutarchus.*

TIB. EX PARTE DIM. ET SEXT. Ex besse dicere poterat, nisi forte vitro eam vocē subterfugerit.

LIVIAM EX PARTE TERTIA. Hoce est triente: quā de re loquens Dio, Augustum à Senatu impetrasse ait, ut ei liceret tantum aduersus legem relinquere: legem Voconiam intelligens, ne quis census, id est, qui centena millia possideat, mulierem ultra quadrantem, utputa xxv. m. heredem faciat. Cic. pro Balbo. Florus epit. xli. Gell. lib. xvii cap. v. & alij.

FERRE NOMEN SVVM. Vide Ces. capite lxxxiii. ab eo igitur tempore, quod etiam nummitestantur & lapides, Iulia appellata fuit. Auguste vero nomen, quamquam etiā matrimonio merita, ut inquit Plinius lib. xv cap. vlt. tamen recusauit. Suet. Claud. cap. xi. Tiberius autem non testamento tantum; sed & adoptione, de qua cap. lxv, & lib. proximo cap. xv, Iulij nomen accepit: Auguste vero cognomen non ipse solum, tamquam patrum & hereditarium; sed ceteri quoque principes assumpserunt.

TRIBVBVS TRICIES QVINQVIES. Hac verba mibi merito suspecta sunt. præcedit enim, Legauit populo Romano quadringenties: At qui populus Rom. omnis in tribus xxxv diuisus erat; vt idem sit legare xxxv tribubus, quod legare populo Rom. nam quod interpres adferunt, per tribus intelligi eos qui Romanini non erant, sed in tribubus tamen suffragia ferabant, id merum somnium est. Beroaldus affirmat distinctionem tribubus non esse in quibusdam libris: quo facilis sane adducor, ut totum hoc, tribubus tricies quinquies, expungendum esse censem; legendumque, legauit pop. Rom. quadringenties: quod cum Dione conuenit, τὸ δῆμον χιλίας πυριάδας: ant, si id minus placet, legauit pop. Rom. per tribus xxxv quadringenties HS.

PRÆTORI. MILITIB. SINGVL A MILIA NVMMORVM. Mallem nummum. Notandumq; prætorianos ab urbanis cohortib. distingui. Tacitus prætorias & legionarias tantum ciuium Romanorum cohortes commemorat. Ego urbanas à Tranquillo vocari arbitror, quæ prætorianis ignobiliores, vel grassatorum, vel incendi arcendi causa sub praefecto vigilum in urbe habebantur. Sed & de Praefecto urbi verba Ulpiani ascribam. ET SAN E debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi quid vbi agatur.

NAM ET CONFISCATAM. Duo cod. sine &. Confiscatam autem, fiscis afferuata vocat. sunt enim fisci, quibus pecunia publica apportari ac concludi solent. Asconius, & Iſidorus. Suet. quoque Cland. cap. XVIII.

RELIQVA LEGATA VARIE DEDIT. Lib.  
optimus, varia edidit, pro pronūciāuit. auctor est Dio  
etiam regibus cum nonnulla legasse.

PRODVXIT QVE QVÆDAM AD VICE-  
NA SESTERTIA. Horum verborum, ut puto, sen-  
tentia est, Augustum legatorum, qua vicena excede-  
rent sestertia, diem protulisse ad annum: ut producere  
legata Sueton. dixerit, pro legatorum diem.

SI QVID HIS ACCIDISET. His verbis mo-  
deste, ritandi ominis causa, sic pronunciatis mors signi-  
ficatur. l. CLXII, de verb. signif.

DE TRIBVS VOLVMINIB. Melius tres lib.  
MS. sine præpositione de. Dio quatuor volumina ponit:  
quem vide.

BREVARIUM TOTIVS IMPERII. Suet.  
Galba cap. xii, Dispensatori breuiarium rationum  
afferenti. Plin.lib. xvii, vt omnis culturæ quod-  
dam breuiarium peragatur. Sic breuiariæ rationes a-  
pud Scæuolam, l. vlt. de peculio legato. Seneca libro v  
epist. summarium antè vocatum fuisse scribit, quod tūc  
breuiarium vulgo vocabant. sup. cap. xxviii, rati-  
narium imperij appellat, quib. imperij rationes cōtine-  
bantur: vt & inf. Cal. cap. xvi. Tale aliquid liber ille  
qui notitia imperij Romani inscribitur. rectius fortas-  
sis formula appellaretur.

## IN TIBERIVM.



I.

**A**LIA PLEBEIA. Quam Marcellorum vocat Cic. lib. I de oratore, nobilem illam inter Marcellos Claudioſq; patricios con tronerasiam recensens. Notandumq; eiusdem nominis, ac fortassis etiā originis, familias eodē tempore & patricias & plebeias fuisse, ut de Cornelia quoque testatur Cicero II, de legibus: & de Papiria, famil. ep. lib. IX. Quid euenire necesse erat, cūm non tota gens aliqua, verum certa tantum eius gentis familia, vel à plebe transibat ad patricios, vel à patriciis ad plebem.

EX REGILLIS. Lib. unus Regillis, sine prepositione. Liuius & Dionysius Regillum tam oppidum, quām lacum vocant.

CLIENTVM. Libri duo, clientium. Horat. lib. II od. XVIII, vltra limites clientium. at idem lib. III od. V, clientum longa negotia.

ATTA CLAUDIO. Sic Turnebus quidem, quē Pulmannus sequitur: & vulgati libri, Appio Claudio habent: Manuscripti verò omnes variant. Sed Turnebum ne sequamur facit, quod, cūm ratio exigat vt vtrūque, tam nomen quām prénomēn, aut Romanum aut Sabinum sit, ipse, hunc gentis Claudiæ auctorem tanquam Hybridam reddens, vtrumque cum altero cōfundit.

dit accedit quod Atta apud Festum, & Horatium epistola ad Augustum, Quintij poëtæ cognomen est: at qui hic de prænomine agi videtur. Iustus Lipsius, elegantis ingenij vir, suis in Tacitum notis lib. XII, locum huic nostro similem ex codice Vaticano sic restituit, Adnotabant periti nullam ante hac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eosq; ab Atto Claudio continuo durauisse. Quod cum ita sit, & nostri quoque codices vel Atta vel Acta habeant, Atta Claudio legendum existimo: ut & duobus apud Liuum locis, ubi Attio, vel Actio nunc legitur. Addam, non obstat quod Atta cognomen esse diximus. nam ipsa verbiratio, quam Festus notat, suapte natura prænomen esse ostendit; quod, ut arbitror, postea in cognomen quoque transiit, ut Agrippa. Omittere vero nolim in uno codice Acta Tatio Claudio, in altero Acta Tatio Claudio legi: ut fortassis tria etiam apud Sabinos nomina haberit, Atta Tatius Clausus. Illud vero in primis notandum est, eos qui olim Romam commigrabant, nomina sua edere debuisse, si insciuitatis adipisci vellent: atque ea plerumque mutata fuisse, quo magis Romani viderentur. Sic Atta Clausus, Ap. Claudius factus est: & Lucumo ille Demarati filius, cum Tarquiniiis Romanum venisset, comparato ibi domicilio, L. Tarquinij nomen edidit. Rectè igitur omnis antiquitatis peri-  
tissimus Virgilius, Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnū Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar: Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens, Per Latium.

VI FERE ANNO A PATRIBVS IN PATRICIOS. Liber Tornacensis sic habet, fere anno sexto, atque in patricias cooptata, agrum. qua lectio  
&

& apertior est, & cum Liui magis conuenit .in patrias quoque, cum de gente loquatur, longè elegatius est.

**L O C V M Q V E.** Duo meliores cod. Lucumque, quod sane augustinus & religiosius est. luci enim non tantum numinibus, sed & mortuorum memoriae consecrabantur, & ab Heroum animis habitari credebatur. Sic Augusti Mausoleo Tiberius filias adiecit sup. cap. c. Adde epigramma Martialis LXXVI, lib. vi, de Fusco. Simile mendum animaduertit P. Victorius apud Tacitum, lib. IIII Anal. esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi libri excusi locum habet.

**T R I V M P H O S** VI. VII habent ms. & editio Gryphi.

**L V C I I P R A E N O M E N C O N S . R E P .** Sic gentis Manlie decreto cautum fuit, ne quis M. Manlius vocaretur. Liu. lib. vi, & Festus lib. XI. Dio quaque lib. LI, Edicto, inquit, cautum, ne quis ex ea familia Marci prænomen ferret, loquitur autem de honoribus Augusti iam deuicto Antonio decretis. adde Gell. lib. IX cap. II. Suet. Nerone cap. I.

**S I G N I F I C A T U R F O R T I S .** Gellius lib. XIII cap. XXI, ubi de Neriene Martis coniuge.

**S E C U S A D M I S S A .** Liber unius, secius: Tornaeensis, sequius: quod Turneb. quoq., & Gifanius probat.

**C L A V D I U S C A V D E X .** Huius nominis ratio cum historia conuenit. caudex enim plurimum tabularum contextus apud veteres dicebatur: unde Claudio huic, qui primus bello apud Romanos nauem concendit, id cognominis adhaesit. Seneca lib. de breuitate vita cap. XIIII. Hinc & caudicariae naues apud Nonium.

**C L A V D I U S N E R O A D V E N I E N T E M .** Libri duo, Tibetius Nero. optimus, quod mi-

rov, Tribunus Nero. nihil tamen hic muto. Nam qui Asdrubalem denicit C. Claudius, Ti. F. Ti. N. Nero appellatus fuit. Fasti An. V. C. DCLVI. Liu. lib. xxviii. Valerius lib. ii cap. ix, & lib. iii cap. i. Plura ad Horatium, lib. iii od. iii, Quid debeas o Roma Neronibus Testis Metaurum flumen, & Asdrubal Deuictus.

CLAVDIUS APPIVS REGILLANVS.  
Mallem, ut in vulgatis, Ap. Claud. Regil. aut vero,  
ut in duobus ms. Claudio Regillanus, sine praenomine.

CAVSA FVIT PLEBI. Liber unus, causa  
plebei fuit.

ILICIAM VIATOREM SVVM. MS. Ily-  
ciam, vel Hyliciam unde manifestum est, Gliciam legi  
debere. Nam M. Claudius Glicia, ultime fortis homo,  
Appij Pulchri sive viator, ut vult Suet. sive scriba, ut  
epitome Liuij, dictator dictus fuit: & mox abdicare  
coactus, A. V. C. DIII. alijs Glanicam vocat sed male.

ADHÆRENTEM. Libri quathor, obhaerentem.  
historiae vero huic, præter alios, meminere Ter-  
tull. apologetico, Hieronymus contra Iouin. & Au-  
gust. de ciuitate Det. lib. x, cap. xvi.

QVÆ NOVO MORE IVD. MAIEST.  
APVD POPVLVM MVLIER. SVBIIT. No-  
uo more dicit, & quia mulier, & quia ob votum tan-  
tum. ut enim Valerius, lib. viii cap. i, de ea scribit, in-  
sontem crimine votum impium subuertit. Gell. lib. x  
capite vi, Appij Claudij Ceci filiam vocat; vi & fra-  
trem eius App. Ceci filium Cu. libro i. de diuinat.  
quem tamen Plin. lib. xv cap. i, nepotem facit. quod  
obiter annotatum volui.

NOTISSIMVM EST. *Cod. Vat.* notatissimū.  
& sūnē notatu dignissimum est quod Sueton. tradit.  
notissimum tamen magis placet. non tam ob vocis in-  
solentia, quā ob rumores, qui mortuo statim Augusto  
de gētis Claudiæ superbia sparsi fuere. Dio, & Tacitus.

VIRGO VESTALIS FRATREM. Pa-  
trem vocant Cicero pro Cælio, Valer. lib. v cap. 1111,  
Oros. lib. v. ut fateri necesse sit, aut errasse Suetonium,  
aut subesse mendum.

INTERDICERE. MS. omnes, intercedere. recte.  
nā interdicere sollēne prætorū est, intercedere Tribunorū

III. AMBO APPII CÆCI FILII. His tertiu  
adiunge P. Claudiū, qui classem perdidit, ut paulo  
antē ostēdimus. Tres igitur filios ille reliquit, Tiberiū,  
Appiū, Publiū: primo cognomen Nero, alis Pulcher.

INSERTVS EST ET LIVIORVM FAM.  
Vide Valerium lib. ii cap. ix, ubi de concordia C. Ne-  
ronis & M. Salinatoris.

SALINATORE DRVSIS QVE. Malle, Dru-  
soque. Nam unum tantum precipue landat: à quo de-  
scedit alter, quem mox prædicat; qui Gracchorum sedi-  
tione egregius pro Senatu Tribunus filium reliquit,  
Gracchis ipsis perniciosem. Cic. lib. i de orat. Suet.  
hic. & egregie Seneca de breuit. vita cap. vi.

IV. PATER VERO TIBERII. Duolibri, Pater  
Tiberii, sine vero.

IN QVEIS NARBONA. MS. Narbo & Arla-  
te. Plin. lib. 111, cap. 1111, Narbo Martius Decuma-  
norum colonia.

ABOLITIONEM FACTI. Non male quis su-  
spicetur verbum facti adulterinum esse. Nam à vniuersis  
illam intelligit Suetonius, qua cedes C. Cæsaris multa-  
rumq;<sup>z</sup>

rumq; aliarum rerum oblinio suadebatur, auctore Ci-  
cerone: cuius orationem Dio recenset.

S E R V I S Q V E A D P I L E V M . Libri duo opt.  
seruis ad pilleum. sine que.

T I B E R I V M E N I X A M . Libri ms. omnes, filiu  
enixam. atque ita legendum. Sequitur enim, Tiberio  
Drusoque.

N E R O N I B U S . Ambo igitur Liuii filij Nerones  
vocati sunt: sed Tiberio pro cognomine, Druso verò pro  
prenomine id datum fuit. sic enim in nummo veteri,

N E R O N I C L A V D I O D R V S O G E R M A N .  
C O S . D E S . &, N E R O C L A V D I V S D R V S V S  
G E R M A N . I M P . Sic igitur & Horatium interpre-  
tabimur, lib. IIII od. IIII, Augusti paternus in pue-  
ros animus Nerones.

S I M V L . F E L I C I T A T I S . Mallem fecunditatis v.  
si libri suffragarentur, ut in Iulia Seueri & Faustinae  
M. Aurelii nummis legitur fecunditas Augustae.

P O S T B E L L U M P H I L I P P . T res libri, per  
bellum Philipp. & sane bellum hoc iis quos Suetonius  
dicit coss. gestum est. Ceterum, quia sub finem anni  
natus est Tiberius, utraq; lectio defendi potest.

I N F A S T O S A C T A Q V E P V B L I C A . Sic  
Calig. cap. VIII, Ego in actis Anti editum inuenio.  
Mos igitur erat, ut parentes natos sibi liberos apud acta  
profiterentur. idq; a Ser. Tullij temporibus obseruatū:  
hic enim, ut lib. IIII Dionysius scribit, in singula re-  
cens natorum capita Iunonis Lucina tēplo inferri ali-  
quid iussit: & in censu agendo, non solum facultates,  
sed & liberorum nomina atq; etatē referri voluit. quod  
vel maximē post leges Julias & Papias obseruatū fuit,  
ob eorum qui liberos haberent commoda, & orborum  
pœnas.

pœnas. hinc Iauen. Sat: ix, libris actorum spargere  
gaudes Argumēta virti. Appul. quoque lib. 11 de Asio,  
Pater natum sibi filium ceterorum more profes-  
sus est. Capitolinus de M. Aurelio ita scribit, tan-  
quam is primus iusserit, apud p̄fectos ararij Saturni  
vnumquemque ciuium natos sibi liberos intra diem tri-  
cesimum nomine imposito profiteri: ac per prouincias  
tabulariorum publicorum usum instituerit; apud quos  
illic quoque idem fieret, quod apud ararij p̄fectos Ro-  
ma. Res ipsa tamen, ut ostendi, antiquissima est. Sed  
M. Aurelius neglectam diutius consuetudinem reno-  
cavit. Similis vero locus in vita Gordiani. Adde Ser-  
nium in illud Virgiliy 11. Georg. aut populi tabularia  
vidit: & I.C<sup>to</sup>s l.xvi, & l.xxix, de probationibus. Ex-  
tant etiam marmororum inscriptiones, in quibus tabula-  
riorum mentio.

VII. LVXVRIOSAM ET EXERCITATAM.  
Dubitani s̄p̄ius, ànne melius luxuosam legeretur. sed  
quoniam consentiunt codices, luxuriosam interpretor  
exuberantem, magnisq; vt rectè exponit Sabellicus, in-  
crementis præditam. Luxuria enim, quod Nonius an-  
notauit, intempestuam abundantiam significat. Virg.  
Georg. Aut si luxuria foliorum exuberat umbra. Et,  
luxuriem segetū tenera depasit in herba. hinc luxu-  
riosā frumenta, Cicero Oratore.

QVI IN TUTELA CLAVDIORVM. Melius  
lib. opt. quod in tut. sic in clientela Antoniorum Bo-  
nonienses fuisse, scribit Suet. Aug. cap. xvi: quodque  
ibi clientelam, hic tutelam vocat, ut patroni clientium  
suorum tutores ac defensores fuisse intelligantur. Ad-  
de Ciceronis locum ex Philipp. cum Puteolanos ab  
Antonio vexatos scribit, quod C. Cassium quodque  
Brutos

*Brutos patronos adoptassent.*

**CHLAMYS ET FIBVLA.** Sic *Andromache*, apud Virg. III *Aeneidos*, Phrygiam Ascanio chlamydem donat. *Chlamys enim, quamquam militare vestimentum erat (vnde Plautus chlamyde machera & petaso militi opus esse ait) inter puerilia quoque ponitur ab Vlpiano, l. XXII de auro & arg. legato: quo loco, pro alicule, caligulae legendum est nam & ha pueris ad faustum militiae omen ferende donabantur.* Eadem ratio quod & togae praetexte, & pallia puerorum causa parata, inter puerilia recensentur; quod eis scilicet pueri, pro sua quisq; indole, aut parentum studio, nonnumquam induebantur.

**BULLÆ AVREÆ.** *Bullas hoc loco non tam pro notis puerorum insignibus accipio, quam pro illis veluti clauorū capitibus, que cingulis militarib. ad ornatum apponebātur. id. n. cū chlamyde et fibula rectius conuenit.* Vir. li. ix, phaleras Rhamnetis, & aurea bullis cingula, & extremo li. XII, notis fulserūt cingula bullis.

**AM. GALLIO.** Q. Gallij pratoris, quē Augustus occidi insserit, mētio sup. ca. XXII. Marcus igitur, ob occisum gentilem atq; agnatum suū, Augusto & ipse aduersabatur: quæ causa fuit vt Tiberius, quamqua testamento adoptatus, testatoris nomine abstinnerit; hereditatem tamen adierit. An recte, juris consulti iudicent.

**SINISTERIORE FVNALI EQVO.** Sic Statius lib. VI, nominibusq; ciet Pholoēn Admetus, & Irin, Funalēque Thoen. verū funalē illic vocat, qui duobus vna iunctis tertius antecedens adiungitur. qualē in vetustis denariis adhuc cernimus: et Dionysius, antiquitatū Rom. extremo li. VII, nobis egregiè describit, μανιωρον appellās. Suet. autē, cū sinistriore addit, aliū hanc dubie intelli-

git. Onusfrinus Panuinius, libro quē de triūpho scripsit, funales appellare videtur exteriōres duos, quos inter alij duo medij incedunt: nec dissensit Turnebus, li. xiii cap. xvii: ut funalis sit, qui extra iugum incedit, & iugali opponitur; quem Graci negant, & σιεγφόπορος appellant. nam qui iugū subit, ζυγίον illis dicitur, οὐδὲ τὸ ζυγόν ιττόν. Ex his porro intelligimus funalem equum appellari, qui extra iugum sit, sine ante, sine à latere iungatur: unde dictus, quod sine, sine habena, aut catena etiam exterius regatur: in heroum curribus, & circensi- bus ludos, ut Dionysius tradit, ante iugales iunctus; in triumpho vero, ab utroq; duorum qui medijs sint latere. Suetonio autem lumen addit, quod pro Murena scribit Cicero, filios praetextatos sedere in equis triumphantiū solitos: quodque extant Augusti numismata aera, in quibus quatuor iunctis ad currum elephantis totidē pueri insident. At Domitianus, etate iam maior, triumphum patris ac fratris Indicum equo albo comitatus est. Suet. Domit. cap. ii.

PRÆSEDIT ET ACTIACIS LVDIS. Libri duo, Atticis: unus, Alticis, sicut & Vatic. unde basticos nonnulli ludos inducunt. Verum cum, teste Dione initio lib. lxxii, Augustus sexto suo consulatu ludos ob Actiacam victoriam decretos, Romæ exhibuerit, qui deinceps quinto quoque anno celebrati fuere; cumq; in illis equestre certamen extiterit, per viros ac pueros nobiles; nihil dubito quin vulgata lectio sit retinenda. ade locū Suetonij Cal. cap. xx. Quod vero præsedisse Tiberium scribit, & nihilominus ductorem turmæ facit, rem non dissimilem de Antonio refert Plutarchus; cum pos-



positis, inquit, magistratus insignibus ludis præfuit,  
& assumptis adolescentib. vnā cum illis saltauit. Sic  
igitur Tiberius, cūm præsideret, turmam etiam ipse du-  
xit. Troie autem ludi ab Ascanio originem traxere.  
Cesare, cap. XXXIX. & Augusto, cap. XLIII.

VII.

RUDIARIIS QVIBVS DAM. Rudiarios, non  
vistato aliis vocabulo, rude donatos appellat. de quo  
Cal. cap. XXXII.

A VCTORAMENTO CENTVM MILL. MS.  
centenum millium. Sic autem etiam milites perfun-  
cti militia, emeritis iam stipendiis, magna saepe largi-  
tione ad bellum rursus assumebantur: quos & enocatos  
appellabant. Vide quænotauit ad Hor. lib. II Sat. VII,  
auctoratus eas: & Turnebum, aduers. li. I I , cap. XX.

NEPTEM POMPONII ATTICI. Libri MS.  
omnes, Cæcilij Attici, quo nomine post aunculi testa-  
mentum vocatus fuit; sed priore tamen notior est. No-  
tandum verò, quod Agrippinam vocat Suetonius, quā  
Tacitus V ipsianam: ut eadem patris non nomen tan-  
tum, sed & cognomen tulerit. Post Tiberium Asinio  
Gallo, Asinijs Pollionis filio, nupsit. vide Tacitum lib. I  
Annal. & Nepotem, vita Attici.

NON SINE MAGNO ANGORE ANI-  
MI. Tres libri, languore.

CONTENTIS ET TVMENTIBVS OCVLIS.  
Placet Turnebi interpretatio, ut tumentes oculos pro-  
minent, ac veluti erumpentes è capite, appelleat. Duo  
codices nostri habent, contumētibus. sunt etiam qui  
connuentibus legant. Contentis quoque oculis dixit,  
ut contento poplite, Horat. lib. II Sat. VII: &, conten-  
ta ceruice feram, Ausonius epist. x. sic enim amatori-  
bus accidit, quando (vt ait Virg.) oculos in virgine figūt.

MOX DISSEDIT. Propriè. unde dissidium, pro  
dinortio. Male, qui dissidium scribunt.

DRVSVM FRATREM. Mortuum in consulta-  
tu, An. V. C. DCC. XLIIII: ad quem quāta festinatione  
profectus sit Tiberius, vide Plin. lib. VI, cap. XX.

VIII. REGEM ARCHELAVM. De hoc iudicio Euseb.  
Chronicis, & de eccles. hist. lib. I. Sed latè Iosephus an-  
tiq. lib. XVII, cap. XI.

FANNIVM CÆPIONEM. August. cap. XIX.

SACRAMENTI METVS. Nemilitie dare no-  
men cogerentur, de quo Aug. cap. XXIIII; quemad-  
modum & de ergastulis cap. XXXII.

IX. REGNUM ARMENIAE TIGRANI REST.  
De hoc Tacitus initio lib. II. Ann. Plura ad Horat.  
epist. ad Itium, Claudi virtute Neronis Armenius  
cedidit, summa autem ea gloria fuit. unde superba illæ  
inscriptiones veterum numismatum, REGNA ADSI-  
GNATA. REX PARTHIS DATVS.

EXHINC RHETICVM VINDELICVM-  
QUE. Libri metiaces, Exin & Reticum. sine aspira-  
tione. quo ordine verò hac bella Tiberius gesserit, quæne  
cum fratre Druso, quæne non, declarant qui fastos no-  
bis concinnarunt, Sagonius, & alij. Sed & Horat. od.  
III, & XIII, lib. III, horum laudes decantauit.

PANNONICO BREVCOS. Mira exempla-  
rium, tam Horaty libro III od. XIIII, quam Suetonij  
hoc loco, varietas. Nam & Brendos, & Brencos, &  
Breunos scriptum repperi. Verum cum Plinius, lib. III  
cap. XX, trophæi de gentib. Alpinis, à mari supero ad  
inferum sub potestate pop. Rom. redactis, verba recen-  
seat, & inter eas Breunos constituant; apud Horat.  
quidem, qui de Vindelico loquitur bello, Breunos le-  
gendum

gendum censeo: apud Sueton. vero, qui de Pannonicō, Breucos: quos idem Plin.lib. iii cap. xxv, in Pannonia collocat.

OVANS ET CVR RV. Et ouauit igitur de Dalmatis, & triumphauit de Germanis sic enim Aug. cap. xxii, bis ouans ingressus est urbem, curules triūphos tres egit. siquidem ouatio & ipsa triumphus est: sed minor: ideo primum pedibus, deinde equo, nunquā vero curru acta: nec taurus in ea, quæ maxima est victima; sed ouis, unde & nomen traxit, immolari solita: myrtea quoque cordnā, Veneri sacra; non laurea, ouantis capiti imponebatur.

PRIMVS VT ~~QVIDAM~~ PVTANT. Recte additum, ut quidam putant. nam non Tiberio, sed Agrippa primo triumphalia ornamenta, si Dionis scriptori diligentissimo credimus, sub Augusto decreta fuerunt. Idq; & ex Suetonio manifestum est: qui cum Augustum plusquam xxx ducebū iustos triūphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenti decerni curasse scripsérunt, fieri nequit ut non multi ante Tiberium ea sint consecuti. Quare adducor, ut pro primus, prius, quemadmodum in veteri quodam cod. scribitur, legendū hic esse cēsam: ut ante ouationem scilicet ac triūphū ornamenti triumphalia acceperit, eodem tempore tēpore quo fratri eius Druso decreta fuere, anno V. DCCXLII.

TRIBVNICIAM POTEST. Quo id tempore cōtigerit, vide Sigonium, an. DCCLII.

INTEGRA ĀTATE AC VALET. PROSPE-  
RA. Dele prospera, ut tres MS.

NE QVE VLTRA PERFERRE. Lib. opt. ferre.  
& sānē melius.

EXEMPL O M. AGRIPPAE. Aug. cap. LXVI.

SED POSTEA REDDIDIT. *Mallem abesse particulam sed. vide Tacitum.*

PROSEQUENTIVM. *De prosequendi officio antē diximus. Notandus & de osculo locus, quo digressuri in uicem vale dicebant. sed & reuersi peregrè oscularabantur. ad Horat. lib. I, od. XXXVI.*

XI. SED ET INCREBRESCENTE. *Particula & supernacanea est. plures etiam libri increbrescente. verū illud geminatum vim vocabuli magis exprimit: ut in illo artificiosissimo Virgili versu, nemorum increbrescere murmur, i Georg. quo loco si increbrescere legas, perierit gratia. nec minus in altero eiusdem poëta versu, lib. VII I Aeneid. latè Latio increbrescere nomen. duplex enim syllabarum annominatio, & collisio quadam est: latè, Latio, & increbre.*

GENVS VITÆ CIVILE. *Cæs. cap. LXXXV, ciuili animo tulit.*

GYMNASIO INT. OBAM BVL. *Liber opt. gymnasia. Verū Strabo unum tantum, idq; egregie Romanorum ornatum donis, Rhodi commemorat.*

QVICQVID ÆGRORVM. *Sic ms. nō, egrotorum, ut in vulgatis. unus etiam agrorum, quemadmodum & editio Gallica. nec male fortassis. ut cùm agros se velle visere dixisset, qui id perperam intellexerat agros ei obtulerint. sed ne scio an in urbe, tam celebri ac frequenti, tantum agrorum fuerit: & alioqui laudata multorum principum pietas, quod ægrotos viserint. Sic enim de Claudio, Dio: de Hadriano, Spartianus: de Traiano & Gratiano, Ausonius Panegyrico: quin & de Tiberio ipso iam principe, Dio lib. LVII. adde quod scribit Strabo felicem quidem esse eius insulae regionem; urbem tamen aestate grauiorem, propter astum & pomorum*

rum copiam. Lector cogitet. ego certè agrorum malim.

TAMEN SINGVLOS. Libri duo, tandem.

EXORARE FILIÆ PATREM. Lib. vnuſ, pa-  
trem filiæ. Sunt etiam qui verbum filiæ abesse malint;  
ā quibus dissentio.

DONO DEDISSET. Prohibita quidem inter  
virum & vxorem donationes: verūm hoc ciuiliter in-  
telligendum: &, ut puto, de his loquitur Sueton. que,  
soluto vxoris culpa matrimonio, per virum repeti atque  
auferri poterant.

LEGATVS AB AVGVSTO. Lib. opt. legatus XII.  
Augusti. placet. et mox, priuatum modò se, sed etiam.  
se enim particula in aliis libris desideratur. Obnoxius  
autem libero opponitur. de quo vocabulo Gellius, lib. VII  
cap. XVII.

CRIMINATIONIBVS M. LOLLI. Ad  
hunc, vt opinor, Lollium extant. due Horati epistola,  
& oda IX lib. IIII, ubi multa notauimus. Vide interim  
Velleium, & Plin. lib. IX cap. XXXV.

BENEFICII SVI CENTVRIONES. Id est,  
quos suo beneficio ad eum militia ordinem promouerat.  
sic & milites beneficiarij, qui & ipsi ob gratiam tribuno  
aut centurioni suo obnoxij sunt. Veget. lib. XI cap. VII.  
Quo vocabulo utitur etiam Caesar comment.

A COMMEA T V. Commeatus, inquit Festus,  
tempus illud significat quo quis ire et redire possit: quod  
spatium excedens miles, emansoris aut desertoris loco  
habendus est. ad diem enim commeatus adesse debet,  
qua de re I. C<sup>ui</sup> l. I, l. II, & l. IIII, de re militari. Ita-  
que non satis propriè Suetonius à commeatu dixit, pro  
ad comeatus diem. Mallem sanè abesse prepositionem,  
ā: ut inf. commeatu abfuturus, cap. LXXII.

CUSTODEM FACTIS. Sic custodiendi verbo v-  
sus est ante, cap. vii, ut custoditum sit ne vñquam.  
& custodes tenuioribus dinitum mensis admoueri  
conqueritur Juuen. Sat. v.

**XIII.** NEMANSENSES. Nemansus nobilis Gallæ Nar-  
bonensis ciuitas, olim ius Latij adepta: vbi in honorem  
Plotinae Augustæ basilicam mirabili opere exstruxisse  
Hadrianum, auctor est Spart. hodieq; admirandæ ex-  
tant adhuc theatri reliquæ. & Tiberius fortassis, ex  
quo comata Gallæ præfuerat, Nemansensib. inuisus e-  
rat: sed tamen, quod mireris, exemplaria omnia ms. Re-  
mansenses, aut Reimansenses habet, Vatic. reimassises.

FAMILIARI QVODAM CONVIVIO. Liber  
opt. quondam, pro quodam.

M. LOLLIUS OFFENSIOR. Ideo quod regū to-  
tius orietis munerib. infamis erat: atq; adeo, interdicta  
sibi Caij amicitia, venenum hausit. Plin.lib. ix c. xxxv.

**XIV.** PRÆGNANS ENIM LIVIA. Paulo aliter nar-  
rat hoc Plin.lib. x, cap. lv.

SCRIBONIUS MATHEMATICVS. Hic quis-  
quis fuit, vna cum Nigidio figulo, tanto illius prior ha-  
bendus, quod Romanus. Nam Mathematici ferè Græ-  
culi erant, aut Iudei, atque Ægyptij. Romanus etiam  
Sulla quidam, Cal.cap. lvii.

SPONTE SVBITIS COLLV. IGNIB. Li-  
ber unus, subductis, pro subitis: quale illud Horati lib.  
1 Sat. v. Dum flamma sine tura liquefcere limine sa-  
cro Persuadere cupit.

GERYONIS ORACVLVM. De hoc oraculo ni-  
hil equidem memini me legisse. De Aponi vero fonte  
elegans Claudiani poëta carmen, Fons Antenoreq; vitâ  
qui portigis vndax: & ubicumque de aquis Patavinis  
loqui-

loquitur Plin. eundem, ut puto, fontem intelligit: ut lib.  
ii cap. ciii, & lib. xxxi cap. vi, Eumque locum (nam  
& vicum ipsum, in quo fons erat, Aponum vocant.)  
Theodosius Rex, ut Cassiodorus tradit, ob celebritatem  
mænibus cinxit. Sanè Lucanus lib. vii, cum ait, Eu-  
ganeo, si vera fides, memorantibus augur Colle se-  
dés, Aponus terris ubi fumifer exit, his versibus de-  
scribere aliquem videtur qui oraculo huic præfuerit.

THRASYLLVM. Thrasylli mentio Aug. cap.  
xcviii. plura de eo Dio, & Tacitus. Iunenal. Sat. vi,  
hoc versu, numeris reuocata Thrasylli, Thrasylli no-  
men pro quois Mathematico posuit: nisi forte ephe-  
meridas, aut quid aliud eam ad artem pertinens, Thra-  
sylus scripserit.

DEDVCTO IN FORVM FILIO DRVSO. Id xv.  
Tirocinij die fiebat, quo adolescentes, posita prætexta,  
sumptaq; virili toga, quam & puram vocabant, tam-  
quam forensib. iam apti negotiis, in forum deducebatur.  
vt sup. Aug. cap. xxvi. infr. Cal. cap. x. & Ner. cap. vii.  
Plura ad Horat. lib. i. Sat. ii, Nomina se etatur mo-  
do sumpta veste virili.

E CARINIS AC POMPEIANA DOMO.  
Sic Suet. de Leno Grāmatico, Pompej liberto, docuit  
in Carinis ad Telluris ædem, in qua regione Pompeiorum domus fuerat. Eam bello ciuili Antonius  
occupauit: quod Sex. Pompeo occasione dedit scōmatis  
in Antoniū: de quo Plutarchus Antonio, & Dio lib.  
XLVIII. in triremem namq; eum vna cū Augusto, inito  
iā fædere, cōuinio excipiens, in carinis cenaturos dixit.

ADOPTATVR AB AVGVSTO. Sup. cap. ixv.  
hinc Justin. Imp. titulo de adoptionibus, Sic Dñus  
Augustus non ante Tiberium adoptauit, quā is Ger-

manicum adoptasset: ut protinus adoptione facta, inciperet Germanicus ei nepos esse. Sed & Hadrianus Antoninum Pium ea lege adoptauit, ut ille Marcum & Verum sibi adoptaret. testis Capitolinus.

## IVS QVOD ADOPTIONE AMISERAT.

*Capitis nempe diminutionem passus, ac sub alterius cōstitutus potestate. Sic nimis Antoninus cūm recens ab Hadriano adoptatus reprehenderetur ab vxore, quod nimis exigua largiretur: at qui stulta, inquit, postquam ad imperium venimus, etiam quod ante habuimus perdidimus. auctor idem Capitolinus.*

EX VLLA PARTE RETINVIT. *Quod facile poterat, tot rebus ac magistratib. præclare gestis, neque Augusto aliquod ex adoptione lucrum querente.*

## VT PECVLIO RĒFERRRET ACCEPTA.

*Atqui ne peculum quidem nullum est, nisi patris ac domini consensu: ut f. C<sup>ui</sup> nostri tradiderunt. nec male Isidorus, lib. v cap. xxv, peculum esse dicit, quod pater vel dominus filium suum vel seruum pro suo iure trātare patitur.*

XVI. INTER ITALIAM REGNUMQUE NORICVM. Recte sic Pulm. cūm in vulgatis codicib. intra Italiā legatur. quin si meo arbitrio fieret, illud regnūque expungeretur, additum ab eo qui Noricum absoluē dici, ut & Illyricum, ignorabat.

XVII. IVNCTVRI SE PANNO NIIS. Pannonios, Germanis proximos, Illyrici simibus comprehendit: ut & Appianus.

EO CONTENTVM REPR OMITTENS. Repromittere I. C<sup>ui</sup> est nuda pollicitatione nec satisfactio promittere: ut re promissio & satisfactio inter se opponatur.

DEDUCTVS EST. Liber vnuis, deuectus est. sed  
iiion

non placet. cum enim neque ouans, neque currui ingressus esset; peditem obiisse deorum templorum, vel religionis causa, credendum est.

NEQVA DEPONERENTVR. *Melius m.s. xviii.*  
omnes, deportarentur.

SEDENS IN CESPITE NVDO. *Horat.lib.ii od.xv.* Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant. & eleganter *Tibullus*, At sibi quisque dapes, & festas extruet altè Cespitibus mensas, cespitibusque toros.

TRANS RIPAM VENATVM. *Libet ad scribere Macri I.C<sup>ii</sup> l.xii* dere militari verba, Debet, inquit, qui meminerit se armatis præesse, parcissimè cōmeatum dare, equum militarem extra prouinciam duci non permettere, ad opus priuatum, venatum, piscatum militem non mittere. nam in disciplina Augusti ira cauetur.

PARVM ABFVIT QVIN A RVTHENO. *Meliores duo codices, à Bructero: & afuit, pro abfuit: veteri more, ut in pand. Flor. Alij Rueterum, & Ruterum, & Rutenum vocant. & Rutheni quidē Galli sunt: sed Bructeri ex Cæsar's commentariis notiores. Ruteros etiam Germani patrio nomine omnes equo merentes vocant. hinc factum ut Romani tanquam proprium viri nomen expresserint.*

LEGATIS. Inter quos fuit L. Domitius, Neronis xx. Cæsar's annus. Ner. cap. 1111. Incidit autem hic triumphus in An. Urb. DCCXLVI.

BATONEM. Sic & Turnebi cod. & nostri duo. vulgati Bationem appellant. Meminit etiam Dio lib. LV, Batonem vocans.

PRANDIVM DEIN POPVLO. Vide Cæs. cap. xxxviii.

LEGE

**XXI.** LEGE PER COSS. LATA. *De prouinciarum diuisione ante diximus, Aug. cap. XLVIII. huius autē loci sentētia est, administrationem prouinciarum, quas Augustus sibi seruauerat, Tiberio communicasse; idq; lege per COSS. lata: quo Senatum demereretur, & Tiberij inde cresceret auctoritas.*

PER TOTVM DIEM. Sic sup. Aug. cap. XCVIII.  
Sed Dio celatam refert à Liuiā mortē, donec Tiberius aduenisset. Tacitus quoque non satis compertum scribit, spirantemne inuenerit, an iam exanimum.

S V B T A M L E N T I S M A X . E R I T . Duo MS.  
& editio Gryphi, edit. nec male fortassis, pro edat. ut Horatius epod. 11, Edit cicutis allium nocentius. sed nihil muto. obseruatū enim, eos qui tristiores sunt natura lentē edere. at Tiberium Plinius omnium hominū tristissimū vocat. adde ex Tacito, verba eum expēdere solitum, varijs semper sensibus, consulto ambiguum.

M O R V M E I V S D I R I T A T E M . Lib. duo, du-  
ritatem. utraq; verbo usus est etiam Cicero. mallem tu-  
men duritas hoc loco, que comitati opponitur. Cic. de se-  
nectute, Quanta in altero duritas, in altero comitas?

R E M G E R E F E L I C I T E R . Tres cod. feliciter  
rem gere. unus, rege felic.

E MOΙ ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΜΟΥΣΑΙΣ ΣΤΡΑ-  
ΤΗΓΩΝ. Turnebus καὶ σεπτηνῶν, vel æreis spe-  
ριῶν. & tale aliquid in duobus nostris. Sed quid Musas  
cū Marte? Interpretes affirmant in quibusdam exem-  
plaribus nūs σοῖς, & ταῖς σοῖς legi: vt ad matrem Liuiā  
atque uxorem Juliam referatur. sed quare non etiam  
Drusum filium comprehendenderet? illud igitur nūs σοῖς  
magis placet. Verū si Musas retinebimus, ita inter-  
pretetur, vt (quod ait Horat.) ad dicēda Musas prælia  
cum

eam exhortetur, quæque per ora doctorum eant. Poterat etiam eum, tunc forte in hibernis agentem, suo exemplo ad Musarum commercia pronocasse. nam ad Musas sic de Augusto Horatius, Vos Celarem altum, militia simul Fessas cohortes abdidit oppidis, Finire querentē labores, Pierio recreatis antro. li iii od. iiiii.

NOMIMΩTATE. VALE. Nomimōtato appellat ducem: ut Latini legitimū, quicquid in suo genere perfectum est: ut legitimos pugiles, quos cateruariis opponit, Suet. Aug. cap. XLV: & penem legitimū, Iuuen. Sat. ix. Beroaldo magis placet evaginare: quod nos quoque in duobus ms. reperimus, sed imperfēcte scriptum.

VALE ET ORDINEM AESTIVORVM. Dicitio, vale, præcedentibus adiungenda est: quod etiā Glareanus annotat. ac particula &, quæ tamen abest ē duobus libris, litera maiuscula inchoanda, hoc modo. Vale. Et, ordinem aestiuorum alterius enim epistola articulum subiungit: illa enim verba, Ordinem aestiuorum tuorum, ex Tiberij epistola, ad quam respondebat Augustus, repetita videntur. quæ sententia apertior esset, si pro &, ad legeretur.

COHORRESCIT CORPVS. Liber unus, cohescit: alter, cohescit, quod silere nolui. nam aliōqui cohorrescere etiam Ciceroni frequens.

SITV NON VALEBIS. Melius si tu modò valebis, vt in duob. ms.

RENUNCANTI TRIBUNO. Tacitus ferme xxix. totidem verbis, nuncianti Centurioni (vt mos militæ) factum esse quod imperasset, neque imperasse se, & rationem facti reddendam in Senatu, respondit. Similis locus Cland. cap. xxix.

SILEN-

SILENTIO REM OBLITERAVIT. *Dicitur rem abest è tribus exemplarib.*

**XXIII.** ALLOCUTIONE DE REPVB. *Verba hac de rep. semper mihi suspecta fuere: non tam ob xanopœnies: sequitur enim de repente: quam quod scribit Tacitus, nihil primo Senatus die agi passum Tiberium, quam de supremis Augusti. cùm vero postea intelligerem Oberii Gifanij codicem ea non habere; nihil equidē dubitari quin expungerem. Allocutionem vero, prisca eleganter, vocat Suetonius sermonem, quem Tib. de consolatione mortis Augusti conceperat: ut Catullus epigr. ad Cornificium, Quas solatus es allocuzione? Adde Varronem, lib. vi de ling. Lat. Adlocutum mulieres ire aiunt, cùm eunt ad aliquam locutum consolandi gratia.*

SED VT ET SPIRITVS. *Tres libri, sed & spiritus, sine vt.*

RECITAVIT PER LIBERTVM. *At qui ne signatores quidem admisit, nisi Senatorij ordinis. Dixit Augusti libertum, nomine Polybiū, recitasse: quod non deceret à Senatore fieri. an ob luctum forte.*

SINISTRA FORTVNA. *Duo lib. atrox fortuna, ex glossatio opinor.*

**XXIV.** ET STATIONE MILITVM. *Mallem, nulla pene mutatione, etiam statione mil. assumpta, quo sānè sensus erit apertior. Principatum vero agere dixit, vt agere consulatum, regnum, rem publ. Stationem quoq; militū intelligo ad corporis custodiam, quod vel manifestissimum dominationis indicium est. De stationibus autem alibi erit dicendi locus.*

**XXV.** L. SCRIBONIVS LIBO. *Cuius amita Scribonia, Augusto quondam nupta, Iulia, mater: Caij, Lucyj,*

*Lucij, & Agrippæ postumi ania. Tac.lib. II. & ele-*  
*gante de eius morte Seneca, ep. LXXI. quo loco, pro Dru-*  
*tij, & solidi, legendum Drusi, & stolidi. nam, prater*  
*Libonis, etiam Drusi cognomen sumpserat.*

PRÆTORIANI GERMANICIANIS. Sic  
*etiam Gryphi codices: at Frobenij, prætorianis Ger-*  
*manici: lib. Tornacensis, prætorianis Germanici*  
*quidem: nō quidam, ut in vulgatis. unde locum hunc,*  
*aliter interpungendo, sic restituo, ante omnia ut æqua-*  
*rentur Prætorianis. Germanici quidem etiā prin-*  
*cipem detrectabant. sententia enim est, utrumque ex-*  
*ercitum in eo conuenisse ut prætorianis equaretur: Ger-*  
*manicos verò etiam imperiū detrectasse, quod Ger-*  
*manicum peterent. Adde Suet. Cal. cap. I. Prætoria-*  
*ni autem non solum maiora stipendia merebant; sed &*  
*citius mittebantur: cùm aliis præfiniti essent ab Augu-*  
*sto anni XVI, ipsis tantū XI. Dio lib. LIII. vide Galb.*  
*cap. XX.*

SOLVS NEMO POSSET. Mallem abesse solus. se-  
*quitur enim, nisi cum altero.*

CELEREM SVCCESOREM. Legi successio-  
*nem. sequitur enim, societatem.*

PRO SECESPITA PLUMBVM CVL-  
 TRVM. Secespita enim, ut ex Festo constat, erat fer-  
 rea. ac rectè Suet. non plumbeam ei secespitam; sed pro  
 secespita cultrum plumbeū datum dicit. secespita enim  
 tantum in sacris dicitur: ac nisi talis sit qualem egre-  
 giè describit Festus, nomen perdit.

SECRETVM PETENTI. Sic Cal. auiae secre-  
 tum petenti denegauit, cap. XXIIII.

CIVILEM SE ADMODVM. Particula sc. non XXVI.  
 est in duob. ms. neque eam habet interpretum editio; vt  
 ciui-

civilem ac priuatum agere dixerit, pro 'equabiliter  
conuersari. Nonè quoque & illud à Suetonio dictum,  
paulò minus quam priuatum, pro tantum non. Cæf.  
cap. LXXXV.

NATALEM SVVM. XVI Cal. Decemb. sup. cap.  
v. Plebeij igitur ludi in circo, vt ex hoc loco constat, me-  
dio Nouemb. mense agebantur: ut Romani Septembriis  
initio, quod etiā ex Cicerone ostenditur, act. 1. in Verr.  
& sic in antiquo marmore, quo Calendarium vrbaniū  
sēn fasti Pontificum describuntur.

CIVICAM IN VESTIB. COR. In vestibulo  
dixit Suet. quod Dio præ foribus: & Ovid. 11 Metam.  
Postibus augustis eadem fidissima custos, Ante fores  
stabis, medianique tuebere quercum. querna enim  
ciuica ob ciues seruatos data: qualē in Cæsarum, etiam  
peffimorum, nummis cernimus. Pulchre itaq; Plin. lib.  
xvi. cap. 1111, Hinc ciuicæ coronæ, militum virtutis  
insigne clarissimum: iampridem vero & clementiae  
Imperatorum, postquam, ciuilium bellorum profa-  
natione, meritum cœpit haberi ciuem non occidere.

QVAM OMNINO TRES CONSVL. Libri  
duo, quam mox tres. pro omnino.

XXVII. CONSVLAREM SATISFACIENTEM SI-  
BI. Tacitus Q. Haterio, cùm deprecandi causā palatiū  
introisset, id accidisse scribit. & quidem prope à  
militibus interfictū fuisse, quod Tiberius, casu, an ma-  
nibus eius impeditus, prociderat. De satisfactione au-  
tem, Cæf. cap. LXXXIII.

DOMINVS APPELLATVS. August. ca-  
pite LIII.

SACRAS EIVS OCCUPATIO. Merito Tiberius  
res suas sacras appellari noluit: posteriores vero Cæsares

non

non solum cetera sua omnia, domos, cubicula, scrinia, letos, comitatum, sed & sacrum stabulum dici voluere. nam eorum constitutiones aut monetam dici sacram, aliquo modo ferendum est.

AVCTORE EO SENATVM. Atqui Cicero & alijs (libera tum repub.) auctoris vocabulo sic vñsi sunt, ut etiam Senatui auctores se fuisse dictitent: ac sapè eadem de re vtrumq; verbum tam auctoris quam suaforis coniungant. auctor enim dicitur, cuius consilium fecuti sumus: neque quicquam à suasore differt, quam quod huies consilium non semper sequimur. tum vero in auctoris nomine dignitas ac potestas consideratur, cum aut Patres auctores sint, ut sepè de Senatu Linius: aut tutor pro pupillo, aut pro uxore maritus; quorum nempe sine auctoritate nihil gerere illi possint. idem cum auctore praetore quid factum dicimus. Et quoniam responsa prudentum iuris vim obtinebant; factum ut hi auctores appellarentur. L. I. de orig. Iuris. Vnde natum puto elegantem illum loquendi modum, cum non desugere auctoritatem dicebant, pro non recusare auctorem sequi aliquem. Terent. Eunuch. Plant. Pœnulo. Cicero pro P. Sulla.

SED ADVERSVS. lego sed & adu. vel aduersus, sine sed.

AD VOS DEFERENTVR. Liber unus, ad nos. XXVIII. recte. nam & ipse tunc pro Senatore, non pro principe haberet voluit.

INVICEM EVM ODERO. Urbanius Augustus, faciam Aelianus sentiat & me lingnam habere.

SINGVLIS ET VNIVERSIS. Lib. opt. & XXIX. singulis & vniuersis.

DIXIT. ET NVNC. Duo vetustissimi cod. Duxi.

Q

Lego

Lego igitur, & inde omnes alloquens, Dixi & nunc  
& tæpè alias.

xxx.

QVID ET QVAM FORMAM LEGVM LIT.  
MS. omnes & qui à Frobenio sunt editi, quid & qua  
forma regum litteris.

CAVSAM IN SENATV DICERE. Cum mi-  
litia iure, si non ad eum sub quo militabat, at certè ad  
Principem spectaret cognitio. l. 111, de remilit. Iuuen.  
Sat. vlt. Legibus antiquis castrorū, & more Camilli  
seruato, miles ne vallū litiget extra, & procul à signis.

xxx1.

VT PRÆSENTES HONORI ACQVIESCERENT.  
Sic cap. LVI, nihilo lenior in conuictores Græculos,  
quibus maximè acquiescebat: id est, illis se accommo-  
dabat, cum illis oblectabatur. & sane designati magi-  
stratus maiorem aliis Reipub. curam debent. Vnde Cal.  
cap. LI.

CENSENT V T TREBIANIS. Hi qui fuerint  
nescio. Trebia enim flumen, non oppidum est. Plin.  
Trebanos & Trebulanos in Latio collocat: illos etiam  
in Sabinis. Trebulani etiam casii in xenijs celebra-  
tur. Lib optimus, Vtribianis habet: ut Otriciliani,  
fortassis legendum sit. nam Otriculum, non ignobile  
Etruriæ oppidum, etiam nunc nomen seruat. vt magis  
sane quam Trebulæ, aut Trebia illæ, quæcunq; fuerint.  
Theatro ornari mereretur.

RATA VOLVNTAS LEGATORIS. Rectè.  
nam, vt ex XII tab. IC<sup>ti</sup> referunt, vii quisque legassit rei  
suæ, ita ius esto. quibus verbis latissima potestas tri-  
buitur, ut suprema voluntas pro lege habenda sit. l.  
cxxx, de verb. signif.

E ISDEM ASSVRGERE. Rectius duo MS. &c  
assurgere, & decedere via.

DE MAIORIBVS SVIS. *Vt inituro magistra-* XXXII.  
*tum maior inde accederet auctoritas.*

MINORIB. QVOQVE PERSONIS. *Duo lis-*  
*bri, & person, & rebus.*

AC TANTVM MODO. *Mallem abesse ac.*

DISPUTARE SABBATIS. *De Iudaorum sab-*  
*batis diximus, Aug. cap. LXXVI: & ad Horat. lib. I,*  
*Sat. ix. Verum quid Diogeni huic Grammatico cum*  
*sabbatis, & quidem Rhodi? an forte, cum Judaica re-*  
*ligione imbutus esset, de diuinitate ac rerum principijs,*  
*quod Iudeis sollempne erat, Sabbatis tantum inter suos*  
*Græcè disputabat: atque ideo extra ordinem ad se ve-*  
*nientem Tiberium in diem septimum, proximū quippe*  
*sabbatum, regiebat? Potuit sane tunc Tiberius istius-*  
*modi disputationibus oblectari. quo magis credendum*  
*est, quod Apologetico suo scribit Tertullianus, ad Se-*  
*natum aliquando scripsisse eum de Christo Seruatore*  
*nostro consecrando; idq; cum prærogativa suffragij sui:*  
*sed Senatū obstitisse. alioqui Iudeis iniquorem fuisse,*  
*monstrat paullo post Suet. cap. XXXVI. Quod autem de*  
*Rhodiorum litteris sine subscriptione hic dicit, declarat*  
*Dio, cum ait, sollempne illud omissum fuisse, quod vota*  
*facerent.*

TONDERE PECVS, NON DEGLVBERE. *κείρεται, διαδίδεται*  
*οὐκ ἀποξύπαται* vérit Dio. tondere, non abradere.

PRINCIPEM EXERCVIT. *Turneb. lib. XIII* XXXIII.  
*cap. XVI, ex vetustis codicibus, legit exeruit præsti-*  
*tilque. quod probo. Similis Spartiani locus, Septimio*  
*Senero, Tribunatum plebis promeruit, eumque se-*  
*uerissimè exeritissimeque egit, pro exercitissimè, ut*  
*vulgata habent exemplaria.*

SE OFFEREBAT CONSILIARIVM. *Mis erat*

*Q<sup>2</sup>* magi-

magistratibus iudicibusq<sub>z</sub>, vt de re aliqua cognituri, nonnullos sibi in consilium assumerent. Cicero de amicitia, aderam Lænatii & Rutilio Coss. in consilio. Suet. Domit. cap. viii, nummarios iudices cum suo quemque consilio notauit. Spart. Hadriano, Erat tūc mos, vt cūm Princeps causas cognosceret, & Senatores & equites Rom. in consilium vocaret, sententiamq<sub>e</sub> ex omnium deliberatione proferret.

Quam Principum consuetudinem fluxisse ab Augusto, auctor est Dio. Decem enim ille Senatores in consilium adhibuit: isq<sub>z</sub> numerus Antoninorum tempore permanxit: sed tunc partim Senatores, partim equites fuere: quorum Ulpianus qnog<sub>z</sub> in fragm. meminit, ad dens, ut Rome decem, sic in prouinciis viginti fuisse ciues Romanos, quorum consilio praesides ueterentur. hinc igitur in notis, D. S. C. id est, de consiliis sententia. Adeo Iuuen. locum Satyr. iii, Quando in consilio est ædilibus, corruptus locus Suet. Claud. cap. xii.

MISTIM VEL EX ADVERSO IN PARTE PRIMORI. Libri duo, iuxtim vel exaduersum: unus etiam, vel exaduersim, una dictione. sic enim & apud Terentium. Primorem autem partem honoratiorem intelligo, vel prima subsellia.

E PLANO AVT E QVÆSITORIS TRIBUNALI. Plana cluosis & sublimibus opponuntur. Sic enim apud Ulpianum, l. v commodati, de plano opus facere, & in machina operari, contraria sunt: vt de plano cognoscere, & pro tribunali. Paullus, l. xviii de questionibus, custodiæ non solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt, & damnari. Nec q<sup>uod</sup> tantum, sed & Cicero, & Seneca, & alij, sic locuti sunt. De plano enim fieri dicitur, quando index aut magistratus,

*stratus, sine forma (quod aiunt) ac strepitu iudicij, non editiore loco sedens, sed & in via ac transitu, aut inter deambulandum, de leuioribus negotiis, his maxime quae voluntaria iurisdictionis sunt, decernit ac statuit. De plano autem, non è plano, serè scribitur, vt de transuerso, de proximo, de improniſo, de subito, de integro, de nihilo. Quæſitorem autem vocat eum qui iudicio præterat. Cas. cap. XII.*

**L E G V M E T R E L I G I O N I S.** Addit religio-nis propter insurandum. Indices enim in leges iura-bant: quod Asconius Pedianus ex Cicerone nos docuit. Et de Tiberio loquens Tacitus, lib. I Ann. his verbis, Ad quod exarsit adeò, vt rupta taciturnitate proclama-ret, se quoque in ea causa lateturum sententiam pa-lam, & iuratum. Sed & Justinianus Imp. I. vlt. Cod. de iudicis, Cui, inquit, non est cognitum, antiquos indices non aliter iudiciale calculum accepisse, nisi prius iuramentum præstitissent, omnimodo se cum veritate & legum obſeruatione iudicium esse dispo-situros?

**I N P U B L I C I S M Q R I B V S.** Dicitio moribus non est in cod. Ferrar, quam tamen reiectam nolim. inf. cap. XLII.

**I M P E N S A S C O R R I P V I T.** Non è dictum, pro XXXIIII. contraxit atq; imminuit: vt corripere viam, corripere ſpatiū, Virg. & alij: & correptas syllabas vocant Gram-matici, quod, breues cùm ſint, citius pronuncientur.

**M E R C E D I B. S C E N I C O R. R E S C I S S I S.** Duo optimi cod, recisis: vt Calig. cap. XLIIII, commoda emeritæ militiæ ad ſummam ſexcentorum millium recidit: & cap. LV, mirmillonum armaturas recidit, non recidit, ut in vulgatis. Horat. lib. I Sat. II, In-

Q 3 tegitis

tegris opibus noui non laiuū vsum Quām nunc ac-  
cili. Sed & *Capitolinus*, *M. Antonino*, sic scribit:  
Tēperauit etiam scenicas donationes, iubens vt qui-  
nos aureos scenici acciperent: ita tamen, vt nullus  
editor decem aureos egredetur. *Scenicas donatio-*  
*nes* vocat, quas *Suet.* *mercedes*, *Ulpianus præmia*, l. 11  
de his qui notantur infamia. *Quod* verò *editores a-*  
*scenicis* distinguunt, id ita intelligendum est, vt scenici  
sint, quirei ludicra causā in scenam ipsi acturi prodeūt;  
editores vero, ni fallor, qui suscepta edenda fabule pro-  
nacia, utputa ab adilibus, *Histrionum* porro opera  
mercede viebantur: quales forte in *Terentij* fabulis *L.*  
*Ambiuius Turpio*, *L. Atilius Prænestinus*, *Minu-*  
*cius Protimus*, non ignoro tamen *Donatum* aliter sen-  
sisse. Scenici ergo merces aurei quinque, editoris decem.  
qua de re viri docti cogitent.

T R E S Q V E M V L L O S    XXX M N V M M V M,  
Miror id *Plinium* tacuisse, cùm Caio Principe ab  
e *Afinio Celere* emptum unum viii millibus scripsérit,  
lib. ix cap. xvii: ut & *Juuenalis*, de *Crispino*, mul-  
lum sex millibus emit. Vide, si lubet, *Beroaldum* hic.

S E N . A R B I T . Q V O T A N N I S T E M P . Sic  
*Tiberio* principe inopia charta factum est, ut è *Senatu*  
darentur arbitri dispensandi. *Plin.lib.xiii cap. xiiii.*  
verùm id extra ordinem tunc factum. Sed enim reip.  
tempore annonam macelli censores temperabant: dicti  
ab eo, vt ait *Festus*, quod rem suam quisque solitus sit  
tanti estimare, quantum illi censuerant. exemplum de  
*P. Crasso* & *L. Cæsare censoribus*, apud *Plin.lib.xiiii*  
cap. xiiii: quanquam & aediles eius rei curam gere-  
bant, & interdum etiam praefecti annona extra ordi-  
nem creantur. sub *Cesarib.* verò ad praefectum urbis  
specta-

*Specbat cognitio, ut res iusto pretio venderentur. l. 1  
de off. præf. vrb.*

NE OPERA QVIDEM PISTORIA. *Opera intelligo, à pistoribus, quos dulciarios vocabant, confessa. Mart. apophor. ccxxii, Mille tibi dulces operum manus ista figuræ exstruit, huic vni parca labrat apis. Lampr. Elagabalo, Dulciarios & lactarios tales habuit, ut quæcumque coqui de diuersis edulis bus exhibuissent, vel structores, vel pomarij, illi modò de dulci, modò de lacte exhiberent. Adde Iulium Firmicum, lib. viii cap. ii.*

SEMESA OPSONIA APPoS. DIMIDIATVMQVE APRVM. *E lib. uno abest dictio opsonia: alter etiam, dimidiatum habet, sine que. Lego igitur, Sollemnibus ipse cœnis pridiana sæpè ac semesa apposuit: dimidiatum aprum affirmans omnia eadem habere quæ totum. Non immerito igitur Juuen. exclamat, quanta est gula quæ sibi totos Ponit apros? & veteres laudat Horatius, qui vel rancidū aprum aduenienti de improviso hospiti seruare mallent; quam integrum una cœna denorare, ac nihil inde seponere. Hec enim loci illius sententia est, Rancidum aprum antiqui laudabat, li. ii Sat. ii. Sollemnes verò cœnas vocat Suet. cū priuatas tum publicas, quæ recepto ciuitatis more cōmuni letitia celebrabantur. Horat. dicta iam Sat. ii, licebit Ille repotia, natales, aliōsve dierum Festos, albatus celebret. Adde Saturnalia, Hilaria, Apollinaria.*

QVOTIDIANA OSCVLÆ. *Beroaldo assentior, vt ea tantum oscula prohibuerit Tiberius, quæ passim ab obuijs summa, vt Martialis conqueritur, molestie dabantur, lib. x epigr. xxix. At quicquidatorum oscula semper honestissima fuere, uti & amicorum.*

Plut. probl. vi. Cic. ad Atticum, lib. XII epist. I. Capitol. M. Antonino, Iunium Rusticum præcipue reueritus est, cui etiam ante præfectos prætorio osculum dedit. adde Suos. Cæs. ca. XIIII. Claud. cap. XXVI. Ner. cap. XXXVII. Oth. cap. VI. Domit. cap. XIIII. Tiberium sane in dandis osculis parciorum fuisse, iam antè didicimus; cùm Rhodum iturus paucos admodum osculatus sit in digressu. At Caius planè præposterus: qui cùm palam quotidie histrionibus oscula daret, ac nonnullis è populo; plerisq; Senatorum manum tantum aut pedem porrexerit. Dio.

V L T R A N O N R E D D I D I T . T r e s l i b r i , v l t r à n o n t u l i t : n e m p è i n t e r p e l l a r i s e v l t r à K a l . I a n . a u t n e k a l e n d i s q u i d è , u t d e m a n u r e d d e r e t a c c i p e r é t v e . q u o d Dio v i d e t u r i n n u e r e . M i r u m v e r ò q u a d r u p l a m s t r e n a m d a r e s o l i t u m T i b e r i u m ; cùm A u g u s t u s t a n t u n d e m , a u t d u p l u m t a n t û m , s i r e c t è m e m i n i . D e m a n u a u t e m , i d e s t , n o n p e r d i s p e n s a t o r e m .

XXXV. M A I O R V M M O R E . Lib. opt. more majorum: quo nempe, teste inter alios Dionysio, seruatum fuit, ut maritus vñā cum cognatis de vxore adultera cognoscere. At verò legibus quibus nunc utimur, marito qui dem & patri certo tempore accusandi adulteram potestas prä ceteris tribuitur: quin & marito qui uxorem sciens delinquere patitur, quive deprehensam in adulterio retinet, neque matrimoniū contaminatione mouetur, grauis etiam pœna infligitur: verū ut eam ipse coerceat non permittitur. cùm ne deprehensam quidem cum adultero, aliter quam certis cautionibus, occidere liceat.

I V R I S I V R A N D I G R A T I A M F E C I T . V i d e Aug. cap. XVI. quanquam hoc loco iuris iurandi gratiam

tiam facere sic interpretor, ut declarauerit Tiberius eum iureiurando non teneri: non à periuio absoluuerit. nam iuramentum de vxore adultera non repudianda, quod turpe ac contra leges sit, pro nullo habetur. Juris-consulti tamen gratiam iurisurandi facere dicunt, sine delatum iam acceptumq, remittitur ne praestetur, sine a iam praestito quis liberetur. l. v i, de iureiur. & l. xxxviii, ad municipalem.

FEMINÆ FAMOSÆ. Mulieres infames, tanquam indignæ censura legum, lege Iulia de adulteriis non tenebantur: eademq, ratione & viri qui infames erant, impunè in scena atq, arena versabantur. Tiberius vero eos easve, qui quæve ut leges ac Senatusconsulta eluderent sponte notam infamiae subiissent, exilio affecit. postea vero obtinuit, ut nihilominus iis etiam legibus, quas quæfita infamia eludere conati fuerant, tenerentur. qua de re Papinianus l. x, de adult. Mulier, inquit, quæ euitandæ pœnæ adulterij gratia lenocinium fecit, aut operas suas scenæ locauit, adulterij accusari damnarique Senatusconsulto potest. Senatusconsultum autem de opera scenæ non locanda, sub Augusto factum fuisse, & Dio alicubi nos docuit: & ex Suetonio colligimus, cap. x l i i i , iis verbis, Ad scenicas & gladiatorias operas equitibus Romanis yliss est: verum priusquam s. c. prohiberetur. adde Suetonij locum, Domit. cap. viii.

CVM COGNOSSET. Libri ms. duo, quem cognosset. unus etiam, Kal. Ianuarij, pro Iulij. verum ut illud, quem cognosset, probo; sic Iulij retineo. eo enim ferè die ædes a commigrantibus mutabantur. Cic. quadam ad Q. fratrem epistola, quam Beroaldus citat; & Mart. pulcherrimo illo Epigrammate, O

Iuliarum dedecus Kalendarum! lib. xi i, xxxii.

V XOREM PRIDIE SORTITIONE DVCTAM, Turneb aduersar. lib. xiii i, cap. xv i, pridie sortitionem, ut pridie Calendas, legit: sortitionem prouinciae intelligens, ex qua questor ille ingens lucrum speras, uxorem, quam forte minus locupletem pridie duxerat, postridie repudiauerit. alij similiter pridie sortitionis, aut sortitionem legunt: sed ad legem Papiam referunt: quæ cū calibes à magistratu arceret; homo hic quam ante sortitionem prouinciarum duxerat, obtenta iam prouincia ablegarit. & non negauerim quidem, lege Papia plus cōmodi etiam ex prouinciis accedere illis qui uxorem & liberos habeant: magis tamē mibi Beroaldi sententia placet, vt ideo hic quicunq; fuerit à questura motus sit, quod pari levitate & sorte, veluti per ludum, uxorem duxerit, & ductam retecerit. Sic enim & apud Plautum Chalinus & Olympio, coniectis in fitellam sortibus, pro Casina sortiūtur. Nec dissimile exemplum refertur apud Suet. Cœf. cap. xl i i.

**XXXVI.** RELIGIOSAS VESTES. Vide Domit. cap. i, Isiacocelatus habitu.

PROVINCIAS GRAVIORIS CÆLI. Josephus lib. xviii antiqu. quo modo & qua de causa Iudaicos Ægyptiosq; ritus compescuerit Tiberius, prolixè narrans, inter alia Iudaorum, quatuor millia missa in Sardiniam tradit. atqui eius insule, astivis maxime mensibus, intemperies, vel Linio & Strabone testibus, in prouerbium abiit. notum illud Martialis, Nullo fatali loco possis excludere. cum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia est. Tibur saluberrimum Sardiniae opponit pestilenti.

ARTEM DESITVROS. Sic Gellius loquitur lib. xv cap.

cap. xv, & cap. vlt. ipse Cic. epistola ad Marium lib. vii, libenter hercle artem desinere. De Mathematicis autem eleganter Tacitus lib. ii.

A GRASSATVRIS. Vide Aug. cap. XXXII, XXXVII.  
& Oth. cap. vi.

VAGÆ ANTE ID TEMPVS. Augustus enim, qui primus partim in sui partim in urbis custodiam cohortes allegerat, sine castris per domos dispersas habuit. sup. cap. XLIX, & Tacit. lib. IIII, vbi de Seiano. Plin. lib. IIII, cap. v, castra pratoria prope muros urbis locata fuisse indicat. quod verum esse, & quidem non procul à via Nomentana, colligimus ex Suetonij Nerone, cap. XLVIII. Adde Capitolini Balbinum si libet.

HISTRIONES PROPTER QVOS DISSIDEBAT VR. ut olim propter Pyladem & Bathyllum. August. cap. XLV.

CVM POLENTINA PLEBS. Meliores codicces, Pollentia. Plures autem Pollentiae, à pollendo; ut à valendo, Valentia, sic dicta fuerunt. Sed eam intelligere Suetonium qua iuxta Alpes erat, indicio est id quod de Cotio rege sequitur: à quo Alpes Cotiae appellantur. Huius vero Pollentia lanarum nobilitatem commendat Plin. lib. VII, cap. XLVIII.

MOREM QVE ASYLORVM. Plenius de Asylis Tacitus, lib. III.

CYZICENIS. His libertatem & Augustus ademerat; sed postea restitutam, iterum ademit Tiberius. Aug. cap. XLVII. vide Dionem,

MARABODVM GERM. THRASYPOLIN THRACEM. Libri nostri Marabodum, aut Marobodus: & Thrasypolum, vel Rascipolim. melius, nisi fallor. Dio & Tacitus Rescupoim, & Rasciporim vocant:

vocant: cuius nominis, uti & Marabodi, certa nostra  
idiomate etymologia est. Fuere & ante hunc alij eodem  
nomine in Thracia reges; quos Cæsar lib. III de bella  
civili, & Luca, lib. v, & Appianus, & Dio comme-  
morant. Vide, si lubet, Turneb. lib. XLI, cap. XVII.

**XXXVIII.** **NVSQVAM ABFVIT.** Tres libri, nunquam  
afuit. ut ferè semper.

**PRO I TV ET REDIT V.** Frequens in nummis  
& marmoribus locutio.

**CALLIPIDES.** Plut. apophthegm. Cicero li. XVI  
ad Atticum, epist. XII, Biennium præterit, cùm  
ille nallit id ns assiduo cursu cubitum nullum pro-  
cesserit,

**XXXIX.** **SED ET PAVCOS POST DIES.** Liber unus,  
& paucos post dies, sine sed.

**IN PRÆTORIO.** Tacitus lib. IV, villam vo-  
cat. Sed Iurisconsulti nostri, pro parte villa ad usum  
patrisfamilias lautiis adificata, prætorium accipiunt;  
qua significatione usus est hic Suet. adde locum Au-  
gusto cap. LXXII. Calig. cap XXXVII. Tito cap.  
VIII. Iuuen. Sat. i, Criminibus debent hortos præ-  
atoria. Stat. lib. i Silu. alternas seruant præatoria ri-  
pas. & Statuum imitatus Ausonius, alternas comunt  
præatoria ripas. Tertull. quoq. lib. de Idolat. voluptati  
seruentia præatoria. Adde Palladium, li. I cap. VIII,

**IN COENANTE E.O.** More suo sic loquitur  
Suet. ut cap. LXXII, instans in triclinio. at qui incæ-  
natus Planto & Catoni dicitur, is qui cænatus non sit.

**FORTVITO.** Lib. opt. fortuitu. Supernè autem col-  
lapsa dicit, ut Horatinus lib. II od. vlt. album mutor  
in alitem Supernè: & lib. II Sat. vii, peccatve  
supernè, pro, de sublimi loco. Sed & epod. II, super-  
vnum

num vocat *Tusculum*, quod in edito situm sit.

CAPREAS SE CONTVLIT. Nulla alia re <sup>XL.</sup>  
quam Tiberio nobiles : quanquam & Augustus ea  
insula delectatus sit. cap. XCVIII.

XX HOM. M. Sic & Orosius. Tacit. lib. I<sup>II</sup>I,  
L millia occisa, vel obtita.

AB VRBE EGREDIENS. Duo lib. vrbe egre-  
diens, sine ab.

PRÆFECTOS Q<sup>UE</sup>. Præfetti multi sunt : ve- <sup>XL.</sup>  
rūm hic, opinor, eos intelligit, qui exercitibus rebusq;  
bellicis præerant. siquidem, ingenti sacerdia, ut Eutro-  
pius scribit, nusquam ipse pugnauit: sed bella per lega-  
tos gessit: quales fuere Junius Blæsus, C. Silius, A.  
Cacina, & alij.

SINE CONSULARIB. LEGATIS. Syria &  
Hispania omnis, excepta Baetica, inter Cesariis prouin-  
cias numerantur : quibus qui præerant, legati Cesariis  
vocabantur l. pañult. de off. præf. l. I<sup>II</sup>I, de off. assess.  
l. x. de accusat. quos consulares ideo appellat Suetonius,  
quod consulari imperio præerant, & e consularibus ple-  
rumque sumebantur. Sed hec nomina confusè admou-  
dum & promiscue ab auctoribus usurpantur, præfetti,  
proconsules, proprætores, præfides, legati.

PROPTER NIMIAM VINI AVIDITA- <sup>XLII.</sup>  
TEM. Proniorem ad merum fuisse Tiberium, & in eo  
vitio Drusum eius filium patrem regenerasse, scribit  
Plin. lib. XI<sup>II</sup>I, cap. vlt. vbi & L. Pisonis, quem com-  
memorat hic Suetonius, fit mentio : & vt Suet. eum  
præfectum urbis vocat ; sic Plinius curatorem urbis,  
Seneca verò lib. XI<sup>I</sup> epist. custodem : quibus sane tam  
speciosis appellationibus officij eius dignitas, & ampli-  
tudo significatur. Sed & Iuuen. Sat. I<sup>II</sup>I, de Pegaso  
<sup>7C<sup>o</sup></sup>,

*7c<sup>o</sup>, cùm ait, attonitæ positus modò villicus vrbis, prefectum vrbis quidem eum fuisse ostendit; non sine amaritudine tamen: urbem tyrannide oppressam ville quodammodo comparans.*

**BIBERIVS CALDIVS MERO.** *Idem Sex. Aurelius. & perelegans sanè ad risum nominum mutatione est: de qua Quintil.lib.vi, cap. IIII.*

**IN IPSA MORVM CORREPTIONE.** *Lib. ms. correctione. rectè. loquitur enim de eo tempore, quo, ut antè cap. XXXIIII dictum est, si qua in moribus labarent corrigēda ipse suscepérat. Sic Domit. cap. VIII, suscepta morum correctione: alibi, legum morumq; regimen, & morum prefecturam appellat. Cic. quoque frequenter hec coniungit, corrector & emendator noster, corrector & emendator ciuitatis, correctio & emendatio philosophia veteris. Notum autē ex Asconio Pediano, regendis moribus ciuitatis quinto quoque anno Censores creari solitos, apud quos ciues Romani accusari de moribus possent: postquam verò creari censes desijssent, ei cura Imperatores ipsi initio praeferūt; aut alios qui praessent creauerunt, apud quos de moribus indicium ageretur, & maximè inter coniuges. qua de re Gell. lib. II I I I cap. xx, Ulpianus tit. VI, & Paulus de pactis dotalibus l. V. adde si libet Constantini Caesaris legem, cod. Theodosiano de nuptiis. frequens etiam in declamationib. coniugum de moribus actio.*

**CVM POMPONIO FLACCO.** *Lib. opt. Pompeio Flacco. Sed an Flaccus Pompeiorum cognomen sit, nescio. Pomponius quidam Flaccus Mœsie prefectus fuit à Tiberio, Tacit. lib. II, ac postea fortassis etiam Syria: que, vt paullo antè legimus, annis aliquot sine legatis manst.*

**SEXTIO CLAVDIO.** Libri duo, Sestio Claudio: *alius*, Sestio Gallio: quartus, Sestitio Gallio. *Lego itaque*, Sestio Gallo. *Gallus enim Sestiorum cognomen fuit.*

**VT QVE NVLLIS PVELLIS.** *Melius ms.* quatuor, & Frobenij editio, nudis puellis.

**A SELLIO SABINO.** Lib. unus, A. Sellio Sab. *Aselli cuiusdam sit mentio Cal.c.viii: quanquam & ibi non consentiunt codices.*

**EQ. ROM. ET CENSORIO PRISCO.** Sic quidem unus è nostris, & editio Gallica: longè plures vero, tam ms. quam vulgati, Eq. R. T. Cesonio Prisco. de qua lectione nemo paulo doctior dubitat. Cæsonius tamen per & scribendum. nomen enim familie est, à prænomine Cæso unde etiam cognomen Cæsonius. Cæsones vero, uti & Cæsares, à caso matris utero dicti sunt. Plinius lib. vii cap. ix. Festus, & Vader. lib. x.

**SELLARIAM EXCOGITAVIT.** *Lego, ex xlir.* duob. vetustissimis exemplaribus, sellaria: quam lectio fatetur Beroaldus quoq;. Tacit. lib. v. Tunc primum ignota ante vocabula reperta sunt, sellarium & spintriarum. Sellaria autem appellata, sella ipsa ad libidinem disposita. sic enim & sellaria domus aurea Neronis, apud Plin. lib. xxxiiii cap. viii: & sellariolas vocat popinas Mart. lib. v. epig. cxii, in quibus Syriscus ille, de quo loquitur, centies sestertium non lectis accumbendo, ut honestos decet: sed cum nequis simis ac vilissimis hominibus sedendo absumperat. A sedendo igitur sella, & inde sellaria, & sellarius, & sellularius qui sedendo opus facit. Liuius lib. viii. Sunt qui ad meretricum cellas referre malint: sed

sed recta scribendi ratio repugnat. à celando enim, & in templis & in domibus cella appellatur pars aliqua remotor: vnde factum ut seruorum ac meretricum mansuacula cella appellantur. Iuuen. Sat. 111, Et dubitas alta Chionen deducere cella. & Sat. vi, ultima celiam Clausit. *Martialis* item, Intraisti quoties inscriptæ limina cellæ. & hinc quog<sub>3</sub> cellarium. Sed de hoc plus satis. *Vide Cal. cap. XLII.*

**S P I N T R I A S.** Quos sic appellauerit Tiberius, ex Suetonio manifestum est. De ratione vero vocabuli, nō male Sabellicus: vt, quod veluti scintillæ & fomites libidinis sint, sic appellantur. *πνεῦμα* enim Graci scintillam vocant. plura Turneb. lib. v, cap. i: & Hieron. Magius *Miscell.* lib. II, cap. 111. utitur eo vocabulo Suet. *Cal. cap. XVI;* Vitell. *cap. III:* & Lampr. Elagabalo.

**T R I P L I C I S E R I E C O N N E X I.** Duo cod. conuexi, an rectè, iudicent qui quid Symplegade sua velit *Mart. rectius* intelligent.

**L I B R I S Q U E E L E P H A N T I D I S.** Horum quoque & *Martialis*, & auctor obsceni carminis memorarunt.

**E X E M P L A R I M P A R A T Æ S C E N Æ.** Turn. lib. xiiii cap. xvii, imperatæ schemæ, ut formam cœcubitus schema significet. & sic habet exemplar *Tornacense*. nec mihi sancè displaceat. magis tamen placet, quod in vetusto cod. repperi, perpetratae schemæ: ut peracto scilicet operi nefario auctoritas ex libellis pieturisq<sub>3</sub>, accederet. Veteres autem, quod libro VI testatur *Priscianus*, schemam pro schemate dixeré genere feminino: vt *Glauciam*, *diademam*, *dogmam*, *syrmam*, & similia: citat *Plautum Amphitruone*, Nunc ne  
orna-

ornatum hunc vos meum admiremini, Quod ego  
huc processi sic cum seruili schema: & eundem Per-  
sa, theatrum lepida condecorat schema. *Male igi-*  
*tur Alciatus parergon lib. 11, schemate legendum esse*  
*contendit loco illo Amphitruonis: & peius aliq., pro*  
*theatrum, tiara ornatum substituere, totumq; ver sum*  
*corrupere; quanquam nec Priscianus cum integrum*  
*recenset. vet. codex habet, theatrum lepide condecorat*  
*tuum schema: lego igitur, lepida condecoras tua*  
*schema.*

CAPRINEVM DICTITABANT. *Vel à ca-*  
*prarum fætore, vel ἀπὸ τοῦ καρποῦ, ut volunt interpre-*  
*tes. quod quidem non improbo. mallem tamen, pro Ca-*  
*prineum, legere Capron eum, vel Caprion dictita-*  
*bant. Nam κάρπη seu κάρπιον, praterquam quod ad*  
*insulae nomen alludit, & aprum, & id quo viri sumus si-*  
*gnificat: unde καρπάν quod Latinè subare dicimus. qua*  
*coniectura sicui forte displiceat, is nulla pene mutatio-*  
*ne sic legat, palamque iam eum vulgato nomine ins.*  
*abut. Caprinicum dictitabant: ut Balearicum, Cre-*  
*ticum: tanquam & ipse insulam denicisset, in qua à vi-*  
*tuis omnibus turpissimè vinctus est.*

PARRHASII QVOQVE TABVLAM. *De XLIV.*  
Parrhasio, quod huic loco seruat. sic Plinius lib. XXXV  
cap. x, Pinxit & minoribus tabellis libidines: eo ge-  
nere petulantis ioci se reficiens. *Quo etiam spectat,*  
*quod paulò antè dixerat ἀπόδιπτον sé appellasse, ab il-*  
*la nempe vita mollitia, addit Plin. quod dicitur Archigal-*  
*lum pinxit: quam picturam Tiberius amauerit, atque*  
*lx estimatam sestertiis cubiculo suo incluserit.*

ATALANTA ORE MORIGERATVR. *Dictio ore de-*  
*sideratur in trib. ms. omissa, opinor, pudore scribētum.*

MINISTRI ACERR. PRÆF. *Liber vetustiss.*  
ministeri. quod celatum nolui.

XLV.

SOLITVS SIT ILLUDERE. Rem obscenissimam verbo ambiguo texit, ut etiam infra Claud. cap. xv, obscenitatis in feminas reum. Sed & Lactantius lib. vi, de istis loquor, quorum teterima libido & execrabilis furor ne capiti quidem parcit. vide supr. Cæs. cap. xxii. οὐειάζειν vocat Graci. Atq; hinc intellige Iuuen. versum Sat. v, Si tibi contigerit capit is matrona pudici. Sed haec exponenti præfunda venia esset.

QVAM PERDVCTAM. Cæs. cap. l, Tertia deducta.

NEC QVICQVAM AMPLIUS. Quam id quod feminarum est.

DOMVM SE ARRIPVIT. Sic lib. omnes. mallem tamen, aripuit, pro abripuit: ut afuit, pro absuit, semper in optimis codicibus.

VNDE NOTA IN ATELLANICO EXODIO. Lib. unus, vnde mora. quam lectionem etiam Turn. ex optima ut ait fidei cod. afferit: & pro intervallo, quod exodia, quæ præter argumentum sunt, adferunt fabula, interpretatur: sed inuita, ut ego quidē arbitror, Minerua. quare notare tineo. sequitur enim percrebuit: quod de mora non recte dixeris. Atellanicum vero exodium dixit, ut Atellanicum versum Cic. lib. ii de diuinat. & artem Atellanicam Macrob. lib. i Saturn. cap. x. Atellana autem apud Romanos ferè extra argumentū, exodi loco, interponebantur: ut apud Græcos olim satyrae. Iuuen. Sat. vi, Rusticus exodio risum mouet Atellanæ Gestibus Autonoës.

HIRCVM VET. NAT. CAPREIS LIG. Quod ex Atellana de animali dictum fuerat, id populus, tanquam de Tiberio dictum, maximo applausu exceptit. Catul. epigr. putare ceteros hircos.

VNA

VNA MODO LIBERAL. Recte sic ex Turno  
nebi sententia Pulmannus. libri tamē omnes nostri MS.  
vnā modō liberalitatem ex indulgētia vitri pro-  
secutus. vulgati cōsecutus. vide Turn. li. xiii, c. xvii.

SED GRATORVM. Id quoḡ recte ex Turnebō  
& uno ex nostris codicib. reliqui Græcorum habent. In  
cohorte principum virorum fere amicos & comites legi-  
mus: Tiberius habebat quosdam, quos peculiari nomi-  
ne gratos appellabat.

AVGVSTI TEMPLVM. De templo Augusti XLVII  
quod Romæ fuit loquitur, de quo Aug. cap. lii: alterum  
verò quod Nolæ, de quo paulò antè, etiam Tibe-  
rius dedicauit, dedicare autem nisi perfectum non po-  
nuit: Sed hoc ideo inter opera publica, vti & Capitolium  
Capue, non recenset Suetonius; quia publica propriè et  
sola dicuntur, que pop. Rom. sunt. l. xv, de verb. signif.  
& alioqui non sequitur, ut qui ea dedicarit etiam de  
suo exstruxerit. Porro de hac re paulò aliter Tacitus,  
lib. v, his verbis, Nè publicè quidem nisi duo opera  
struxit, templū Augusti, & scenam Pompeiani thea-  
tri: eaque perfecta, contemptu ambitionis an per se-  
nectutem, haud dedicauit. Sueton. negat perfecta fuisse:  
non ideo tantum quia nondum dedicata, sed quia  
structure multa defuere: cùm, ut alibi loquitur, semi-  
perfecta Cainus perfecerit. Cal. cap. xxii.

COMOEDVM ACTIVM. Servile aliquod nomen  
mallem. lib. ms. Accium etiam & Accitum legunt.

QVO PACTO. Libri duo, quo peracto. mallem,  
quo facto. De hac autem Tiberij illiberalitate, Seneca  
calib. ii, de benef. cap. vii.

ORTALVM Q. HORTENSII M. Ortalum vocat  
Tacit. li. ii. Quod verò auctore Augusto quatuor eum

R 2 filios

filios tulisse scribit Suetonius, hoc ipsum est, quod intel-  
lētum Augusti liberalitate decies Hs narrat Tacitus,  
ut vxorem duceret: tunc, credo, cūm Augustus iam  
senior Papiam Poppeam suā sit. sup. Aug. cap. XXXIII.  
Dio lib. LVI.

**XLVIII. PROPOSITO MILLIES HS.** Sic proposito gla-  
diatoriō munere, Tit. cap. VIII. proponere edictum,  
auctiōnem, argētum, titulum, pro edere ac publice no-  
tum facere. Simile illud quod legimus de Augusto cap.  
XLI, quoties ex damnatorū bonis pēcūnia superflue-  
ret, usū eius ad certū tempus indulſisse ipsum gra-  
tia uis qui cauere in duplū possent.

**IN SOLO COLLOCARENT.** Expedit enim  
Reipub. ut, fēnōre imminuto, agris p̄tium accedat.  
Aug. cap. XL. Usus est autem Sueton. Jurisconsul-  
torum verbo. res soli enim dicuntur, aedes, agri, fundi, &  
cetera res immobiles, quae sola coniunguntur. Similis lo-  
cus Plini lib. VI epist. Patrimonij tertiam partē con-  
ferrē iussit in ea quae solo continerentur.

**MONT EM COELIV M.** Tacit. lib. IIII, incen-  
dium hoc statim post lapsū Fidenis theatrū accidisse  
scribit; cūm principi iam suscep̄tum esset consilium ab-  
sentia: quod cūm vulgus ad culpam traheret; eum, ut  
obuiam iret, hanc pecuniam pro modo detrimenti tri-  
buisse. Quod vero Tac. de Senatus sententia Cælium  
montem appellatum fuisse Augustum scribit, id cum  
Tiberio volente factum sit, nō malē Suet. Senatus men-  
tionem omittens ad Tiberium tantum retulit.

**SEIANI IMAGINEM.** Vide Tacit. lib. IIII,  
& Dionem LVII.

**MISSIONES VETERANORVM.** Ultra mili-  
tia merita militibus honeste missis etiam præmia da-  
bantur:

pantur: que ne daret Tiberius, veteranos ad mortem  
vsque sub signis tenuit. adde locum Calig. cap. XLIII.  
& Aug. c. XLIX ubi de commodis missionum.

DISJECTIS TERRAMOTV. Eo Plinius, lib.  
II cap. LXXXIIII, duodecim ciuitates prostratas scri-  
bit. Euseb. Chronicis, XIII.

AD RAPINAS CONVERTIT ANIMVM. XLIX.  
Liber unus conuertit, sine dictione animum.

CN. LENTVLYM. Qui (teste Seneca lib. II  
de benef.) sub Augusto quater millies hs possedit, prin-  
ceps ciuitatis & pecunia & gratia. qui locus Senece  
corruptus est. nam, pro sub honore nobilitatis, sub  
onere legendum est: &, pro derisum à labore, derisu  
& labore, ex libro quodam nostro ms. quod obiter mo-  
nitum volui.

QVIRINI CONSVLARIS. P. Sulpicium  
Quirinum vocat Tacitus, lib. III.

PARTEM REI FAMIL. IN PECVNIA.

Contra legem Cæsar is dictatoris, qua de modo credendi  
possidendi, cautum fuit: quāquam intra Italiam tan-  
tum de quo Tacit. lib. V. Ann. poterat & ex eo struic-  
lumnia, quod de fœnебri pecunia statuit Tiberius cap.  
precedente. Huc porro spectat, quod de Antiocho Co-  
mageno refert Suet. Cal. cap. XVI.

VNO OPPIDO CLAVSAM. Rheginorum sci- L.  
licet. sup. Aug. cap. LXV.

PRÆBITIS QVE ANNVIS. Annua appellant  
7C<sup>ui</sup> & annum in annos & absolute, id quod alimen-  
torum causa in singulos annos præstatur. l. x, & XIIII,  
de annuis legatis. Plin. epist. ad Traianum, ut publici  
serui annua accipiant. Cum igitur Augustus annua filiae  
præstare solitus, nihil de eo in testamento cauisset; Ti-

berius, tanquam morte defecisset liberalitas, ac quasi nefas esset & iuri publico aduersaretur contra testatoris voluntatem facere, nihil præstitit.

MATREM LIVIAM GRAVATVS. Sic Horat. lib. I I I od. XI, terrenum equitem grauatus Bellerophonem. Virg. lib. x, quid si quæ voce grauaris Mente dares? Suet. Aug. ampla & operosa prætoria grauabatur. duo tamen cod. non habent grauatus.

INTERDVM ET ÆGRE VTI. Liber Turnebi, ut & nostri omnes, interdū & egere & vti solebat. De Linie autem præsidentia, Dio & Seneca præclaratae testantur.

NEC FEMINÆ CONVENIENTIB. NEGOTIIS. Atqui talia sunt ciuilia omnia, à quibus femine ærcentur. l. II, de reg. Jur. & ad S. c. Velleianum.

LI. ATILLA COMMOTA. Liber unus commenta. quod silere nolui. Decurias autem iudicium intelligo, quorum nomina in albo scribebantur.

E SACRARIO. Liber opt. à sacrario. Sacrarium antē pro larario dixisse videtur, vt etiam priuatarum aedium sacrariorū, apud Cic. legimus, Verr. VI, erat apud Heium sacrarium cum magna dignitate in aedibus: & epist. ad Memmum, qui habitat in tuo sacrario.

TAM INFESTE. Idem cod. tam manifeste.

VIV. MAT. ADFVIT. Vel afuit scribendum veteri more, vel abfuit.

NEQVE ÆGRE ABESSE. Lib. unus adesse, ut & editio Gryphi.

TESTAMENTVM EIVS. Vide Tacit. initio lib. V. Infr. Cal. cap. XVI.

IN ANTLIAM CONDEMNATO. Sic Turn. & Pithoeus, & exemplar Vaticanum: ut ad aquam bauriendam ille conderonatus fuerit. Libri nostri vel

Anni-

Antiliam, vel Andiam, vel medium habent. Atqui si verum est, quod affirmat Beroaldus, in vetustis codicib. etiam Anticyram & Latuniam legi; nihil equidem dubitem horum alterum amplecti.

ANIMI FLVXIORIS. In lib. optimo desideratur dictio LII. animi: nec sanè necessaria est; sequitur enim vitæ.

TANTVM NON STATIM POST A FVNERE. Lego, expunctis aliis, tantùm non à funere. Libri MS. variant, ut mala in causa testes solent. posset etiam tantùm quod à funere legi.

PRO S V P E R V A C V I S E L E V A R E T . Duo libri elueret: unus, eluderet.

ALEXANDRIAM ADISSET. Augustus, inter alia imperij arcana, senatoribus atq. illustrib. equitib. sine Principis consensu permitti noluit in Ægypto esse. Tac. lib. II. eam ob causam igitur de Germanico questus est Tiberius. vide Cæs. cap. XXXV.

NISI EA SECRET A. Locus haud dubie mendosus est. lib. unus, nisi ea secreto. legendum fortassis, ni Seianus secretò obstaret: quæ sanè coniectura cuns Taciti historia optimè conuenit.

PER QVÆ MVLTIFARIAM INCREPITVM . Lib. opt. inscriptum. columnis scilicet, aut etiam statuis Tiberij: ut Cæs. LXXX, Ner. ca. XLV. Illud vero, per quæ, pro quare, apud Suet. non semel inuenias.

CREBERRIME ACCLAMATVM . idem liber, celeberrimè.

GRÆCO VERSV. Sic Tacit. quoq; correptam LIII. Graco versu admonuit, ideo quia non regnaret. Sed & Aristoteles lib. III polit. tale aliquid à poëta quopiam dictum fuisse significat: verū & poëta nomen, & versus ipse hactenus ignorantur.

NEG VLLO MOX SERMONE. *Mox, pro postea, Suet. familiare.*

CVM PRÆSTRVCTVM VTRVMQVE. *A Seiano scilicet: qui & Agrippina suspectum Tiberium fecerat, & Tiberio suaserat, ut porrecto illam malo tentaret, sublato iam ante Eudem medici opera Druso. Hac Tac.lib. llll. adde Plin.lib.XXIX, cap. I. pro accertitum autem accersi habent meliores cod.*

MODO AD STATVAM AVG. MODO AD EXER. *Ad statuam configere propriè seruorum erat: quod cum Agrippina vellet facere, Tiberiū veluti dominum accusabat: exercitus autē aduersus principem concitare capitale est. Sic fermè Beroaldus, & recētores quidam ſcū: quos tamen meminisse oportebat, frequentius quidem seruos, sed tamen & alios ad statuas configere solitos. exemplum Antonij, eius qui triunvir fuit filij, Aug.cap. xvii. Agrippinam igitur calumniabatur Tiberius, quod istiusmodi consilia ad concitandam ipſi iniuidiam cogitabat. Unde Sc<sup>o</sup> postea prohibitum fuit, ne quis in alterius iniuriam ad statuas principum configeret, imaginēsve eorum portaret: qui secus ficeret, in vincula publicē mitteretur. l. xxxviii, de iniurijs. l. xxviii, de pænis.*

IMPVTAVIT ETIAM. *Tanquam beneficium scilicet. sic enim eo verbo Quinctil. & alij ea tempestate usi sunt. Iunen. Sat. v, tamen imputat hunc rex: & quamvis ratum, tamen imputat.*

L. *NERONEM ET DRVSVM ET CAIVM.*  
*Melius ms. Neronem, Drusum & Caium.*

DESTITUTVS MORTE LIBERORVM. *Liberos vocat filios tantum, Germanicum ac Drusum: & illum quidem adoptuum: cum liberorum appellatione nepotes*

nepotes et iam ac pronepotes, quiq; ex his descendunt, latissimè comprehendantur: adoptivi vero vix pro liberis habeantur. l. CCXX, de verb. signif. l. LII, de legatis lib. II. l. LXXXV, de condit. & demonst.

DIEM VTRIVSQUE TIROCINII. *Calig. cap. x.*

ANIMI SVI NOTA. Quasi characterem animi dicas. Sic enim & Cic. lib. v de finib. nomina sunt tanquam rerum notæ.

FAME NECAVIT. Morte miserrima, atque adeò detestabili, ut his etiam, qui iudicium sententia sic mori cogebantur, defossis sub terra, vt & virginibus Vestalibus, cibaria nihilominus apponenterentur, ad entandam supplicij diritatem.

TOMENTVM E CVLCITA. Recl. ab inculcado nempe: non, culcitra, vt in vulgatis. Tacit. lib. v, Drusus deinde extinguitur, cum se miserandis alimeatis, mandando è cubili tormento, nonū ad diem detinuisse.

SIC RELIQVIIS DISPERSIS. Libri aliquot impressi, & plures ms. reliquias dispersas. mallem, sic reliquias dispersit.

XX SIBI E NUMERO PRINCIPVM. Ex-LV.  
emplo *Augusti, cap. xxxv.*

ÆLIVM SEIANVM, Quem aquè tam offendisse quam amasse periculosum fuit. Senec. epist. LV. Plura Tacit. lib. LIII. & Dio lib. LVII, L. Ælium vocans.

LIBEROS GERMANICI. At bene sane, quod Seianus Drusum ipsum Tiberius filium Endemi medici opera sustulit: vt paulò ante diximus.

ACQVI ESCEBAT. Sic acquiescere honori, sup. LVI.  
cap. XXXI & mox cap. LXX, Nam & Grammaticos, quod genus hominū præcipue, vt diximus, appetebat. appetere enim Grammaticos ibi dixit Suet. vt hic

Græculis acquiescere. & Tito cap. vii, quibus etiam post eum principes acquieuerunt.

RELEGAVIT CYNARIAM. Sic nostri tres;  
aut Cinariam. Interpretes Cynaram ex Plinio, lib.  
i i i cap. xii. una enim Sporadum est: qua, sicut &  
Cyclades, plena tunc exilibus fuere. Tacitus.

SUPER COENAM. Cæs. cap. lxxxvii: Aug.  
cap. lxxvii.

SELEVCVM GRAMM. Seleucum, ni fallor,  
Alexandrinum intelligit, cognomento Homericum:  
quem Roma sophistam egisse auctor est Suidas. fuit &  
alter Emisenus.

LVII. SÆVA ET LENTA NATVRA. Lentam, malignam,  
ni fallor, ac contumacem appellat; ut sup. Aug. cap. xli,  
& Horat. lib. i Sat. ix, & ptenare manu lentissima  
brachia, que omnino sequi nollent. Cic. lib. i ad Att.  
epist. xi, nihil ego illo impudentius, astutius, lentius  
noui. & alibi, Teucris lentum negotium.

THEODORVS GADARÆVS. De hoc sic  
Quinetil. li. 111, Præcipue in se conuerterunt studia  
Apollodorus Pergamenus, qui preceptor Apolloniæ  
Cæsaris Augusti fuit: & Theodorus Gadaræus, qui  
se dici maluit Rhodium: quem studiosè audisse, cum  
in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Cæsar.

PROSPEXISSE. Lib. opt. perspexisse. & mox  
assimulasse, pro assimilasse.

IN OBIURGANDO. Mirum si Tiberium, quanquam  
Rhodi agentē, tot tamen bellorū ducem, & consularem,  
& tribunicia prædictum potestate, obiurgare ausus fuit  
Theodorus iste Græculus. aut ergo aliis fuit ab illo de-  
quo paulo antè ex Quinetiliiano: aut fatendū etiā Ro-  
ma eo præceptore rsum fuisse Tiberium. quod verius est.

AIMA

A'IMATI ΠΕΦΤΡΑΜΕΝΟΝ. Reclitē Phil-  
mannus ex Turnebi sentētia. à quādō & ουράνωμα, quod  
subigere, miscere ac macerare significat. vulgati codic.  
συμπεφυρμένον: MS. πεφυρμένον.

PATRI SVO VERVM REFERRE. Ut apud Virgil.  
Pyrrhus, nuncius ibis Peleide genitori, illi mea tristia  
facta, Degeneremq; Neoptolemū narrare memeto.

VETEREMQ; PARTIVM FORTVNAM.  
Mallem, ut in opt. cod. veterumque.

CAPVT DEMP SERAT. Libri duo depresso-  
rati. nihil muto tamen. Similis Tiberij sauitia exemplum  
apud Senecam, de benef. lib. III.

PAVLATIM HOC GENVS. Lib. unus confe-  
stim pro paullatim: in altero vtrumq; deest. hic spe-  
ciant que de Tiberij temporibus scribit Seneca, de be-  
nef. lib. III, cap. XXVI.

SERVVM CECIDISS E. A cedo non à cado.  
Inuen. Sat. III, si nullum forti cecidit Dat poenas.  
vbi tamen vetustiss. codex cicidit habet. Nec verò de  
seruo qui ad statuam configerit Suet. locum hic intelli-  
go, sed quacunque occasione ad Augusti simulacrum  
aliquid verberato. ut mutare vestem nefas habebatur,  
quouis modo id accidisset; quod veluti ante Deum se  
denudasset ille qui impietatis huius reui fieret.

HONORES EODEM DIE. MS. omnes hono-  
rem. & mox, quo decretus & Augusto olim erat: una  
dempto, in quo sic legitur, qui honorem in colonia sua  
eo die decerni sibi passus est, quo decreti & Augu-  
sto olim erant. quam lectionem probo.

ASPER ET IMMISIS. Non puto eodem tem- LIX.  
pore versus omnes qui sequuntur, tanquam uno eodemq;  
comprehensos epigrammate, propositos fuisse. Primos  
enim

enim quatuor ad ea tempora quibus Rhodi egerit referendos esse, ex eo manifestum est quod subiicitur non sunt tibi millia centum. id enim ut de eo dictum qui in patris si potestate intelligo. ac proinde ante principatum tantum verè dici de eo potuit. quin singula disticha priora quatuor diuersorum temporum fuisse crediderim.

SIT IT ISTE CRVOREM. Liber opt. bibit iste cruorem. quod non displicet, ut sanguine saturatus vinum fastidiat.

NEC NON ANTONI. Antonium ob insignem in triumviratu sanctiam, cum Sulla & Mario comparat: & cum hisce tribus crudelissimis hominibus Tiberium, quorum mox exemplo crudeliter regnaturū concludit quicunq<sup>z</sup>, ad regnum ab exilio venerit. Nam & Sulla tunc exul videri potuit, cum Roma absens ad exercitus configuit: & Antonius quoque eo tempore quo hostis reipub. declaratus fuit. De Marij vero & Tiberij exilio res omnibus nota.

A B I M P A T I E N T I B V S R O M Æ D O M I N I I L . Tres codices non habent dictionem Romæ: pro dominij vero domini. & sane nec dictio Romæ necessaria est, & domini longè venustius.

O D E R I N T D V M P R O B E N T . Atqui nemo id quod oderit probat. Verum, ut credo, Tiberius his verbis odia quomodo cumque in se orta facile contemnebat, dummodo facta eius vel iniuti probare cogerentur. tunc enim hoc dicebat cum ita moderate se gereret, vt a nullo reprendi posset. Beroaldus ut a tyranno dictum accipit, vt oderint dum metuant.

I N P A V C I S D I E B V S Q V A M C A P . In solens locutio pro, paucis diebus ex quo Capreas attigit. non multum

*multum dissimile illud Horatij, quinque diebus Nil erat in loculis.*

**L O C V S T A M.** Locusta enim ex eorum genere est qua crustis intecta, & crustata vocat Plin. lib. i x cap. xii, & lib. xi cap. xxxvii: Graci γαλακόσπανα. at nullus squamam habet asperam quidem, sed qua non ita ut crusta laderet.

**P R I M A R V M C O H O R T I V M.** Lib. vetustiss. chortium. vt semper. sic in nummo argenteo ē Antonij triumviri, C H O R T I S S P E C V L A T O R V M.

**S E I A N O Q V Ä R E N T I.** Libri duo Seianū, & recte. LXI.

COMMENTARIO QVEM DE VITA SVA. Lib. opt. quod pro quem. Domit. cap. xx, præter commentarios & acta Tiberij nihil lectitabat. sup. Aug. c. LXXXV.

**G E R M A N I C I L I B E R O S F I L I I S VI.** Liber unus, liberos Germanici. illud ergo, filij sui, ex glosmate adiectum est.

**R E L I G I O S V S A C S A C E R.** Festos feriatosq; dies intelligo: quibus, vt inquit Cicero, liberi iurgiorum ac litium serui, operum ac laborum quietem habebat. at Tiberius nullum sine supplicio transmisit.

**I N E V N T E A N N O N O V O.** Atqui diem Kal. Ian. Romani latissimum agebant, eumq; supplicio funestare nefas erat, vti & Saturnalia. Macrob. lib. i, cap. x.

**A G A M E M N O N E M P R O B R I S L A C E S S.** Duo cod. non habent probris. Offenderat autem Tiberium poëta, quod sub Agamemnonis persona ipsum qui Romanis imperabat lacefisse videretur. S. milte est quod de M. Æmilio Scauro scribit Dio, lib. LVIII. Is enim ob tragædiam quandam suam, cui Atreus nomine fecerat, quia Euripidis verbis quidem in ea alterum monuerat ut stultitiam imperantis ferret, à Tiberio mortem sibi consci-

*consciscere coactus fuit. Lepide igitur Horat. lib. II  
Sat. III, Aiacem aduersus Agamemnonem defensurus,  
veniam prefatur, Ergo consulere & mox respondere  
licebit? Consule. Cur Ajax. Freques autem apud optimos  
auctores ut sub personis Homericis alios intelligat.  
Pers. Ne mihi Polydamas & Troiades Labeonem.*

**OBIECTVM ET HISTORICO.** *qs fuit A.  
Cremutius Cordus. Tac. lib. IIII. de quo e Aug. cap.  
XXXV: Calig. cap. XVII: Seneca lib. de consolat. ad  
Marciam, cap. XXII.*

**VLTIMOS ROMANORVM.** *Vt Philopæmenem  
Græcorum ultimum vocare solitos Romanos refert  
Plut. eius vita.*

**NON MODO STVDENDI.** *Libri duo scribendi.  
quod magis placet.*

**VIGINTI VNO DIE ABIECTI TRACTI-  
QUE.** *In duobus libris desideratur tractique, ego etiā  
abiecti Lubens reiecerim, iam enim id antè dixerat Suetonius,  
studiosissimus breuitatis.*

**CARNVLIVM NOMINE.** *Lib. ms. Carmi-  
lium, & Cartulum. legendum Caruilium: aut, si quis  
milit, Cartilium. nam vtrumq; nomen Romanum est.*

**NONDVM T. I. G. R.** *Mortem ergo Tyrannus ut  
beneficium afficto imputat. de quo Lycus ille Theba-  
nus apud Senecā Hercule furente, Qui morte cun-  
ctos luere supplicium iubet, nescit tyrannus esse di-  
uersa itroga. Miserrimum verā perire, felicem iube.*

**A QVODAM NANO.** *Liber unus à quodam  
Mario. malo. Nanum enim sive pumilionem intelligo  
qui mense astiterit, ut nunc quoq; videmus apud dini-  
tes fieri. sup. Aug. cap. LXXXIII.*

**INTER CAPREAS.** *Sic omnes cod. magnō con-  
sensu.*

sensu. Beroaldus exponit pro in secessu Caprearum. incep-  
tē. ego scurras sic vocatos fuisse crediderim, vel ab eius  
animalis obscenitate, vel à rodendi cōsuetudine. Utitur  
eo vocabulo etiā Claudio ca. viii. ubi plura dicemus.

VENENO INTEREMPTVM FRAVDE LI- LXII.  
VILLÆ UXORIS. Tres codices non habent dictio-  
nem veneno. quam tamen retineo. Nam, ut scribit  
Tacit. Liuia soror Germanici, Drusi uxoris, à Seiano  
constuprata, adhibito in consiliū Eudemo medico, vene-  
no per Lygdum Spadonem dato maritum sustulit. ade-  
de Plin. lib. xxix, cap. i. Liuiam autem Tac. quam Li-  
uillam Suet. vocat. sic Claudia & Claudilla, Plantia  
& Plautilla. quod suprà quoque notasse me memini.

NE DIVVLGARET INVRIAM. Libri no-  
strī omnes, ne vulgaret.

QVOD ET NISI MORS. Lib. unus quod nisi.

SPE LONGIORIS VITÆ COMPVLIS-  
SET. pro induxisset.

RELIQVIS NEPOTIB. Quorum Caius Germa-  
nici, Tiberius Drusi filius fuit. ille adoptinus, hic na-  
turalis & legitimus.

VT ADVLTERIO CONCEPTVM. Mater  
enim Liuilla & Seianum adulterum, & Eudemum a-  
micum habuit. vide Tacitum.

SED PRÆTREPIDVS QVOQVE. Fuere viri LXIII.  
docti quibus displiceret illud prærepidus, & prateri-  
eus pro contemptus legēdum esse putarent. verūm quæ  
sequuntur trepidationem Tiberij ostendunt.

NISI RELATAS. Legendum puto relata. arca  
nimirum, qua sortes continebantur. Ea autem ex olea  
fuit. ut de harum sortium historia scribit Cicero, lib.  
xi, de dininat. extat etiam denarius Platorij Cestiani  
apud



*apud me: in cuius parte altera Deæ effigies, Fortune, ut arbitror: altera vero pueri comati, sub pectore arcam tenentis. asscriptum SORS.*

**NON AVSVS A SE DIMITTERE VSQUE A DEO DET.** *Liber unus, non ausus dimittere a se usque eo detinuit. placet.*

**DELEGARE PLVRIMA.** Ea scilicet que presidibus ab Imperatore committi solebant. Delegare enim <sup>IC</sup> verbum est: unde & delegati indices. quinimmo & legati propriæ vocantur iij quibus proconsules suam iurisdictionem mādant. l. I I I I, v. & vi. de off. procons. & legati. quanquam apud doctores legati ferè dicantur, qui ipsi prouincie presunt. vide sup. cap. XL.

**LXIII.** **OBSVTAQVE LECTICA.** Lib. opt. obsitaque. & mixtæ inquam pro vñquam.

**LXV.** **MILITARI PRÆSIDIO.** E duobus cod. abest dictio militati.

**SPECVLABVNDVS.** Lib. ms. quatuor ante id verbum interpūgunt, deinde sic legunt: speculabundus ex altissima rupe idem idem signa, quæ ne nuncij morarentur tolli procul ut quidque factum foret mandauerat. quam lectionem si amplectimur, speculabundus signa, pro ad signa dixerit Suetonius. Id si cui duriusculū videbitur, veteri lectione retenta, pro signaque, legat signa namque: ut apertior sit sententia, difficilis alioqui & impedita.

PER

PER LIBELLOS IN ORCHESTRA PO- LXVI.  
SITOS. Vnde Senatus scilicet Iudos spectabat. Sed  
quare non plebem quoque aduersus tyrannum concita-  
bant? Idem credo sub Tiberio euenit, quod sub Domi-  
tiano & aliis tyrannis: ut, si in optimates potissimum  
seuiant, id impune ferant. vide Domit. cap. vlt. Pote-  
rant & in orchestra ponibili libelli, vt magis essent con-  
spicui. Lector cogiter. Mihhi non liquet.

ARTABANI. De hoc nonnulla Tacitus, lib. II.  
sed plura Iosephus antiquit. lib. xviii. aliquid infr.  
Cal. cap. xiiii.

Mallem hoc caput annexi praecedenti: aut saltem LXVII.  
sine epigraphe relinqui.

DII ME DEÆ QVE POENIS PERDANT  
QVEM QVOT. Sic editio Gallica, & libri tres ms.  
Turn. quoque lib. xiiii cap. xvii: Germanica vero,  
& ms. duo, Dij me Deqqne peius perdant quā quo-  
tidie petire sentio. quæ sānè lectio apertior videtur ac  
melior.

VT IMPERIVM INIRET. Duo cod. inie-  
rit. placet. mallem tamen inierat. vt clara sit sententia,  
non ob hæc quæ dicit Suetonius eum imperij susceptionē  
distulisse: sed initio iam imperio, quo semper aspirauer-  
rat, appellationem patris patriæ, & vt in acta sua iurare-  
tur, obstinatissimè recusasse. quam huius loci senten-  
tiā genuinam esse, mōstrat quod mox sequitur, de-  
traquere. Adde si lubet Dionem lib. lvii. qui & illa  
addit, initio ne fmperatoris quidem prænomen eum tu-  
lisse, ut nec cognomen Augusti: neque vt per fortunam  
eius iuraretur; aut, si fieret, periurij pœna sequeretur.

SIMILEM SE SEMPER SVI. Lib. opt. se sui  
semper. & mox, sanæ mentis esset, pro sanæ mentis  
S fuisset.

fuisset. multo sàne venustius.

SI QVANDO AVTEM IN QVIT. Nemo non facile animaduerterit, illud inquit ab infelici aliquo correctore adiectum esse.

ADIICET PATRIS APPELL. Lib. uniuersitatis, adiecerit. & mox, exprobarit: pro exprobabit. pro patris etiam, patriæ in altero cod. repperi. ut fortassis patris patriæ legendum sit. atque ita arbitror.

LXVIII. CEBRI ET SVBTLIES. Lib. opt. & subiti.

IN TENEBRIS VIDERENT. Plin. lib. xi, cap. xxxvii, Tiberio, nec alii mortalium, fuisse natu-ram ferunt, ut experges factus noctu paulisper, haud alio modo quam luce, contueretur omnia, paulatim tenebris se cibducentibus. Quod ergo ad breue dicit Suet. id paulisper significat. Dio eum in tenebris pluri-mum, interdum minimum vidisse scribit.

ADDVCTO FERE VVLTV. Id est cōtracto ad severitatē. vt adducto lacerto, arcu, habena, apud Virg.

NATVRÆ VITIA ESSE NON ANIMI. Animi vitia vocasse videtur Augustus, que depravato iudicio fiunt: naturæ vero, quæ inclinatione quadam veluti innata consuetudine coalescunt. Horat. lib. i. Sat. 111, denique te ipsum Consule si qua tibi vitiorum increuerit olim Natura, aut etiam consuetudo mala.

LXIX. ADDICTVS MATHEMATICIS. Ut qui totus à Thrasyllo penderet. Idem tamen Mathematicos abegit. sup. cap. xxxvii. vide Dionem.

PERSVASIONISQUE PLENVS. Duo libri plenusque persuasionis.

CORONAM LAUREAM. Vide Aug. cap. xc.

LXX. CORVINVM MESSALLAM. Is ille M. Valerius M. F. M. N. Messalla Corvinus, quem passim au-ctores

etores celebrant de cuius eloquentia *Quinct.* lib. x. At Messalla nitidus & candidus, & quodammodo præseferens in dicendo nobilitatem suam *Horat.* de arte: consultus iuris & actor Causarum mediocris ab est virtute diserti Messalla *sup. Aug. cap. LVIII.*

**C O N Q V E S T I O D E L. CÆS A R I S M O R T E.**  
*Rectè sic Pulmannus, Turnebi auctoritatem securus.*  
*sic enim & nostri meliores cod. dico. L. Cæsar. Pro cō-*  
*quæstio etiam conquisitio habent ms. omnes: sed con-*  
*questionis vocabulo etiam Cic. usus est: et verisimile est*  
*Tiberium, in Augusti gratiam, mortem filij eius de-*  
*plorasse. quamquam, si quis Iulij malit, nolim conten-*  
*tiose agere. cur enim non Caij etiam mortem luxit, cùm*  
*eodem tempore ambo extincti sint, & quidē Caius prior?*  
*Aug. cap. LXV.*

**E V P H O R I O N E M E T R H I A N V M E T**  
**P A R T H E N I V M.** Bene & hoc Pulm. ex Turnebi  
*nam ms. variant. horum verò trium Athenaeus, Suidas,*  
*& Stobæus, meminerunt. Fuit & Arrianus poëta nō*  
*incelebris: sed Rhiano fauent exemplaria, ut eius me-*  
*moria apud Sueton. quoque conseruetur.*

**H I S T O R I A E F A B U L A R E S.** Que poëticis nar-  
*rationibus refertæ esset. quales scripsere Diodorus Sicu-*  
*lus, Didymus grāmaticus, Heliodorus, Lucianus, et alij.*

**E I V S M O D I F E R E Q V A E S T I O N I B.** Quales & apud Inuenalem extrema Sat. vii. Pulcherri-  
*me etiam Seneca de breuitate vita ad Paullinum, &*  
*Quinct. lib. 1 & Gellius lib ultimo hanc literatorum*  
*anxiā nimis & inutilem curam merito derident. ne-*  
*que alienum ab hoc loco quod de Tiberio operis sui ini-*  
*tio ad Titum narrat Plinius, Apionem grammaticū*  
*cymbalum mundi ab eo vocatum fuisse. Vide locum.*

*Appion certe sub Tiberio & Caio Cæsare floruit. Seneca epist. LXXXIX.*

ET QVO PRIMVM DIE. Duocod. ex quo  
primum die, mallem. Quo primum die, sine &.

PIETATI SIMVL AC RELIG. Religioni,  
quod sacrificaret, Pietati in parætem, quod sine tibicine  
id faceret. at qui in funere etiam tibicines adhibebatur.  
merito ergo id tanquam inane reprehenduntur. Sanxerat  
autem Augustus ut Senatores ingressi curiam, ante-  
quam considerent, ture ac mero supplicaret. de quo Aug.  
cap. xxxv. nec ibi quidem vlla tibicinis metio. sed nulla  
apud veteres sacra sine tibicine peragebatur. Dio, li. lvi,  
non Tiberium tantum sed et Drusum eius filium idem fecisse ait.

LXXI. ALIAS PROMPTVS. Li. duo alioqui promptus. et mox,  
abstinuit, pro abstinuitque; et pro postularit, postularer.

MONOPOLIVM. At qui id vocabulum ante Ti-  
berium ciuitate donatum videri potuit, quo, ni fallor,  
etiam Plautus vsus est. post Tiberium senè ab omnibus re-  
ceptum. Vtitur eo Plin. lib. viii c. xxxvii. est & titulus  
lib. iii cod. Iustiniani, inscriptus, de monopolis. adiutum  
autem de monopolis in Senatu iam ante vidimus ca. xxx.

CVM EMBALM A. Scribo emblema, ut mo-  
nopolium, Latinis litteris. Mira autem Tiberij super-  
sticio, verbum cuiusvis, quo non Lucilius tantum, quem  
bilinguem vocat Horat. & suis sit, notissimus illis apud  
Cic. lib. i de orat. versibus, Quam lepidè lexeis com-  
positæ, ut tessellæ omnes Arte pavimentio atque em-  
blemate vermiculato: sed & Cic. ipse Verrina qua de-  
signis inscribitur. Emblemata vero I. Cui nostri appelle-  
lant, quæ scyphis speculis, absidibus, aliisque relatis, orna-  
tis causa inseruntur. I. 111 de vino, tritico & oleo leg.  
lxxix, & xxxii, de auro, arg. veste legata.

CENSVERIT. *Malleum* censuit. vt in trib. MS.

GRÆCE TESTIMONIVM INTERROGATVM. *Quare*  
*Græcè eum interrogari magis quā respondere passus est?*  
*Carolus lägius Militē quoque Græcu legebat. id enim*  
*fortassis prioribus tantū litteris exaratus erat: unde ali-*  
*quis Græcè fecerit. quæ coniectura mihi non displiceret. Et*  
*sancè cū Graci in ipsa Græcia apud Romanos Latine age-*  
*re, pro imperij maiestate, iuberentur, non mirum est si*  
*Rome id obseruari Tiberius voluit. vide Val. Max. lib.*  
*11 c. 1: & Tryphoniū f. C<sup>um</sup> l. XLVIII de re iudicata:*  
*vbi ait, decreta à prætoribus Latine interponi debere.*  
*hinc interpretum v̄sus in prouinciis apud magistratus.*

PROXIMOS NAV MACHIAE HORTOS. *Cæ-*  
*saris, ni fallor, hortos trās Tiberim intelligit, de quibus*  
*Cesare cap. LXXXIII, & Horat. lib. I, Sat. IX.*

SERPENS DRACQ. Serpentem vocat, ad eornū  
*differentiam qui volatiles esse perhibentur. talis autē*  
*fortassis Tiberij draco, quales hodie quoque mulierculæ*  
*Romane, estiuis maximè mēsibus, in deliciis habent,*  
*ut olim Flaccilla apud Mart. Sic gelidum collo ne-*  
*ctit Flaccilla draconem. Verūm hi sine veneno sunt.*

PROPE CAMPANIAM ASTVRÆ. Duo li-  
*bri, Rediens ergo propere Campaniam Asturæ. &*  
*sancè Asturæ, si Plinio credimus lib. IIII cap. V, & c. VI,*  
*ultra ostia Tiberina in Antiano est: ac proinde à Cā-*  
*pania longius abest. meminit eius Suet. Aug. c. XCVII.*

CASTRENSIB. LVDIS NON INTERFVIT  
 SOLVM. *Libri quatuor, non tantum interfuit. Ca-*  
*strenses vero ludos, ut puto, eos appellat qui à militib.*  
*illis in statione manentibus castrensi more edebantur.*

SUSTENTAVIT AVTEM. *Sustentare absolvè dixit, nō*  
*prodare operā vt valeret, sed pro affligi ac malè habere.*

EX ORDINE QVOTIDIANO. Ordinem  
vocat *vinendi consuetudinem*.

CHARICLEM MEDICVM. Vide Tac. extre-  
mo lib. v.

COMMEATV AB FVTVRVS. Sup. cap. XII.  
INSTANS IN MEDIO TRICLINIO. Sic  
sup. cap. XXXV, incepante eo in prætorio.

VALERE DICENTES. Ut Horat. epist. Cel-  
so gaudere & bene rem gere te Albinouano Musa  
rogata refer. Χαίρετε δέ τις πάθειαν.

LXXXIII. IN VILLA LVCULLIANA. Reclite. cum ex-  
emplaria nostra omnia, aut Lucullana, aut Lucilliana  
habeant. Tac. Tandem apud promontorium Miseni  
confedit, in villa cui L. Lucullus quondam dominus.

C. PORTIO. C. Pontio Nigro habent ms. om-  
nes. legendum vero Cn. Acerronio Proculo C. Pontio  
Nigrino Coss. sic enim Tac & Dio, & hac inscriptio.  
IOVI CONSERVATORI SACRVM. C. IVLIVS. C.F.  
QVIR. ARRIANVS V. S. DON. DEDIT. XVI KAL.  
MART. CN. ACERRONIO ET PONTIO NIGRINO  
COSS.

IN REMISS. FORT. FEBRIS CIB DES.  
NEGATV M. Consulunt quidem medici in remissione  
febrium dari cibum: verum si negetur, non illico mors se-  
quitur. quare locus hic mihi suspectus est. Tac. lib. v,  
vocatos narrat qui recreanda defectioni cibum adfer-  
rent: atque, aliis trepidantibus, Macronem opprimi  
senem injecta multa ueste iussisse. nec multo aliter Dio.  
Id ipsum: gitur crediderim narrare Suetonium nempe  
injectam ei uestem vel puluinum: sed vel desideranti ci-  
bum, ut nonnulli tradiderunt; vel, ut alij, cum detraetū  
fibi anulum resipiscens requisiisset. Verbum itaq; nega-  
tum

sum à correctore aliquo infartum puto, ac dictionem nonnulli non suo loco positam. ut hoc modo legatur. Alij in remissione fortuitæ febris cibum desideranti puluinum iniectum, nonnulli cum extractum. Quia mea coniectura, vt equidem spero, viris doctis non displacebit. Fortuitam autem febrim vocat Suet. defctionem quæ repente Tiberio acciderat. Quod vero deficienti anulum detractum dicit, id ex Plinio intelligimus, lib. XXXIII cap. 1. scribit enim morientibus, ut & somno granatis, religione quadam annulos detrahiri solere.

S V B I T O V O C A T I S . Lib. opt. subitoque vocatis. quod mallem.

A P O L L I N E M T E M E N I T E M . Signum Apollinis, qui Temenites vocabatur, pulcherrimum & maximum, quod Verres abstulisset si portare potuisset, commemorat. Cic. accus. IIII. idem puto de quo Suetonius hic. Apollo autem à loca tenui id cognomen accepit, qua de re egregie Turnebus lib. VIII cap. XI. unde & Temenitis fons agri Syracusani. Plin. lib. IIII cap. VIII.

LXXXIIII.

B I B L I O T H E C A N O V I T E M P L I . Templo, ni fallor, Apollinis Palatini intelligit: quod sexto Augusti cōsulatu dedicatum, si Dionis credimus, initio lib. LIII, postea incendio illo, de quo idem Dio lib. LV, quo & domus Augusti perire, conflagravit. ideo fortassis nouum vocat Suetonius. Gellius quidē lib. XIII, cap. XIX, & Uepiscus Probo, bibliotheca domus Tiberiana, quæ & ipsa in palatio fuit, mentionem faciunt. sed aliud domus, aliud templum est.

C I N I S E F A V I L L A . Fauillam viuentem, ut ita dicam, ac calentem intelligo: qualis una cū carbonibus inferri solet. & mox, pro illatus, illatis legendum arbitror. illuxit etiam, pro luxit, habent duo MS.

LXXV. TIBERIVM IN TIBERIM CLAMIT.

*Recte duo cod. tamen, trahi clamitarent.*PARS TERRAM MATREM. *Vide Plinius lib. III, cap. LXIII.*SENATVS CONSULTVM ACTVM ESSET.  
Sic quidem lib. nonnulli impressi: sed ms. omnes, cum Senatus consulto actum, vel cautum esset. quod sane magis placet.NEMO EXSTABAT. *Plures libri*, adstabat.

CONCLAMANTIB. PLERISQUE. Liber optimus pleris. ut &amp; antè non uno in loco: &amp; semel plerum, pro plerumque, scriptum inuenio; quod silere nolni. &amp; plerus quidem pro plenus dixerunt veteres, ut Lucr. libro VI, Corruptus sanguis pleris ex naribus ibat. an vero etiam pleros pro plures, cogitandum. Pacunius certè apud Festum, cum inquit plera pars pessima datur, sic uti videtur.

LXXVI. DEDIT ET LEGATA. *Vt Claudio Drusi fratri filio. inf. Claud. cap. VI.*

AC MILITIBVS. Tres codic. Sed &amp; militibus.

IN

## IN C. CALIGVLAM.



1.

**D**RUSI ET IUNIORIS ANTONIAE f. Due fuerunt Antonij III viri & Octavia Augusti sororis filiae, Antonia maior, Domitio Ahenobarbo Neronis principis auro nupta: & Antonia minor, pudicitia pariter ac forma insignis, Drusus, Augusti priuigni, Tiberij fratris, vxor: ex qua Germanicus et Claudius nati sunt. Plut. Antonio: Suet. Augusto, c. LXIIII: & Ner. c. V.

PER LEGES. Leges annales siue annarias intellege. De questoria autem etate Cæs. cap. VII.

INCERTVM CONSTANTIA AN PIETATE. Lib. ms. omnes incertum pietate an constantia maiore. Vide Tib. cap. XXI.

EXPVLSVS. Tacitus initio lib. II, Carterum Tiberio haud ingratum accidit turbari res orientis, vt ea specie Germanicum à suetis legionibus abstraheret, nouisque prouinciis impositum dolo simul & casibus obiectaret. Ha ergo sunt cause ob quas sic festinavit Tiberius, vt Germanicus quodammodo videri posset expulsus ad componendum orientis statum. Consulatum autem secundū cū Tiberio tertium consule gessit: eumq; apud vrbe Achiae Nicopolin iniit. Tacitus.

DIVTINO MORBO. Lib. duo diurno, unus  
S 5 diutur-

diuturno. Sabellicus etiam diuino legi attestatur, quod cardiaco morbo extictus sit. Plin. lib. x i, cap. xxxvii, negatur cor cremati posse in iis qui cardiaco morbo exticti obierint, negatur & veneno interemptis. Certè exstat oratio Vitellij, qua reum Pislonem eius sceleris coarguit, hoc usus argumento, palamque testatus non potuisse ob venenum cor Germanici Cæsaris cremari. contra genere morbi defensus est Piso. Hactenus Plin. Verum ut cardiaco obierit marbo, non ideo hic diuino, pro diutino aut diuturno, legendū est. Græci enim ἡγαντὸν ἐπίλαιψιν vocant, quod morbus is veluti Dis iratis immitti videatur. et, quamquam epilepsia interdum ex ore ventriculi affecto, hinc per consensum, ut loquuntur medici, etiam cerebro nascatur: non tamē ob id ἡγαντὸν epilepsia est. & alioqui moribus hic plerumq; diuturnus est. Tacitus quoq; longiorē fuisse Germanici morbum significat, quamquam qui morbus fuerit non exprimit.

- II. PROPTER QVÆ. Lib. opt. propter quod.  
A SENATV. Idem liber. & à Senatu.

- III. EQVI VECTATIONE POST CIBVM. Quia sanguis scilicet atque alimenti vis eo deflueret, praesertim cum stapiis quas vocamus nondum tunc vterentur. Stapias certè aut quid simile, neque Xenophon de arte equestri, neque Iulius Pollux de equestribus instrumentis, usquam commemorant: & nihil in veterum monumentis inuenias quod eò referri possit. neque ea que ob assiduam equitationem Scytharum refert incommoda Hippocrates, libro de aëre aqua, eis accidissent si stapiarum usum habuissent. Malè autem distinguit editio Pulmanni, quasi post cibum non vectatione usus sit, sed hostem continuus percussor.

CLIENTELAS DIV VEXANTI. *Sic quidem lib. omnes non dubito tamen quin clientelas diuexanti scripsiterit Suetonius.*

VENEFICIIS ET DEVOTIONIBVS. *De hac re sic Tac.lib.ii, Reperiebatur solo ac parientibus eritæ humanorum corporum reliquiæ, carmina, & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis insculptū, semiusti cineres ac tabo oblii, aliaq maleficia queis creditur animas numinib.infernus sacrari.*

AMICITIAM EI MORE MAIORVM RE-NVNCIARET. *Tacitus, componit epistolas queis amicitiam ei tenunciabat. Sic inimicitias denunciare Cic. pro Flacco. & Senec.lib.epist.v.*

ADOPTANDVM TIBERIO. *Aug.cap.lxv. IIII.*  
& Tib.cap.xxv.

E GERMANIA. *Lib.opt. à Germania. & mox, populum Romanum, pro populi.*

LAPIDATA SVNT TEMPLA SVBVERSÆ V.  
DEVM AREÆ. *Quasi pro D:is colèdi nō essent, qui mori Germanicū permisissent. Nō dissimile Augusti factū, qui, classe tepestare e perdita proximis Cir ensibus Nepenti simulacrū pompa detraxit. Suet. Augusto c.xvi.*

REGULOS QVOSDAM BARBAM POSSESSE. *Atqui Ronam barbam in luctu summitabant: ut enim recte problem. cap. xiii Plutarchus tradit, lugentibus ea accòmodata sunt qua: & inusitata: ut à viris ali comam: mulieres tonderi idq; pro gentis cuiusque moribus. exemplum apud Senecam lib.de benef. v, cap. vi.*

CONVICTV MEGISTANVM. *Male Megianum habent exemplaria Gallica. nec recte qui Attabanum legunt: ut nomen propriū sit Parthorum regis, qui*

qui regem regum se vocabat. sunt enim Megistanes Gracius viri summi, ac proceres cuiusq; regni, quibus permisum ut cum regibus epularetur. quo vocabulo vsus est etiam Tacitus, & Annaeus Seneca epist. ad Lucilium XXI. Unde & D. Marci Euangelista locum, cap. VI, de Herode scribentis, rectius intelligimus, scientiā invicē rōis uarietati: & Danielis prophetæ cap. III.

**VI.** SALVA ROMA, SALVA PATRIA, SALVVS EST GERMANICVS. Versus est integer Trochaicus.

ET VT DEMVM. Melius sed vt demum. vt in opt. codice.

PER FESTOS DECEMB. Vide Augustum cap. LXXI.

**VII.** I AM PVERASCENS. Hinc & repuerascere per A. Plauto, Ciceroni, & aliis. De liberis autem quos moriens reliquit sic apud Tacitum ipse Germanicus, astantes iam moriturus alloquens amicos, Ostendite pop. Romano diu i Augusti neptem, eandemque coniugē meam, numerate sex liberos.

**VIII.** PRIDIE CAL. SEPTEMB. Hunc & Commodi fuisse natalem auctor est Lampridius.

PATRE SVO ET C. FONTEIO COSS. A.V. DCCLXV. De quibus Coss. exstat hac inscriptio, GERMANICO CÆSARE C. FONTEIO CAPITONE COS. K. IAN. SELÆ FORTVNÆ AVG. SACR.

CN. LENTVLVS GÆTULICVS. Gætulici historia meminit hic Suet. at carminum eius Probus Grammaticus in Virg. Georgica: Martialis prefatione operis sui; & Sidonius Apollinaris, hendecasyllabo illo non Gætulicus hic tibi legetur. Eius carmina quadam citantur lib. III, & lib. VI Anthologie.

VICO

VICO AMBIATINO. MS. omnes Ambitarino.  
quam lectionem etiam Turnebus affirmat.

SUPRA CONFLVENTES. Hinc hodie quoque  
urbi Confluentia nomen, qua Mosella in Rhenum in-  
fluit, sub ditione Treuirenſi.

APVD HIBERNAS. LEGIONES. Melius,  
quod in retuſto cod. ſe repperiſſe Beroaldius affirmat,  
apud hiberna legionum.

EGO IN ACTIS ANTII IPSVM INV. ED.  
Lib. duō Antij editum inuenio. unius verò in actis eius  
Antij inu. ed. ſed male. de actis enim publicis loquitur,  
ut antè notauiimus Tib. cap. v.

GÆTVLICVM REFELLIT PLINIUS. At  
cum Gatulico facit Tac. lib. i.

VRBE HERCVLI SACRA. Vnde Herculeum  
& Herculis Tibur, sup. Aug. cap. LXXII. & fortassis,  
ut Commodus, ſic Caligula Hercules Romanus videri  
ac dici voluit.

APPELLATVS ET IPSE C. CÆSAR. Si  
vera haec Suetoniū opinio, duo eodem tēpore Germanico  
filij eodem ambo pronomine fuere. ſiquidem prior ille,  
natus Tibure, anno ante Caligulam puerascens extin-  
ctus eſt.

PVELLAS PVERAS. Prisc. lib. vi. Pueri femi-  
ninū puerā dicebant antiquissimi. vnde & puerpera,  
qua puerum vel pueram parit. idem Donatus tradit  
Terentij Andria, nō imperasti eorū quid opus eſſet  
facto puerperę. adde Noniū & Festū. vt enim pueras et  
pueri, ſic puelli et puellæ dicebātur. Porro hinc cōmodius  
intelligimus Paullū I. C<sup>um</sup> l. CLXIII de verb. signif.

ANTE FAVCOS QVAM OBIRET MEN-  
SES. Lib. optimus, obiit, pro obiit.

A SELLIVS. Lib. unus Asilius, alter A. Scilius.

*Aselli* (unusdam mentio Tib. cap. XLII).

ARBITROR PATERE. Turneb. lib. XXII. cap. XXX, ex vetusto, ut affirmat cod. legi patere. sic enim veteres, si paret eum dare oportere. de quo Aug. c. xciv.

Q VOD HI SINE AVCTORE. Liber unus quod sine auctore sunt.

QVÆ SOLA ACTORVM RESTAT. Sic Beroldus restituit. nam ms. omnes corrupti sunt.

IX. CASTRENSI IOCO. Tac. lib. I. militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum inducebatur. Idem Dio, Victor, & alij. vide Aug. cap. xxv.

ABLEGARI EVM. Omnes ms. quos equidem viderim, habent obligari. atque ita legendum est. ne bis idem dicat. sequitur enim demandari. per proximam autem ciuitatem Treuirorum urbem intellige, ex Tacito lib. I. c. Annal.

REPRESSO AC RETENTO VEHICULO. Mallem represso ac ret. ut in opt. cod. sic enim reprehensi seu represi dicuntur profugi, infr. c. XLV: Vitell. cap. XII.

INVIDIAM DEPRECATI. Vide Gell. lib. VI cap. XVI, quid sit deprecari.

X. COM. EST PAT. ET IN SYRIACA EXPEDIT. Liber unus sine &c. ego in prepositionem abesse mallem, retento &c.

LIVIAE AVGUSTÆ PROAVIAE CONTUBERNIO. Limiam proaviam vocat, ea enim Drusi mater erat; Antoniam vero aviam, quia Drusi vxor. Et notandum etiam seminarum contubernium dici. de quo verbo Vespas. c. III.

INDE VICESIMO. *Recte Pulmannus, sic enim omnes ms. nostri. vulgati verò unde uigesimo aetatis anno.*

**TIROCINIO FRATRVM.** *Vide Tib. cap. lxxii. Ut autem militia, sic & aliarum artium prima ag gressio tirocinium dicitur: & Tirones qui rem aggrediuntur. unde factum ut tirones quoque dicantur, iij qui egressi pueritiam iam maiusculi sumpta toga virili in forum deducti sunt: et tirociniū illius deductionis dies. Quod cum fere fieret xvii aetatis anno, Caligula, ob audi Tiberij cunctationem, tardius contigit atq; adeo eodem tempore simul barbam deposuit: qui dies etiam sollemnis habebatur. Iuu. Sat. lll. Ille metit barbam, crinem hic deponit amati. Plena domus libis venalibus. Aliquid sup. Aug. cap. xxvi: & Tib. cap. xv.*

**INSIDIIS TENTATVS.** *Ab iisdem scilicet, qui Neronem ac Drusum, eius fratres, ad connivia concitauerat, ut concitati perderentur. Tib. cap. lll.*

**ET QVI IVXTA ERANT.** *Graco more τες πεπὶ κτεῖνον.*

**MELIOREM SERVVM.** *Dictum Passieni oratoris. Tac. lib. v.*

**CUPIDISSIME INTERESSET.** *Optimus xi. cod. interesse. & mox, obire, & appetere, pro ambiret, & appeteret. quam lectionem veram puto. obiret autem, pro ambiret, etiam in altero Cod. scriptū inueni.*

**CAPILLAMENTO CELATVS.** *Capillamentum comam vocat apposititiam, quali mulieres uti solent. Petronius Arbitr̄ corymbion appellat: ut eo, sicut & veste longa muliebri indutus obuios falleret, nec agnosceretur. sic ferme Turnebus lib. i. cap. xxi: & lib. iii cap. xix, nec male sanè. Ut autem Caius capillamento,*

mento, sic Nero pileo vel galero se texit: Verus, quod de eo Capitolinus scribit, cunctione. idē Otho factitabat. eodemq; spectat Juenalis ille versus Sat. viii, nocturnus adulter Tempora Santonico velas adoperta cuncto. Sed & Antonio obiicit Cicero, quod cum gallicis & lacerna noctu curreret. Vide Gellii lib. xiiii, c. xx.

NATRIX CEM. A natando, ut vult Natrix, quod in aquis id serpentum genus vinat. sic enim recte vertit Gaza, quem Arist. ὄδην vocat. Nocentior est cū terram attingit: & tunc chersydrus dicitur, ut Nicander, Actius, & alij tradidere. Lucanus quoque lib. ix. Et Natrix violator aque. hinc proverbiū, hydrus in dolio.

XII. IVNIAM CLAUDILLAM M. SILANI. Tacitus, Claudiam M. Silani filiam uxori accepit. Suetonium vero diminutinis mulierum nominibus obliterari iam ante notauimus, Tib. cap. LXI t.

RELIQVIS SVBSIDIIS. Solo nempe Caio, cum Tiberio Drusi filio adhuc puer, ex omnibus masculis domus Imperatoria superstite. Quod vero augurem in locum fratris sui Drusi designatum dicit, de Drusi auguratu nihil equidē in antiquis monumentis inueni. at vero ipse C. Caesar, Germanici Cæsaris F. Diui Augusti pronepos, & flamen Augustalis & questor in veteri marmore scribitur.

SEIANO VERO TVNC SVSP. Nihil multo libri tamen ms. habent, Seiano vero tunc hoste suspecto. unus etiam hospite pro hoste.

ENNIAM NÆVIAM. Enniam tantum vocat Tac. ut priorem quoque Claudiam: Suetonius duo verique nomina tribuit. nec tam sollicitatam à Caio Enniam scribit Tac. quam immissam à marito, ut iuuenem alliceret.

MANV SVA OPPRESSIT. Lib. vnus compressit.

ETSI NON DE P F F E C T O . Lib. opt. profundo, pro perfecto. quod miror sanè, & perfuncto scriptū fuisse suspicor.

GLORIATVM ENIM ESSE. Idem codex gloriatum etiam assiduè.

NEC ILLVM Q V A M Q V A M S E N S I S S E T .  
Lib. vnus è vetustioribus, nec ullum quemquam sensisse. quod sanè mihi nō displaceat. quis enim credat Ti-berium tam mitem fore?

POPVL V M R O M . V E L V T I T A D I C A M XIII.  
HOMIN V M G E N V S , Quasi parum dixisset cùm pop. Rom. dixit, hominum genus addidit. quod ta-men ego abesse malim.

M A X I M Æ P A R T I . Legō ut in opt. cod. maxi-méque parti prouincialium.

A F F L I C T Æ D O M V S . Affligere apud classi-cos auctores propriè est pessimum dare, et ita deicere ut in-teritus sequatur. exēpla sepe obvia. Suet. Vitellio cap. 111, vt appellatum Imperatorem mater pro afflicto statim lamentata sit.

A R D E N T E S Q V E T E D A S . De lumen in funere vñ Aug. cap. xcvi.

S V P E R F A V S T A N O M I N A . Sunt qui omi-na legendum putent, vt Augusto c. lvi i, Reuerten-tem ex prouincia non solum faustis omnibus, sed & modulatis catminibus prosequebantur. verū ego et ibi nominibus legendū existimo, & fausta nomina ac-cipio qualia sunt, Pater, Princeps, Magnus, Pius, Felix, & similia. Horat. lib. i od. 11, Hic ames dici pater atque Princeps; Senec. lib. i de clementia, magnos &

T felices

290 LÆVINI TORRENTII  
felices & Augustos dicimus. Similia verò multa de  
Vero, Capitolinius: de Pertinace, Spartanus.

SIDVS ET PVLLVM ET PVPVM ET A-  
LVM NV M. Haec proprie & peculiares de Caio populi  
acclamations. Sidus enim, ni fallor, appellabant ob  
faustitatem, aut etiam oris venustatem. Horat. lib. III  
od. IX, Quamuis sidere pulchrior ille est: & lib. I. Sat.  
VII, Solem Asiae Brutum appellat, stellasque salu-  
breis Appellat comites. De pullo & pupo, idem Ho-  
rat. lib. I. Sat. 111, & lib. II. Sat. 111, Strabonem ap-  
pellat pætum pater, & pullum male parvus Sicui  
filius est: item pupam & pupillam appellat. Catullus  
epigr. Deprendi modo pupulum. Mart. lib. x. Pu-  
pam se dicit Gellia cum sit anus: Plaut. Cas. meus  
pullus meus passer. Sic pullus Iouis, pullus Martis.  
puerum enim, inquit Festus, quem quis amabat pullum  
eius vocabant. unde Pullepremones apud Lucilium,  
& feles pullaria apud Ausonium. utrumque obscenū.  
De alumnō etiam res notissima est. Horat. epist. ad Ti-  
bullum, Quid youeat dulci nutricula maius alūno,

XIIII. INGRESSOQUE VRBEM. Lib. duo ingresso, sine que.



ALTERVM NEPOTEM Na-  
turalem nempe Drusi filium, Tibe-  
rium cognomine Gemellū, ut volūt.  
& sane gemellum fuisse numismata  
quædam area Drusi Tiberij filij at-  
testantur, hac imagine,

COHEREDEM EI DEDI-  
RAT. Dio initio lib. LIX, puerum hunc aui testamento  
imperij successore relictū scribit. quod testamentū tamen  
Caius a Senatu subuerti curauerit, tangram à nō sane  
mentis homine cōditum: ei nempe Imperium deferente,  
qui

IN C. SVETON. CALIGVLAM. 291  
qui ne incuriam quidem per etatem venire posset. Co-  
heredem igitur videtur appellare Suet. eum qui heres  
quidem & ipse scriptus sit, sed secundo loco, si quid alteri  
accidisset.

DE PVGNATVR OS SE ARMIS. Par illorum  
qui vel depugnando armis, vel quacumque alia ratione  
moriendo, sua pro alterius salute Diis manibus capita  
deponerint, stultitia est, quasi vero alterius fata subire  
possent. minus culpandi qui, amoris impotentia, amicis  
vita functis superstites esse nolunt. ut olim Solduri  
apud Gallos. Sed hoc extra rem.

TITULO PROPOSITO. Publicè nempe, ut  
nemo eius voti reos esse ignoraret. id enim proponere si-  
gnificat. Sup. Tib. cap. XLVIII. & mox cap. XVI, Ratio-  
nes imperij ab Augusto proponi solitas, sed à Tibe-  
riо intermissas, publicauit. De votorum vero sollemni-  
tate, vide quæ notauimus Aug. cap. XLVII. Dio addi-  
disse voto insurandum scribit: coactosq; postea à Caio  
præstare promissum, ne periurio se se illigarent.

ARTABANVS. Tib. cap. LXVI: Dio extremo lib.  
LVIII.

MATRIS FRATRISQ; VE. Fratrem Neronem <sup>XV.</sup>  
intelligit. nam Drusus Roma in palatio periit. Tib.  
cap. LIII.

NEC MINORE SCENA. Scenam pro specie &  
apparatu, ac praetextu, vel obtentu dixere eius seculi  
auctores. Tacit. lib. XLI, ubi de morte Agrippine:  
scenam vltro criminis parat. nisi schema & hic, & a-  
pud Tacitum, legamus: vt Tib. cap. XLIII.

MEDIO AC FREQUENTI DIE. Quid  
sit frequenti die, non sat scio. nam si ad populi fre-  
quentiam referas, non potuit villa diei parte non esse

maxima, Cæsare tale munus obeunte. Quid igitur si feruenti legamus? nam & pietatem hoc auget: & cùm XVI Cal. Aprileis obierit Tiberius, exequia, de quibus hic Suet. non paruo pòst tempore celebrata fuerunt. que coniectura sic cui, nec immerito, displiceat, frequenter diem appellemus qui aliam etiā ob causam frequetatur: utputa propter nundinas.

DVOBVS FERCVLIS. Sic libri omnes; aut ferulicis. interpretes etiam forulis legi attestantur, pro capsulis. vt Aug cap. xxxi, condiditque duobus forulis auratis. Sed ferculis retineo: vt dupli pompa intulerit, tanquam per triumphum, ut inquit Dio.

CARPENTVM QVE. Liber opt. & carpétum. quale nunc quoque in Agrippinæ nummis certitatur.

IN POMPA. Circensi scilicet, inter Deorū atque Heroum fercula Cas. cap. LXXVI.

PATR VVM CLAVDIVM EQ. R. Equitem tantum vocat, quia nullos ad id tempus honores adhuc gesserat. Claud. cap. v, & cap. vii: ubi etiam de primo eius consulatu. de quo & Diolib. LIX, eodem ipsum die Senatorem ac consulem cum Caio factum narrans, cùm in equestri antea ordine permanisset.

FRATREM TIBERIVM. Fratrem vocat etiā inf. cap. XXIII. Beroaldus vult eos à Tiberio pariter adoptatos fuisse, cùm etiam coheredes eidem extiterint. verum adoptione nihil opus erat: cùm parentum suorū Germanici & Drusi morte ius filiorum adepti fuerint. & alioqui de adoptione nulla apud audatores mētio. Dio etiam soli Tiberio relictum testamento imperium tradit.



dit. quare crediderim fratres appellare Suetonium, qui duorum fratrum erant filij, quos *f. C<sup>ti</sup>* fratres patrueles vocant.

PRINCIPLEM IVVENTVTIS. *Vt Caius & Lucius Cæsares appellati fuere. qua de re nummi veterescum hac inscriptione, C. L. CÆSARES AVG. F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. qua appellatio ad omnes postea Cæsarum filios defluxit.*

OMNIB. SACRAMENTIS. *Dio Senatus ac Magistratum iusurandum intelligit, quod ineunte scilicet anno de more, ut alibi notauimus, pro imperio Cæsarum præstabatur, ego vero etiam de militari sacramento Suetonium loqui arbitror: vt Ces. cap. XLII, Ner. cap. XLIII, & sape alibi. sic enim fere I. C<sup>ti</sup>, ac vetustissimi quiq<sup>s</sup> auctores. sacrameti vocabulo vtuntur. Inuenialis quoque Sat. XVI, cum ait, Præmia nunc alia atque emolumenta noteimus. Sacramentorum, militiam intelligit, ad quam non nisi iusurandi sacramitione interposita, vt Festi vtar verbis, qui sua dederat nomina admittebantur: neque aliter quam soluti sacramento ab ea liberabantur. Sed & Vegetius lib. II, Milites, inquit, iurare solent, & ideo militiae sacramenta dicuntur. Jurabant autem strenuè se facturos quæ Imperator eis præciperet, nec militiam deserturos, atq<sup>e</sup> ea de quibus Gellius lib. XVI ca. IIII. Caius autem consuetæ antea formulæ, verba quæ hic resert Sueton. adiecit. Quod ergo, lib. II ode XVII, ad Mecenatem suum scribit Horat. non ego perfidum Duxi sacramentum, pulcherrima à re militari translatio est.*

QVOD BONVM FELIXQVE. *August. cap. LVIII.*

GRATIAM FECIT. *Criminum facere gratiam*  
T 3 dixit,

dixit, ut coniurandi gratiam facere, Aug. cap. XVI. ubi plura annotauimus. adde Capitolinum M. Antonino, ætatis gratiam facere. vulgo dispensare vocant.

CONVECTOS IN FORVM. Liber unus convectus in forum. atque ita legendum est. alioqui non cohæret quod sequitur, & ante clarè obtestatus Deos.

NEGAVIT QV E. Lib. opt. negauit, sine copulatio-  
ne: quam tamen retineo.

XVI. SPINTRIAS. Tib. cap. XLIII: Vitell. cap. III.

T. LABIENI, CORDI CREMVTII, CAS-  
SII SEVERI. De Cremutio Cordo diximus, Tib.  
cap. LXI. & de Cassio Seuero nonnihil Aug. cap. LVI. cū  
scribit Tac. lib. I. Annal. quòd viros feminasq; illustres  
procacibus suis scriptis diffamasset, occasionem dedisse  
Augusto ut cognitionem de famosis libellis tractaret.  
De eodem quoque exule, in saxo Seriphio consenescente  
sub Tiberio, idem Tac. lib. IIII. Sed & elegans refer-  
tur in hunc Cassium Augnsti iocus, apud Macrobiūm,  
lib. II ca. IIII. celebrem oratorem vocat Plin. lib. VII  
cap. XI: nec dissentit Quintil. quamquam acerbita-  
tem orationis præcipuam ei tribuit. Frequenter admo-  
dum memoratur à Seneca: & historias eum scripsisse  
indicat Suet. Vitell. cap. VI. De Tito autem Labieno,  
homine mentis quàm lingua amerioris, prolixè Seneca  
proœmio, lib. X controuersi. quem vide.

SVA INTERESSET. Sunt qui abesse malint  
verbum sua. omnium enim interest ut historiae legan-  
tur, sed nihil muto. sua enim interesse dicebat Caius,  
quasi ita se gesturus, ut nullius iudicium subterfugeret  
quin cum priorib. compararetur.

RATIONES IMPERII. Aug. cap. XXVIII, &  
cap. vltimo.

SINE

IN C. SVETON. CALIGVLAM. 295  
SINE SVI APPELLATIONE. NeadCesa-  
rem appellaretur. Aug. cap. XXXIII.

IGNOMINIAE INESSET. Meliores libri  
adesserat.

NOMINIB. IN RECIT. PRÆT. Seuerè, at  
moderatè tamē, egisse cum dicit. seuerè, quod iis qui pro-  
brofi erant palam equos per ignominiam ademerit:  
moderatè vero, quod in leniore culpa nomina eorum qui  
sic peccassent in recensendo omiserit. quo factō equis  
quidem priuabātur, sed sine nota publica infamia. Vide  
Augusti censuram cap. XXXIX.

QVINTAM DECVRIAM. Tribus quæ antè  
fuerant, quartam Augustus adiecit, cap. XXXIIII: Ca-  
ius quintam at vero sextam adiici petentibus Galba de-  
negauit, cap. XIIII.

SUFFRAGIA POP. REDDERE. Comitia  
Cæsar dictator cum populo partitus fuerat, cap. XLI:  
Augustus verbis magis quam re ipsa restituit, cap. XL:  
Tiberius vero omnino sustulit. sic enim Tacitus, tum  
primum è campo comitia ad patres translata sunt.  
nam ad eam diem, et si potissima arbitrio principis,  
quædam tamen studiis tribuum siebant. Caius er-  
go iterum libera permittere voluit. Vide Cæarem,  
cap. XLI.

LIVIAE AVGVST. Mallem, ut in duo-  
bus ms. Iulię Augustę. Huius autem testamen-  
tum pro irrito Tiberius habuit, ne legata ex eo de-  
berentur. Tib. capite LI. hoc suppressere hic vocat  
Suetonius.

DVCENTESIMAM AVCTIONVM ITAL.  
Turnebus, libro aduersariorum XXVII, cap. XX, ex  
Dione centesimam rectius legi posse putat. verūm,

cum idem Dio lib. LVIII Tiberium pro ducentesima centesimam instituisse scribat, utraque lectio bona est.

ADIECIT ET FRVCTVM. Lib. duo ms. affecit, & redditum, pro redditum. nihil muto tamen sed si redditum quis manuit, non repugnabo. Beroaldus per vestigalia, ea que publica erant intelligit: per redditus, ea que priuata.

ANTIOCHO COMAGENO. Hic igitur unus ex regibus illis confiscatis, de quibus Tib cap. XLIX.

OCTINGENTA DONAVIT. Atqui hic duplex census equestris erat. mallem itaq;, ut in vulgaris & nonnullis ms. octoginta. & totidem sestertia in ielli- go. qua summa sane libertina non exigua est.

CARMINE MODVLATO. Aug. cap. LVII, sed & modulatis carminibus.

PALILIA. Duo ms. Parilia. Simile huic est quod Aug. legimus cap. vii, quosdam censuisse eum Romulū appellari debere, quasi & ipsum conditorem urbis.

XVII. EX KAL. JANVARIIS. Mortuo Tiberio XVII Kal. Apr. Caius eodem die imperium suscepit: & annis tantum tribus, mensibus decem, ut inf. cap. LIX, imperio praefuit. Si igitur quatuor consulatus gessit, & quidem tres postremos ordinarios; primum ex Kal. Jan. inire nullo modo potuit. Duo cod. nostri habent ex Kal. Iulij. & sic omnino legendum est, ad stipulante Dione. collegam autem assumpit Claudiū, qui post eum imperauit.

DVOS NOVISSIMOS CONIVNXIT. Hoc est continuit: sic enim de Aug. cap. XXVI. vel iunctim gessit, uti inf. Claud. cap. XIII. Et Caius quidem etiam secundo imperij sui anno consulatum iniit: sed qu. a pri-

*mum consulatum non nisi per duos menses, à kal. Iulij usque ad kal. Septembres, gessit, idque extra ordinem, recte Suetonius scribit eum duos tantum nouissimos coiunxiisse. Qui Fastos nobis concinnarunt, non satis hec perspexere.*

FORENSIA VIRIS PVERIS AC FEMINIS FASC. *Quid forensia, Aug. c. LXXXIII. Vestimenta autem sic distinguunt f. C<sup>ui</sup>, ut aut virilia sint, aut muliebria, aut puerilia, aut communia, aut familiarica. l. XXIII, de auro, arg. & vest. leg. Et fasciae quidem, quas pedules aut crurales vocat Ulpianus, etiam virorum in usu sunt: pectorales vero feminarum tantum, maxime virginum, propriae. Non verbo Strophium. Mart. lib. XI III epigr. CXXXIIII.*

ADIECIT DIEM SATVRNALIB. Dio enī iussisse scribit diebus quinque agi Saturnalia. atqui, Macrobius teste, non nisi trium dierum sub Augusto Saturnalia fuere. lib. I, cap. x.

IN AMPHITHEATRO TAVRI. Lib. opt. XVIII. non habet dictio[n]em Tauri. nec sanè necessaria est, tam si de Statili Tauri amphitheatro loquatur. Vide Aug. cap. XXIX, & cap. XLIII.

CATERVAS AFRORVM CAMPANORVM  
QVE. Afri & Campani pugiles post Graecos maxime laudabantur. Aug. cap. XCVII. Catervas autem vocat, vel cateruatim assumptos, vel ad differentiam eorum qui ordinarij & legitimi appellabantur. Aug. cap. XLV.

MVLTIFARIAM, pro multis locis, ut Galba cap. XIX, multifariam diuersaque tendebant. Cic. lib. II de orat. si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrarere vellem. & lib. I de legibus,

T 5 iudicia

iudicia quæ quondā nusquā erant, hodie multifariā nulla sunt. sic plurifariā pro pluribus locis, cap. llll: & Claud. cap. xx1. & aliquotfariam, Varro de re rust.

AFRICANARVM VENAT. Sic pantheras vocabant, quod creberrimæ in Africa erant: quemadmodum & varias, ob maculas nempe quibus erant conspicue, Plin. lib. viii cap. xvii. unde & mensa quadam pantherine, Plin. lib. xiii cap. xv. & eleganter Plautus Epid. qui variè valent, caprigenum hominum, nō placent mihi, neque pantherinum genus.

MINIO ET CHRYSOCOLLA CONST. CIRCO. Id Plin. lib. xxxiiii cap. v, Neronis principatu visum scribit, cū ipse concolori panno aurigaturus esset. Concolorem autem prasinum vocat: quem Juuen. quoq; significat Sat 11, cūm ait, sed fragor aurem Percutit euentum viridis quo colligo panni. Et Neronē igitur & Cainum id fecisse credendum est, cūm uterque pari insania prasina factio[n]i fauerit.

CVM E GELOTIANA. Sic, Turnebum securis, Pulm. edidit. at ms. quos ego vidi, lege Lotiana, Louana, & Lutiana habent: Sabellicus etiam Iouiana legi testatur. Egnatius verò ex codice, ut ait, & ipse ms. nimis inuerecundè loci sententiā corrumpit. Quare Turnebum & ego sequor; maximè ob inscriptionem antiqui marmoris, SYMPHORO TESSERARIO SER. CÆSARIS DE DOMO GELOTIANA. Principes verò sape è vicinis circa etiam priuatorum ædibus spectasse Circenses, omnibus notum est.

EX PROXIMIS MÆNIANIS. Meniana quæ sint, præter Festum & Issorum, etiam q. Cui nos docet, l. xx de seruit. vrba. pred. & l. ccxlii de verborum & rerum signif.

EXCOGITAVIT. Verbum hoc abest è vetustissimo codice. & recte, mea quidem sententia. siquidem Suetonius libros suos per capita non distinxit. nihil tamen mutatum velim.

ET PUTEOLANAS MOLES. Sic quidem ms. nostri omnes, cùm vulgati & Puteolanæ molis legantur in uno vero eadem correctum manu repperi, ad Puteolanas moles, quam lectionem probo.

AD ANCORA S COLLOCATIS. Duo cod. collatis. pontes enim nauibus innxit viribus Imperij ludens, ac populum interea pene fame enecans. qua de re praeclare etiam Seneca, quamquam eo loco mordosus, lib. de brenit. vita c. XVIII.

AGGERE TERRENO. Lib. optimus, superiecto queterreno, sine aggere: ut terrenum pro terra accipiamus, hoc est, solo ipso. sic & Columella lib. II cap. II, Callidissimi terum rusticarum tria genera terreni esse dixerunt. & libro IIII cap. IIII, cùm sola ea res omnem impensam terreni pretio suo liberet. Et sane agger huic rei non conuenit, si vulgatam significationem accipiamus, sed quoniam, ut recte Isidorus tradit lib. xv cap. vlt. ag ger est etiam media via eminencia lapidibus strata, quam historici militarem vocant: idq. & Servius annotavit in illud Virg. lib. v, Qualis saepe viæ deprehensus in aggere serpens: à recepta lectio ne non recedo. ag gerem enim terrenum vocat, ad differentiam eius qui lapidibus stratus est.

QVERCICA CORONA. Eadem quercea frequentius & queroia appellatur, que & cinica est.

SECVRI ET CETRA ET GLADIO. Libri ms. inter se dissident. unus inter alios non habet cetra. placet

placet tamē. unde & cetrati milites. atq; eo quidē magis placet, quod cetera pelta, ut alicubi de bello Punico tradit Linius, non dissimilis, recte securi adiungitur, quae nota Amazonum arma sunt. Q. Curtius initio lib. 111, armati bipenibus, leuibusque scutis, cetræ maximè speciem reddentib.

PRÆSE FERENS DARIVM PVERVM.  
Plures libri Dareum. Illud vero, præse ferens, ita interpretor, ut eodem in curru ante ipsum Dareus fuerit. quale aliquid in veteribus quadrigatis ac bigatis nimis non semel cernitur. Dio secutum scribit.

IN ESEDIS. Liber peruetustus in effedo. non displicet. quamquam maiorem illam amicorum cohortem fuisse credendum est, quam ut uno effedo veheretur.

IN VERVM NEPOTEM. Naturalem scilicet ac legitimum, ut I. C<sup>ti</sup> vocant.

XX. HASTICOS LUDOS. Sic quoque editio Gallica, & unus è nostris ms. Germanica vero, & ms. plures, Atticos. unus etiam liber peruetustus asticos. quam lectionem Turnebus amplectitur. Ego sanè non negaverim quin Caius, Syracusis cùm esset, Atheniensium imitatione ludos ediderit. malim tamen Aetiacos legere: ut & Tiber. c. vi. Hasticos vero nullo modo placet.

LUGDVNI MISCELLOS. Turn. lib. aduers. XXI cap. XXII, ludos miscellos vocare Suetonium arbitratur, quæ Iuuen. miscellanea Sat. xi. Sed neque quales hi ludi fuerint explicat, & Iuuenalem, meo quidem iudicio, non satis recte interpretatur. Varro lib. 111 de reruſt. columbarum quoddam genus miscellum vocat, quæ neque agrestes neque domestice sint. atque idem lib. I cap. LIII, quemadmodum & Cato de reruſt. cap. VI, miscellas appellat vites, quæ omni agro conueniunt.

niunt. quare miscellos quoque ludos vocari existimo, qui ad nullum certum genus ludorum scenicorum, siue argumentum siue scene instrumēta & apparatum spēctes, referri possint, vt contemptim de his qui sua decoxerint dixerit Iuuen. sic veniunt ad miscellanea ludi, turpis nempe quam si inter legitimos atque ordinarios histriones suam scene locarent operam. Simile illud Horatij epist. ad Lollium 11, ad iūmum Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum.

SED ET CERTAMEN. *Lugduni id institutum intelligo. Sed an Caius instituerit, merito potest dubitari.* Nam viuente adhuc Augusto, si Dionis creditimus sub finem lib. LIII, ludi illic ad eius aram celebrabantur, quos sua quoque etate permāsse testatur. hinc igitur Iuuenalem intelligimus, Sat. 1, cūm ait, Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. *De qua etiam Suet. Claud. cap. II: & Strabo lib. III.* Quod autē certamen vocat Sueton. ἀγῶνα appellant Græci: sic enim de Mausoleo Gellius lib. x cap. xviii, Id monumentum Artemisia cum Diis Manibus sacris Mausoli dicaret, ἀγῶνα, id est, certamen laudibus eius dicundis facit, ponitque præmia pecuniæ aliarumque rerum bonarum amplissima, quo tamen loco legendum existimo, Diis Manibus Mausoli sacrum: sepulcra enim Diis Manibus eorum qui in illis siti erant consecrabantur. Tale autem eloquentia certamen etiā Neapoli fuit.

FERVLIS OBIVRGARI. Atqui verbis tantum obiurgamus. sic enim Cic. ad Atticum, castigatione & obiurgatione dignus. quare adducor, vt, quod in uno probata fidei cod. repperi, obiurgari restituam. neque enim huiusmodi verba à Suetonio aliena sunt. & accedit, quod virgatis sagulis, & virgati calathisci,

*Virg.*

*Virg.* & *Cat.* dixerunt, ut valentes virgatores *Plaut.*  
*Afinaria.* Quod vero molli brachio obiurgare *Cic.*  
*lib. ii ad Att.* dixit, id è referendum quod obiurgando  
*iactare brachia consueimus.* Suo tamen arbitrio letto-  
*rem relinquo.* cum admonere flagello *Columella*, &  
*telo Admonuit biugos Virgilinus dixerit:* ut fustum  
*admonitio Callistratus l. vii de pœnis,* & flagris ob-  
*iurgari ipse Suetonius Oth. cap. ii.*

**XXI. S V B T I B E R I O S E M I P E R F E C T A.** *Sup.*  
*Tib. cap. XLVII. 7nf. Cland. cap. XXI.*

INCHOAVIT AVTEM. *Lib. duo inchoauitq;*  
 REGIONE TIBURTI. Sic Tiburtem agrum  
*Linius,* & Tiburte via *Horatius*, Villam etiam in Ti-  
 burte dixit *Cic. ii de orat.* Porro de hoc opere *Plin.*  
*lib. xxxvi cap. xv,* Vicit antecedentes aquarū ductus  
 nouissimum impendium operis, inchoati à C. Cæsa-  
 re, & peracti à Claudio, quippe à lapide quadragesi-  
 mo ad eam excelsitatem, ut in omnes vrbis montes  
 leuarentur, influxere *Curtius* atque cæruleus fontes.  
 adde *Suet. Cland. cap. xx.* Quamquam non satis hic  
 intelligo, quomodo eum regione Tiburti *Caius inchoa-*  
*uerit*, qui à quadragesimo ab urbe lapide venerit. Latè  
 sanè agrum patuisse Tiburtinum necesse est, nam vrbs  
 ipsa xx tantum millibus aberat.

MLETI DIDYMEVM. *De Apolline Didymo, eiusque templo, Plin. lib. v cap. xxix.* plura *Strabo*  
 initio *lib. xiiii.* & de nominis ratione *Macrobius lib.*  
*i Saturn. cap. xvii.* quamquam *Pausanias* illud à di-  
 dymis, loco scilicet sic appellato, deducat. Sed & *Vlpianus*  
 noster, titulo xx, Deos, inquit, heredes instituere  
 non possumus, præter eos quos ex S.C. aut consti-  
 tutionibus principum instituere concessum est. sicuti  
 Iouem

Iouem Tarpeium, Apollinem Didymæum, Martem in Gallia.

Olympici Iouis. *Inf. cap. LVII.* Elegans etiam lo- xxix.  
eus Pausanias Bœoticus, de Cupidine Thesspiensium per  
Caium amoto: quem cum Claudius reddidisset, Hero  
iterum sustulit. vult enim Pausanias utrumque  
principem, ob id scelus, iusta numinis vindicta, easum  
fuisse.

S V V M I M P O N E R E T V R . Duo cod. impone-  
ret. quod magis placet.

I N V E S T I B U L U M T R A N S F I G V R A T A .  
Ædem Castorum in foro fuisse, cū ex aliis auctoribus,  
tum ex Suetonio ipso constat, *Cæs. cap. x.* Partem igitur  
palatiū ita in forum præmonit Caius, vt Castorum aedes  
in vestibulo quodammodo esse videretur. adem verò nō  
diruit: sed ea, vt scribit Dio, in duas partes diuisa, in-  
gressum per media Deorum fratrum simulacra, in pa-  
latium struxit, dicens se ianitores habere velle Lede ac  
Touis filios. Melius autem Suetonium & Dionem in-  
telliget, qui scinerit in ea montis Palatini parte fuisse  
Tiberij domū, ubi Romani postea principes habitarūt:  
que viam sacram & pacis templum respicit. ut ex la-  
mina plumbea, in hortis Farnesianis, cum Tiberij in-  
scriptione, reperta constat. media autem aedes Casto-  
rum fuit. Porro quod Castores sibi ianitores esse vo-  
luit Caius, ex Augusti somnio declaratur. de quo sup.  
*cap. XCII.*

M E D I V M S E A D O R A N D V M . Rectè. vulgati,  
medius se ador. *Virg.* mediāmque locauit. qui locus  
honoratissimus habebatur.

L A T I A L E M I O V E M . Atque ita ut Cre-  
tensis ille cum Iunone, sic ipse quoque cum sororibus  
concu-

concubuit. nec Iuppiter tantum: sed nunc Bacchus, nūc Hercules, nunc Neptunus quoque videri voluit: quin & Dearum interdum habitum sumpit. Nihil ergo Gallo illo, quem Dio commemorat, liberius atque virbanus: is enim, cum fons specie pro tribunal i sedentem intuitus subrisisset, interrogatus ab ipso Caio quid esse illi videretur, μέγα παρελθόντα respondit: hoc est magnum deliramentum. De qua monstri huins insania etiam Athenaeus.

SIMVLACRVM AVR. ICONICVM. Plus res & meliores libri, Iconium. Iconas autem vocabat imagines ad viuum expressas. vnde fonscula, Nerone cap. LVI. Sic statua iconice apud Plinium, lib. XXXIIII cap. IIII: & Iconici duces, lib. XXXV cap. VIIII: ut αὐτοῦ μαρτιουρία, apud Athenaeum lib. V cap. VI, ubi de name Philopatoris.

MAGISTERIA SACERDOTII. Sic Domit. cap. IIII, sorte ducti magisterio fungerentur. Capitol. M. Antonino, fuit in eo sacerdotio & præsul, & vates, & magister. Linius lib. XXXIX, magistri lacrorū. De Caij autem sacerdotib. Claud. cap. IX.

ΕΣ ΓΑΙΑΝ ΔΑΝΑΩΝ ΠΕΡΑΩ ΣΕ'. Sententia horum verborum manifesta, ac rei presenti aptissima est: nec incerta librorum fides. nisi quod in uno περὶ τῷ, legiūr. Turnebus tamen ex Dione restituit, ἦ μ' ἀνάτηπ ἦ ἐγώ τε, ut & ante Turnebum Petrus Victorius, castigationibus suis in epistolas ad Att. lib. XVI. Verum ut vtriusque diligentiam laudo, sic admonitum lectorum velim alia de re Dionem loqui, cùm illud Homerī hemistichion citat: de alia vero hic Suetonium. Caius enim Ioue fulminante, cùm et ipse machina quadam contra iacularetur, ea verba proferebat, ἦ μ' ἀνάτηπ ἦ ἐγώ

ñ ἐγώ σε: at hic aptissimè, velut inter iurgia, Capitoli-  
nis illi sedibus interdicens, in Græciam mittendum com-  
minatur. Alterum verò illud, non tam comminantis,  
quām timentis est etiam, aut me occide aut ego te.  
expauisse autem Caium fulmina, auctor est Suetonius  
cap. li. quare vulgatum lectionē hic retineo. ut & apud  
Senecam lib. i, de ira, cùm scribit, Caius Cæsar, iratus  
celo, quòd obstreperet pantomimis quos imitabatur  
studiosius quām spectabat, quodque commissatio sua  
fulminibus terretur, ad pugnam vocavit: & quidē  
sine intermissione Homericum illum exclamans  
versum, οὐ τέρπεται σεῖο δεῦρο οἰωνότερος αὖτος. Non  
negauerim tamen, Dionis hemisticchium Seneca magis  
quam Suetonio conuenire; cùm eadem de re ambo illi lo-  
quantur: Sueton. verò de alia prorsus.

EX INCESTO Q VOD AVG. An ergo ea exiliij xxiii.  
Nasonis causa, Cur aliquid vidi cur noxia lumina  
feci? Incestum autem, vt non male Fidorus, propter illi-  
citam coniunctionem vocatur, quasi incestum, cum ea  
quam quis iure ducente prohibetur.

ACTIACAS SINGVLAS Q VE. Facile Beroal-  
do assentior, Siculasque legenti.

VLYSSEM STOLATVM. Quod muliebri spe-  
cie virum, & quidem astutissimum ac fallacissimum,  
tegeret. stola enim matronarum est. Nō absimile quod  
de Zenone Epicureo scribit Cic. lib. i de nat. deorum,  
Socrate in ipsum parentem Philosophiæ, Latino ver-  
bo vtens, scurram Atticum fuisse dicebat.

DECVRIONE FUNDANO. Suet. Tib. cap. v,  
natum eum Fundis multos credidisse scribit, quòd auid  
ipsius materna, hoc est Liuia mater, Fundana fuerit,  
Ausfidij Lingonis, ut ex hoc loco colligimus, filia. & sanc  
V gentem

306 LÆVINI TORRENTII  
gentem Aufidiam Fundanam fuisse, docet nos ille Horatij, ex Sat. v lib. i, versus, Fundos Aufidio Lusco prætore libenter Liquimus.

A U F I D I V M L I N G O N E M. Sic Gryphij editio, & ms. duo: Frobenij verò, & meliores ms. Lurconem, Utrumq; autem Aufidiorum cognomē fuit, Lurco, & Lingo; vt & Orestes, Fasti, Capitol. & Varro lib. iii de reruſtica: & Luscus apud Horatium, niſi more ſuo eum ridens ſic vocauerit, cùm verè luscus eſſet.

S E C R E T U M P E T E N T I. Sic Tib. cap. xxv, & Plin. lib. i. epift. v, Illic mē persecutus ſecretum petit. Paſto aliter Suet. Claud. cap. x, ſecretum eo deſiderāte, cùm omnino ſolus eſſe vellet.

F R A T R E M T I B E R I V M. Vide ſuprà cap. xiii.

S I L A N U M I T E M S O C E R V U M. De Silano etiā ſup. ca. xii. Sed plura Dio. Caius enī pecudem aureā vocabat.

A N T I D O T U M O B O L V I S S E T. Libri duο oboleuiſſet, vnuſ obſoleuiſſet. Suet. Vefpas. cap. vi, ma- luſſem alliuſ oboluſſes.

N A M S U C C E S S O R E M I M P. C L A V D I U M. Tres libri optimi, nam Claudiū, expuncto ſuccellem imperij.

I N F R A S E. De ſedendi ſen accumbendi ordine in coniuiis, multa notaui ad Hor. lib. ii Sat. viii, No-  
**xxiiii.** mentanus erat ſuper iplum. Cic. ep. ad Petrum, in frā Citheris accubuit.

L. C A S S I O L O N G I N O. An hic ille Cassius Lō-  
ginus, quem poſtea procoſ. Asia occidēti delegauit? Porro Cassio huic Longino Drusillā Tiberius deſpon- derat, ut M. Vinicio Linillā; Agrippinam vero Cn. Domitio: quos Tiberij progeneros vocat Tac. lib. v An- nal. ablatā verò à Cassio Caius, ac tantū nō uxoris loca habitam, M. Lepido, cū quo mutuā ſtupri confuetudinē habe-

habebat, postea tradidit: in eoq; matrimonio defuncte, publicam sepulturā tribuit. Sic Dio lib. LIX. quē vide. nec non Seneca de consolat. ad Polybium, cap. XXXVI.

PER NOMEN DRVSILÆ DEIERAVIT. Non male, qui, per numen, legendum putet. nam præterquam quod diuinis eam vbiq; honoribus coli Caius iussit, ac Veneri exequauit, Pantheam vocatam fuisse scribit Dio: imperatumq; mulieribus ut eam, tamquā fusionem scilicet, in posterum iurarent.

IN CAUSA ÆMILII LEPIDI. Drusilla antea mariti, quem honoribus Caius extulerat. Vide Dionē, & Josephum antiquit. lib. XIX.

ADITO ELOGIO. Elogium, frequens etiam Ciceroni verbum, nihil aliud quam certa quædam vel ad landē vel ad vituperationem testificatio est: atque adeò causa ipsa quare quid fiat. hoc ergo est quod elogium additū à Caio narrat Suetonius, causam scilicet ob quā sorores damnasset. id enim sollempne erat Romæ: & quidem, ut vel titulus damnatis præferretur; vel præconis voce pronunciaretur quare plecterentur. exempla sepe obuia. ut hic, & Domitiano c. x: & apud Spart. Seuero, fustibus eū sub elogio præconis cecidit, Legatū P.R. homo plebeius temere amplecti noli. & Lapr. Alejandro, In foro transitorio ad stipitē illum ligari præcepit: & fumo apposito, quem ex stipulis & humidis lignis fieri iusserat, necauit: præcone dicēte, fumo punitur qui sumū vendidit. Addel. xv i Cod. quibus ex causis inf. irrog. et sic intellige Hor. locū epo. v i, Sectus flagellis hic triūviralibus Præconis ad fastidiū. ut ibi diximus. Quos verò gladios hic Sueton. Glidia vocat Dio. Tres autē ideo cosecravit, quod triū hominū, Lepidi scilicet, et duarum sororū suarū, insidias effugerat.

XXV. V X O R E M M E A M P R E M E R E . Plaut. Asin.  
Act. III Scen. I, neque illæc vlli pede pedem homini premat.

A B D U X I S S E E A M S E C V M . Liber opt. abduxisse cum hac. *Lego igitur, abduxisse se cum hac.*

R O M V L I E T A V G V S T I . De Romulo, res nota.  
de Augusto, cap. LXII.

L O L L I A M P A V L L I N A M . M. Lolly, de quo  
Tib. cap. XIII, neptem. vide Pliniū lib. IX cap. XXXV.  
Suet. Claud. cap. XXVI.

C. M E M M I O . Lib. tres, C. Memmij Consulatis  
exercitus regentis nuptam. *De hoc Euseb. chronicis,*  
Caius Memmij Reguli duxit vxorem impellens eū  
ut vxoris suæ patrem esse se scriberet. *Atque hic quidem C. Memmius Regulus, rebus Tiberiis impense fa-*  
*nuens, eo anno consul fuit quo Seianus occisus est.* Dio.

C A E S O N I A M . Hanc octauo mense natam scribit  
Plin. lib. VII cap. V.

C H L A M Y D E F E L T A Q V E E T G L A D I O  
C O M A T A M . Sic quidem etiam Gryphius: sed Frobe-  
nius, & MS. duo armata: alij ornatam, an comatam  
fortè Amazonum ritu dixit, an verò comptam legen-  
dum? Chlamydem autē intertextam auro etiā Agrip-  
pina induerat, quo tempore Claudius celebrem illam  
naumachiam in ueste militari edidit. Dio & Plin.  
XXXIII cap. III.

A M I C I S V E R O E T I A M N U D A M . Lib. MS.  
omnes, amicis nudam etiam.

V X O R I O N O M I N E D I G N A T V S E S T . Verba  
hac in lib. opt. desiderātur. Dio narrat adulterio ei prius  
fuisse cognitam, granidamq; duxisse, vt trigesimo die  
pareret. quare nihil hic muto.

MINERVÆ GREMIO. Iosephus scribit, perinde ac fibi cum ſoue communem, ſimulacri cuius genibus impoſuiffe.

QVAM FERITATIS. Mallem feritate, vt in opt. codice.

EX SELENA FILIA. Sic etiam editio Germanica, & MS duo: alij ex Helena, vel Helene. sed male. Rex Iuba enim, Iuba, quem Cæſar dictator vicit, filius, ex Cleopatra, Antonij i i i viri & Cleopatra Agypti regina filia, hunc de quo Suetonius Ptolemaum filium gennuit. Cleopatram vero Selēnam appellat Suet. indito a matre cognomine: quæcum sē Lunam & Isidem, ut Antonius Bacchum sē atque Osirim, uominasset; filio etiam Alexandro, & Cleopatra filiae, ſolis ac luna nomen dedit. Cleopatram vero vocant Dio lib. li, & Plut. Antonio, ac nūmus argēteus Iuba iunioris eiusq; vxoris, quē vna cū duob. aliis huic ſpectatib. allatū ex Africa et ab Aluaro Nunnio viro pari comitate ac doctrina mihi donatū memoriae cauſahis cōmentariis imprimi curauit.





*Porro quod Ptolemaeum Caij consobrinum vocat Suet. cum Caius Antonij pronepos fuerit, Ptolemaeus nepos, hic nempe ex eius filia Cleopatra, ille ex nepote Germanico Antonie Iunioris filio natus, larga vocabuli eius significatione accipiendum est: cum ne apud I. C<sup>tos</sup> quidem consobrini semper duarum sororum filios significet; sed etiam ulteriore gradu. Simile aliquid ex Tacito inf. Ner. cap. v. Ptolemei huius meminit etiam Sen. de tranquill. vita c. xi.*

*SIBI OCCVRRE RERE. Lib. opt. currere. quod magis placet.*

*AD PLVTEVM. Quod pluteum Sueton. lecti frōtem, ni fallor, appellat Iuuen. Sat. xi, Sed nudo latere & paruis frons ærea lectis Vile coronati caput ostēdebat aselli. Festus generaliter pluteos vocari tradit, tabulas quibus aliquid præsepitur. quo sensu pluteū lecti cubicularis accipio, apud Mart. lib. III epigr. XLIX.*

*AD PEDES. Ad pedes stare solitos conuiuij ministros, ostendit Seneca lib. III de beneficiis, cap. xxvii, Seruus qui cœnanti ad pedes steterat. & Suet. Galba cap. xxii, ad pedes scantibus.*

*QVÆSTOREM SVVM. Bethenum Bassum, seu, ut ego legendum existimo, Babium Bassum, vocat Seneca, lib. III de ira cap. xviii.*

*ELISIQUE. Duo cod. elisi sine que.*

DECIMAS MATVRIVS DABAT. *Quid hoc  
loco sint decime, non satis scio. ipsa quidem sententia exi-  
git, ut credamus fuisse aliquid quod plebi tantum non  
etiam equiti dabatur: sed vocabuli rationem ignoro. nisi  
forte suspicemur, certum fuisse tesserarum genus, quod  
ita appellaretur. Nam Diogymnicis eum ludis spar-  
sisse tesseras in vulgo scribit, quas qui accepissent mul-  
tis donis afficerentur. Quae vero Turnebus in hunc la-  
cum commentatus est lib. XVIII cap. v, non satis pla-  
cent minus que interpretes: etiam Glareanus.*

E Q V E S T R I A. Sic popularia, Domit. cap. IIII.  
Seneca etiam equestre vocat lib. de benef. VII, cap. XII.  
Vide Ner. cap. XI.

E M I T T I Q V E M Q V A M. Lib. unus amicti, &  
superscriptum amiciri. ne quis scilicet aduersus solem  
sese tegeret. umbellis enim vii salebant. quod ex Mart.  
discimus lib. XIII epigr. XXVIII. & tale aliquid facere  
potuit Caius cū totus insapiret, initio verò principatus,  
ut Dio tradidit, & discalceatos spectare permisit, &  
aduersus solem usque pileorum Thessalicorum cōcessit:  
quin & Senatoribus, qui nudis antea asseribus sedebat,  
puluinos subiecit. Quare consuetam lectionem retineo.

R A B I D I S F E R I S. Locus haud dubie men-  
dosus. quem adiuvantibus optimè fidei exemplaribus,  
vnius tantum vocula transpositione, sic puto posse  
restitui: tabidas feras, vilissimos senioque confectos  
gladiatores, pegmati quoque patres familias notos,  
& insignes debilitate aliqua corporis, subiiciebat.  
*Quorū verborū sententia est: retentis medio astu spe-  
ctoribus, nihil eum quod eximum esset exhibuisse; sed  
tabidas in venatione feras; in munere gladiatorio gla-  
diatores vilissimos, aut senio iam confectos; pegmata*

quoque, non quæ à seruis publicis ad hoc idoneis gestarentur, sed à notis e populo, ijsq; infirmis ac debilibus. ut pegmatis dandi casu possumus sit. nam pegmatus nō video qui Latinum sit, aut a pegmate deduci possit: & plures libri pegmatos habet, unus pegmatus. possumus etiam sic interpretari, vt ex pegmate non ingenui ac speciosi pueri exurgerent, quemadmodum fieri consueuerat. sed turpes atque informes viri. Juuen. Sat. 1111; sic pugnas Cilicis spectabat & iectus, Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos. Illud verò tabidas feras, in duob. opt. ms. repperi.

POPVL O FAMEM IN DIXIT. Famem induxit, habent duo cod. sine verbo populo.

**XXVII. SÆVITIAM INGENII.** Lib. optimus ingeniam: vnde alij duo ingenitam fecere.

**INSPECTO ELOGIO.** De hoc vocabulo ante diximus, cap. XXIIII. qui plura velit, Turnebum videat, lib. xv cap. xx: lib. XVIII cap. xv, & XXI, et XXXI. Quamquam non tam de pœna causa aut indice ac titulo loquatur hic Sueton; nondum enim damnati erant quos duci inbebat Cainus, sed elogium causam ipsam de lationis significat qua demum examinata damnari vel absolui debebant. Tertull. apologet. Vestros iam contestamus actus qui quotidie iudicadis custodiis præsidetis, qui sententiis elogia dispugitis, tot à yobis nocentes variis criminum elogii recensentur.

**A CALVO AD CALVVM.** Recitè Beroaldus, vt cùm duos fortè caluos aliquo distantes interuallo cōspexisset, medios omnes ad supplicium duci iussserit. sic enim ducendi verbo usi sunt. legendum itaq; stans intra porticum, medios à c. non intra porticum medium, vt Pnlm. edidit. Dio tanquam in proverbiū abiisse narrat, à

VERBENATVM INFVLATVM QVE. Re-  
Etè sic Pulmannus ex Turnebo. quin & exemplar Tor-  
nacense, quo Erasmus & Glareanus vñ sunt, ita habet.  
vt miser ille votireus, tamquam hostia quedam pub-  
licq, verbenis insulisq, ornatus, ad precipitum ductus  
sit. Dio eum P. Afranum Potitū vocat: atque pio-  
rem illum, qui depugnatūrūm se armis voverat, Ata-  
num Secundum.

EX AGGERE. Aggerem Tarquinij intelligo, quo  
ad orientem, ut lib. 111 cap. v describit Plinius, vrbs  
claudebatur, opere inter prima mirabili. Celebre fuisse  
locum ostendit Juuen. Sat vi, illo versu, Plebeium in  
circo positum est & in aggere fatum. Inde ergo, vti &  
ex saxo Tarpeio, damnati deuicabantur. Quamquam  
& peculiarem locum Cay cedibus destinatum intellige-  
re possumus, auctore Seneca libro de tranquillitate vitæ  
cap. xiiii, his verbis, nec iam procul erat tumulus,  
in quo Cesari deo nostro fiebat quotidianum sacrū.

PER GENIVM S V V M. Per Genium Principis  
Romanos iurare solitos, testes sunt f. C<sup>ti</sup> nostri: quem-  
admodū & per salutē principis, & per principis venera-  
tionē, l. xiiii de iure iurando, l. xlvi de trāfactionibus,  
& l. ii C. de reb. creditis. Elegāter Tertull. apologetico  
c. xxviiii, Citius apud vos per omnes Deos quā per  
Geniū principis peieratur. nec minus faciē Minucius  
Felix, lib. qui Octavius inscribitur, Eorū numē inuo-  
cant, ad imagines supplicant, Genium, hoc est, dæmo-  
nem, implorant, & est eis tutius per Iouis Genium  
peierare quā Regis. Crebra etiam Imperatorum, &  
quidem, quod miror, Christianorum quoque, numisma-  
ta cum inscriptione GENIO AVG. vti & FORTVN.

AVG. nam etiam per fortunam Cesaris iurabant.

PARENTES SVPPL. FILIOR. Ut Capitonem quendam: cùmque interrogaret an conniuere liceret, & ipsum iussit interfici, Dio.

LECTICAM MISIT. Ut in ius vocatis, si morbo aut atate impediabantur, iumentum sterni ex XII tab. iubebatur. Gell. xx. cap. i.

EPVLIS STATIM ADHIBVIT. Duo codicis non habent adhibuit. nec male. Crudelissime huias comitatibus, vel idem, vel aliud simile exemplum narrat Seneca, lib. II de ira cap. XXXIII, de Pastoris, splendidi equitis Romani, filio; quem Caius, offensus mūditiis eius & cultioribus capillis, occiderat. sic enim ibi omnino legendum censō, pro immunditiis & incultioribus. nā Caius pulchros omnes comatosq; oderat. inf. c. XXXV.

CATENIS VERBERATVM. Sunt qui habent malint, que seruorum & puerorum castigatio est. Horat. lib. II epist. II, metuens pendentes habenæ: & Ulpianus L. I de S. C. Silanianio, Solet hoc in vsu obseruari, ut impuberes non torqueantur: terreri tantum solent, & habent vel ferula cædi. Ego receptam lectionem retineo. Nam Callistratus, inter pœnas que corporis coercitionem continent, fustium admonitionē, flagellarum castigationem, vincularum verberationem enumerat. l. VII de pœnis.

MEDIA AMPHITHEATRI ARENA. Græcorum more, ut de Polycarpo, atque aliis sanctissimis nostra religionis assertoribus, legitimus. quod Iuuenali lumen adserit Sat. I, tæda lucebis in illa. Mallem etiam Atellanarum poëtam.

XXVIII. SIBI QVOQVE EXVLES SVOS. Meliores lib. exules suos sibi quoque.

CIRCVM

CIRCVM INSVLAS. *Nota apud I. C<sup>tos</sup> pœna relegationis in insulam, quales maxime Cyclades. Saepè apud Iuuen.*

DISCERPI SENATOREM. *Scribonium Proculum appellat Dio, qui rem apertius enarrat.*

HOC EST INVERECVNDIAM. *Ex glossema-* XXIX.  
te verba hæc adiecta existimo. merito igitur à Pulmano expuncta. nam à diutęe iav torum nescio quid et rigidum, potius quam inuercundum, significat.

OMNIA MIHI ET IN OMNES. *Lib. optimus, quod mirere, omnia mihi & heroibus in omnibus lic. alter, om. m. & herois omnibus lic.*

PROPAGARI SIBI COMMEATVM. *Non soli igitur milites castris abesse sine commeatu non poterant: sed ne ab urbe quidem, & magistratus, & qui magistratum gesserant: ut prætorius iste. Tib. cap. x,*  
*& xxxi.*

NON PRODESSET ELLEBORVM. *Lib. opt. profuisset. notum omnibus prouerbium, nauiget Anticyram. Plin. lib. xxxv cap. v: Gell. lib. xvii cap. xv: Horat. lib. 11 Sat. 111, & epist. ad Pisones, si tribus Anticyris.*

ITA FERI. *Turnebo quidem, sic legenti, assen-* XXX.  
*tior: sed, an ita in antiquis exemplaribus scriptū inuenitur, ignoror. Libri quos vidi omnes, ita fieri legunt.*

QVOS CREMATOS SIMVLATERAT. *Sup. cap. xv.*

ADVERSVS STVDIVM SVVM.  
*Ipse factioni prasina fauebat, ut & Nero, & Vitellius, & Verus.*

TETRINIUS LATRO POSTVLARE-TV'R. *Ad arenam scilicet: non ad iudicium, ut volunt*

volunt interpretes. Latro autem, cognomen Tetrini⁹  
gladiatori⁹ est. At sup. Augusto Terrinius Gallus Se-  
nator quidam memoratur.

T E T R I N I O S E S S E A I T . H o c e s t , d i g n o s q u i  
ad ferrum & ipsi darentur.

R E S U M P T A F U S C I N A . S i m i l i s a p u d I u n e n .  
l o c u s S a t . 1 1 , V i c i t & h o c m o n s t r u m t u n i c a t i f u s c i n a  
G r a c c h i . r e t i a r i u m e n i m d e s c r i b i t . Q u a d e r e m u l t a  
i n H o r a t . l i b . 1 1 S a t . v i , T h r a x e s t g a l l i n a S y r o p a r .

XXXI. A V G V S T I P R I N C I P A T V M . L i b . o p t i m u s  
p r i n c i p i u m , q u o d v t s e q u a m u r t e m p o r u m r a t i o p r o h i-  
b e t . V a r u s e n i m e x t r e m i s A u g . t e m p o r i b . o c c u b u i t .  
N i s i f o r t e p r i n c i p i u m p r o p r i n c i p a t u d i x i t . q u o d i t a  
e s s e o f f e n d i t v e r b u m m e m o r a b i l e . N a m s i p r i n c i p a t u  
r e t i n e s , m e m o r a b i l e m s c r i b i n e c e s s e e s t .

R V I N A S P E C T A C V L O R V M . S p e c t a c u l a , p r o  
l o c o v n d e l u d i s p e c t a b a n t u r , d i x i t . t h e a t r u m e n i m i p s u  
c o r r u i t , v t T i b . c a p . X L v i d i m u s . M a l e i g i t u r i n v u l-  
g a t i s l i b . s p e c t a c u l o r u m , & s p e c u l a t o r u m , l e g i t u r . I u n .  
S a t . v i , c u n e i s a n h a b e n t s p e c t a c u l a t o t i s Q u o d s e-  
c u r u s a m e s .

XXXII. M I L E S D E C O L L A N D I A R T I F E X . M i l i t u  
i d e r g o , & q u i d e m , q u o d a l i b i a n n o t a n i m u s s p e c u l a t o r u  
m u n u s e r a t . D e c o l l a d i a u t e v e r b o e a s i g n i f i c a t i o n e s e p e  
v t i t u r S e n e c a . P l a n t u s , & V a r r o , p r o f r u s t r a r i a c d e-  
c i p e r e d i x e r u n t , u e r a p e r i o s , v t a r b i t r o r . C e c i l i u s p r o e  
c o l l o d e p o n e r e , N o n i u s & D i o m e d e s G r a m m a t i c i .

R E P E N T E O M N E S . L i b . v n u s p o n t e o m n e s .  
& mox retrusit, pro detrusit.

R U D I B U S S E C V M B A T V E N T E M . S i c  
L a m p r i d . C o m m o d o , i n a r e n a r u d i b u s i n t e r c u b i c u-  
l a r i o s g l a d i a t o r e s p u g n a u i t . e s t e n i m R u d i s , v i r g a i m-  
p o l i t a ,

polita, qua donati non amplius ferro decernere cogebantur. Ad rudium differentiam inf. cap. llll, batuebat, inquit Sueton. pugnatoriis armis. A batuere autem batualia, exercitia tam gladiatorum quam militum; & batuitores, apud Adamantium Grammat.

POPARVM HABITV. Popæ, qui & victimarij appellantur, iij erant qui mactabant victimas: at cultrarij, quamquam & ij popæ, ut arbitror, non male dicuntur, qui mactatas ingulabant. Bini enim plerumque adsunt, limo tantum pudēda recti, cetera nudti. quo habitu Romæ in Capitolijs area videntur. unde & Propert. lib. III eleg. iii, Succinctique calent ad noua lucra popæ. Spart. Geta, Hostiam popa, nomine Antoninus, percussit. Limum verò vocari quo se relabant, auctor est Serinius, lib XII Æneid. Velati limo. Utitur eo vocabulo Gellius lib. XII cap. III, quamquam vulgati codices Linum, & Linium habent. Vide locū, & Isidorum lib. XV cap. XIII Etymol. quaq; notari ad Horatium lib. III oda XXIIII. In Seruij commentariis mendosè pomparum, pro poparum legitur.

EXQVISITVRVM SE VEL FIDICVLIS. XXXIII. Duo lib. exquis. semel fidiculis. vt semet fortassis legendum sit, quo ipse tortoris vicem subeat.

TANTO PERE DILIGERET. Juuen. Sat. VI ad philtrum amoris causam refert. vt auunculus ille Neronis, Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli Infudit. vti Suet. quoque cap. LV I.

OMNIS ÆVI HOMINES. Lib. MS. nostri XXXIV. omne genus hominum, & homines. sed male: vt ex iis quæ sequuntur appetet.

IN MARTIVM CAMPVM COLLATAS. Lib. opt. signatas. hoc est, vt ego interpretor, circumsepto loco

*loco positas. ut Virg. lib. i Georg. Ne signare quidem, aut partiti limite campum Fas erat.*

NON VALVERINT. *Plures libri potuerint, ex glossematio aliquo. Virg. si valeo meminisse. Horat. Si valeo stare. suis etiam titulis pro saluis mallem. sensus enim est, diffractas disiectasque statuas sic componi nequiuissse, ut agnit & suis queque basibus, quibus inscripti erant tituli, accommodarentur.*

CONSULTO SE. *Tres ms. se consulto. Tiberius sibi tantum nisi permisso suo statuas ponit venuit: Caius omnibus. quod deinceps seruatum est.*

SE ME HERCLE EFFECT. *Mallem, semel hercle.*

PRÆTER AEQVM. *Omnes ms. possint præter eum. quam lectionem fatentur etiam interpretes. Ioannes Corasius præter eccum legit. sed eam lectionem mihi sanè non probat. Ego, nescio an probabilius, post verbum possint interpungendum censeo, & pro præter eum scribendum præterea, atque id sequenti capiti præponendum. Notum autem omnibus responsa prudenter vim iuris olim obtinuisse.*

XXXV. TORQVATO TORQVEM. *Atqui Augustus Torquati nomen, quod Manliorum erat, C. Nonium Asprenatem posterosque eius ferre permisit. cap. XLII.*

MAGNI COGNOMEN. *Lib. opt. nomē. huic autem Cn. Pompeio, redditio Magni nomine, Claudius postea filiam despondit. cap. XXVII.*

PVRPVREÆ ABOLLEÆ. *Abollam Nonius vestem fuisse militarem tradit, ut non male Ptolemao huic conueniat, regi nempe Barbaro. Iuuen. Sat. IIII cùm inquit, rapta properabat abolla Pegasus, honestū vesti-*

vestimenti genus suisse ostendit, quod Pegasus Albæ  
a id Domitianum Cæsarem præfectus ipse urbi sumpserit.  
Idem tamen Sat. 111, ubi ait, atque audi facinus ma-  
ioris abollæ, abollam Stoicis tribuit: quemadmodum  
& Martialis nunc Crispinum aulicum, nunc Cynicos,  
abolla vestit, libro VIII epigr. XLVIII, & lib. I epigr.  
XXXII.

ESIVS PROCVLVS. Proculus, & Plantiorū,  
& Iuliōrum, & Cocceiorum, & Liciniorum, & Babio-  
rum cognomen esse notavi: adde etiam Esiorum, que ges  
tamen mihi ignota est. libri duo Hesius scribunt.

COLOSSEROS. Sic nostri ms. omnes, inuenitur  
tamen etiam Colosseos, &, ut Turnebus testatur, zo-  
lōtū &. quo sensu ignoror. mallem igitur Colosseus. Sic  
enim & Plin. lib. XXXV cap. VII, Nero princeps iusse-  
rat colosseum se pingi: & lib. XXXIIII cap. VII, simu-  
lacrum colosseum; ut statuam colosseam ipse Suet.  
Vesp. cap. XXIII & Spart. L. Aelio. sed & lignū co-  
lossicon Plin. lib. XXIIII cap. VIII, ut opera colossi-  
cota lib. X. Vitruvius, quæ ingentiora sint. hinc igitur  
pronerbium κολοσσαῖς τῷ μέγεδῳ.

THRACI ET MOX HOPLOMA-  
CHO COMPARAVIT. Pro Thraci, vetustissima  
exemplaria Threci, & Treci habent, ut etiam apud  
Horat. Threx, vel Trex, est Gallina Syro par? Hoplo-  
machi autem armati vocabantur, adeorum differen-  
tiam qui inermes fermè, & sape cateruatum, meri-  
diano maximè tempore, depugnabant. Seneca  
lib. I epistola VII, Casu in meridianum spe-  
ctaculum incidi. & mox, quicquid ante pu-  
gnatum est, misericordia fuit: nunc meta ho-  
mocidia fiunt, nihil habent quo tegantur, ad ictum

t otis

totis corporibus expositi: numquam frustra manum  
mittunt. hoc plerique ordinariis paribus & postu-  
latitiis, ut in expeditione, præferunt. quid ni præfe-  
rant? non galea, non scuto repellitur ferrū. Hinc satis  
apertè intelligitur qui hoplomachi fuerint. Comparare  
vero Thraci dixit Sueton. ut committere, contendere,  
& componere: & quidem maximè proprie, cùm par pa-  
ri conreditur.

NEMORENSI REGI. Libri ms. omnes Ne-  
morensi, aut Nemorensi. rectè autem Beroaldus, ex  
Strab.lib.v, & Seruio in illud Virg.lib.vi, latet arbore  
opaca Aureus & foliis & lento vimine ramus, quis  
rex Nemorensis fuerit declarat. quibus adde Pausa-  
niam Corinthiacis. Dicato enim ab Hippolyto, post-  
quam eum Aesculapius in vitam restituerat, Diana  
Aricinæ templo, cui lucus adiacet, & lacus hodie quo-  
que Nemorensis dictus (vulgo Speculum Diana) postea  
barbarico Scytharum more inductum fuit, ut, inter ser-  
uos fugitivos is qui singulari certamine victor primus  
hostiam immolasset, Deo sacerdos fieret: quem & regē  
appellabant: & sacerdotij regnum tanti sper obtine-  
bat, dum, vertente anno, fortior aliquis superueniens  
eum pugna superaret: qualem Caius ei qui iam mul-  
tos annos sacerdotio præfuerat summisit. Eleganter igit  
ur ingeniosissimus poëta Ouidius lib. 111 Fast. Regna  
tenent fortes manibus, pedibusque fugaces: Et perit  
exemplo postmodo quisque suo. Plura vide apud  
Gregorium Gyraldum, syntagmate 111.

ESSEDARIO PORIO. Lib. vnius Poio. maillem  
Poro. Essedarios verò genus fuisse gladiatorum, qui ex  
essedo pugnabant, manifestum est etiam ex Suetonij  
Cland. cap. xxii.

Pulmannus, & hic, & cap. LV & LVII. quamquam eum magno consensu M. Nestorem vocant omnes quos vidi codices, Dio verum nomen seruat. extat etiam hec inscriptio, t. IVLIO AVG. L. MNESTERI. de M. Lepido sup. cap. XXIIII.

VALERIVS CATVLVS. Lib. opt. Catullus. & sane Catulus Lutatiorum, Catullus Valeriorum est. Vetus nummus, l. VALERIVS CATVLLVS IIIVIR AAA FF.

LASCIVIAE NOTIS. Quales supra Aug.  
cap. LXIX.

NEPOTINIS SVMPTIB. Lib. vnius Nepotatus: XXXVII. quod Beroaldus quoq; agnoscit. & sane Nepotatus, & Nepotari dixerunt veteres: etiā Plin. Plura in Hor. epod. i, Discinctus aut perdam ut nepos. De Caij vero luxu eleganter admodum Seneca, de cōsōlat. ad Helviam sive Albinam cap. ix, C. Caesar, quem mihi videtur rerum natura edidisse ut ostenderet quid summa vitia in summa fortuna possent, centies hs cœnauit vno die: & in hoc omnium adiutus ingenio, vix inuenit quomodo prouinciarum tributum vna cœna fieret.

VNGVENTIS LAVARETVR. Unguentis etiam solia temperabat. quod vnius etiam è Neronis seruis fecit. Plin. lib. XIII, cap. III.

BASILICÆ IVLLÆ. Sunt qui Paulli, sunt qui Caij & Lucij basilicā intelligat, quas nepotū nomine Augustus extruxit. Verūm basilicæ Iulie, quam Cesar dictator anno imperij sui tertio dedicauit, meminit Eusebius Chronicis. nec dubium quin de ea hic loquatur Suet. vti & Quintil. lib. XII, et Plin. epist. vlt. lib. v. Errat

etiam Beroaldus, cùm eam à Vitruvio extrectam dicit. Vitruvius enim basilica Iulia Fanestri, non Roma, edificande prefuit: ut de se ipse testatur, lib. v cap. i.

DE CEDRIS LIBURNICAS. Sic libri omnes, quos videre me contigit: nisi quod unus Liburnas, pro Liburnicas, habet: sicut & Horat epod. i, Ibis Liburnis. Turnebus tamen, lib. xxii cap. xxx, Graco vocabulo & excepit legit: ut decemremes ingentis magnitudinis intelligamus. Ego magnitudinem ex his quae sequuntur satis ostendi existimo. nec consuevit Suetonius Gracem loqui: aut, si loquatur, eo modo Gracum epitheton voci Latinae adiungere. & cur non, ut & Egypti quidam & Syria reges, Caius quoque de cedris Liburnicas edificauerit? sic enim, quod Caius nepotatum decet, amplitudini narium etiam materia pretium accesserit.

ETIAM VITIVM. Libri duo non habent vitiū. sed & illæ due dictiones, de die, in iisdem desiderantur. male. nam de die coniunctantem facit.

INTER CHOROS ET SYMPHONIAS. Lib. ms. inter hortos. Sed nihil muto. idem de L. Vero Antonino scribit Capitolinus.

EX GISÆ RUPES. Melius in opt. cod. & excisæ Horat. Contracta pisces æquora sentiunt lactis in altum molibus.

VICIES AC SEPTIES MILLIES HS. Quāta ea fuerit summa Budens lib. iiiii de asse. Dio, nisi mendosus est minorem facit.

**XCVIII.** SIBI POSTERIS QVE. His verbis 7. Cui minor res omnes intelligent, etiam ultra trinepotes. At Cainus eis tantum filios comprehendit. Vide l. lxxxi de legatia lib. iii, & l. iii de iure immunitatis.

DEF LEVIT. Sic cap. xxx, crudelissimam necem

necem defleuit edicto.

TESTAMENTA PRIMI PILARIVM. *Cur non aliorum etiam centurionum & tribunorum, quos vel ipse vel Tiberius sui beneficij fecerat?*

QVOS CVNQVE QVIS DICERET. *Malleum, ut in opt. cod. quos quis diceret. Quadere sic Paullus I.C. l.vlt.de testam. Eius bona, qui se imperatorem facturum heredem esse iactauerat, à fisco occupari non possunt.*

AB IGNOTIS. *Atqui numquam ex ignotitem  
stamento capere aliquid Augustus voluit, cap. LXVI.  
Spart. Hadriano, Ignotorum hereditates repudiauit:  
nec notorum accepit, si liberos haberent. Sed & Antonini duo id obseruarunt. Pertinax quoque professus  
est, nullius se adiutorum hereditatem, que aut adulatio-  
nè delata esset, aut lite perplexa, ut legitimi heredes &  
necessarij priuarentur: horum itaque principum exempla  
recte Paullus I.C. Imperatorem, inquit, litis causa  
heredem institui inuidiosum est: nec calumnię facul-  
tatem ex principali facultate capi oportet. l. xcii, de  
hered. inst. Ipse Domitianus hac saltem in re bonos  
principes secutus est: Suet. Domit. c. ix. Caiū, Comodus.*

HERES NVNCUPARETVR. *Nuncupare  
heredem propriè est, non scripto quem quis sibi successo-  
rem velit nominare, sed verbis palam exprimere. unde  
testamentum per nuncupationem scripto opponitur,  
l. xxii, & xxv, de testam. Atque hinc locus Plini declaratur  
lib. ix, ca. xxxv, de Lollia Paullina, Caij principis  
vxore, onusta, ut inquit, margaritis, quarum summa  
quadringenties hs. colligebat, ipsa confessim parata  
nuncupationem tabulis probare. nuncupationem pere-  
leganter appellat Plin. estimationem nudis tantum*

*verbis expressam, quam ex rationum tabulis ipsa se probaturam offerebat. Maleigitur Hadr. Turnebus mancipationem ibi substituit.*

VENENATAS MACTEAS. Lib. veteres matteas, vel mattheas. Græci ferè pàntva vocant, vti & *Martialis. Arnobius alicubi macteolas, si rectè memini. Vide Turnebum XXII, cap. VI: & Rhodigin. libr. IX, cap. XII.*

AD QVEM CONFICIENDVM. Libri ms. ad quam faciendam, vel faciendum. *vnuſ*, ad quam conficiendam; quod probo.

EXPERGEFACTÆ SOMNO CÆS. Lib. *vnuſ* expergefacta è somno Cæfonia.

RELIQVIAS OMN. SPECTACVLORVM. Apparatum atq; instrumentum omne intelligit, quod peractis spectaculis supererat. Vide locū Plinij de M. Scauri adilitate lib. XXXVI cap. xv, & Suet. Cæſ. c. x.

APONIO SATURNINO. Notius Roma Aponiorum nomen, sed & Aponij fuere & quidem cognomine Saturnini. vt ille qui Mæſici exercitus legatus militari seditione initio imperij Vespasiani pane oppresſus est: *Huius ut puto filius. de quo Tac. Hist. lib. III.*

XXXIX. PISTRINENSIB. IVMENTIS. Cæſ. cap. XXXI, mulis è proximo pistrino.

CAVSA CADERENT. Deserto nempe vadimonia, quod etiam infamia conſequebatur. Cic. pro Quintio. Plinii prefatione operis sui, inscriptiones propter quas vadimonium deserit posset.

VOCATORIBVS. Qui conniuas inuitabant. Plin. lib. XXXV, cap. x, vocatores suos ostendenti, vt diceret à quibus inuitatus esset. Catull. epigr. mei soiales Quærunt in triuīs vocationes. Elegans Seneca

Seneca locus, lib. III de ira, cap. XXXVII.

QVÆ MERETRICIUM QVÆVE LENO-  
CINIUM. Duo lib. ms. quiue lenocinium. nec dis-  
plicet. Meretricium enim solummodo seminarum est:  
Lenocinium vero etiam viri exercet. Noue autem me-  
retricium pro meretricandi arte. At Lenocinium ea  
significatione f. Cis passim obnium. Capturas vero pro-  
stitutarum dixit, ut, sordidissimæ mercis capturas,  
Val. Max. lib. III cap. IIII, ubi de consulatu Ter-  
rentij Varronis. Alexander Seuerus, ut de eo scribit  
Lampridius, lenonum vestigia & meretricum & exo-  
letorum, in sacrum aerarium inferri vetuit: sed sumptu-  
bus ad instaurationem theatri, circi & amphitheatri  
deputauit. capturas etiam diurnas intelligo ut & geru-  
lorum quassus.

NEC NON ET MATRIMONIA OBNOXIA  
ESSENT. Hoc ita interpretor, si qui in matrimonio  
turpiter & incontinenter vinerent; aut etiam quoties  
concumbererent coniuges.

INDICTIS NEQVE PROPOSITIS. Publicè xli.  
scilicet sup. Tib. cap. XLVIII.

MVLTA COMMISSA FIERENT. Hoc est, ut  
ego quidem interpretor, cum multa in commissum, seu in  
causam commissi, caderent: sic enim loquuntur I. C<sup>ui</sup>  
nostri & committi dicuntur merces, prædia, resq<sup>ue</sup>, alia,  
que in publicū deferuntur. aliter tamē interpretes expo-  
nunt, pro cū multa aduersus legem committerentur.

MINUTISS. LIT. ET ANGUSTISS. LOCO.  
At qui in locis celeberrimis, atque ubi de plano ab om-  
nibus legi possent, edicta proponebantur. Ausoniū, gra-  
tiarum actione ad Imp. Gratianum, huc alludit cū ita  
scribit, Has ego litteras tuas in omnibus pilis atque

porticibus, vnde de plano legi possint, instar edicti, pendere mandauerio. *Adde notas V. D. P. R. L. P.*  
*id est, vnde de plano recte legi possit.*

M A N V B I A R V M G E N V S. *Haec nimirum preclaris Imperatoris ab hoste spolia.*

C O M P L V R I B V S C E L L I S. *Cellæ, pauperum seruorumq; ac meretricum mansucale, Iun. Sat. i i i;*  
*Et dubitas alta Chionen deducere cella. Idē Sat. vi,*  
*Et cellam vacuam atque suam. Iterum, vltima cel-*  
*lam clausit. Mart. Intraisti quoites inscriptæ limina*  
*cellæ. Vide Tib. cap. XLIIII.*

I N L I B I D I N E M. ms. plures ad libidinem.  
*mallem abesse utrumque.*

P E C. F E N E B R I S A P P O S I T I Q V E. *Melius*  
*ms. dub, pecunia fenebri, appositisque, sicut & editio*  
*Frobeniana.*

XLI. N E C I A M I M P E R A T O R I A M O D O. *Duo*  
*probatisimi cod. & iam imperatoria, sed & patria.*

K A L. I A N. *Tres libri à Kal. Ianuariis. ut pluri-*  
*bus eum stetisse diebus intelligamus: quamquam Tiben-*  
*rius edixerat ne strenuarum commerciū ultra Kal. Ian.*  
*exerceretur, cap. XXXIIII. Vide Aug. cap. LVII.*

S A E P E S U P E R. *Dictio sape, non est in quibusdā*  
*exemplarib. nec male.*

XLII. F L V M E N Q V E C L I T V M N I M E V A N I A M.

*Lib. vnu Clitunni. vt Autunnus, Vertumnus, in anti-*  
*quiss. codicibus. Vide Seruiū in illud Virg. II Georg.*  
*Hinc albi Clitunne greges. Meuania autem Pro-*  
*pertijs patria est.*

I M P E T U M C E P I T. *Noſtri ms. omnes imp. fe-*  
*cit. mallem cepit. Aug. cap. XLII.*

V D E L E C T I B V S. *Tres libri dilectibus, vt fere in*  
*vici*

veriusstissimis exemplaribus. & sic Festus, cum inquit, dilectus militum, & is qui significatur amatus, à legendō dicti sunt. atque ita in Pand. Florentinis scribitur. quin & diligenter, id est, cum dilectu, interpretamur. ubique etiam pro vndeque legendum.

QVANTVM NVNQVAM ANTE. Libri omnes diuersē hac edunt. lego, ē duob. probatissimis, commeatu quanto numquam alter anteit. ingr. est.

MATVRIS IAM. Maturos vocat, qui stipendiā impleuerant. Tiberius, ut antē dictum est, missiones veteranorum rarissimas faciebat: ex senio, mortem; ex morte, compendium captans. eadem ratio Caium mouit.

COMMODA EMER. MILIT. August. cap. XXIIII.

SEXCENTORVM MILLIVM. Quia credit tantum militi datum, cum census equestris quadrigentorum tantum millium fuerit? Lego igitur, sex milium: quantum post bella cissilia, victor Cesar, pediti distribuit, cap. XXXVIIII: hoc est, CL coronatos.

ADMINIO CINOBELLINI BRITANN. R. F. Placet hec lectio, ex Dione, & Orosio. Nam & libri nostri ms. omnes Britannorum habent. Beroaldus ideo Batauorum substituit, quod, ut inquit, Caius contra Batauos expeditionem susceperebat. Sed errat. teste enim Suet. cap. XIX, utriq; prouincia huic imminebat. Vnde Claudi. cap. XVII.

MONITIS SÆPE LATORIBVS. Sic unius tantum è ms. quos viderim. reliqui, monitis speculatoribus. & ex cohorte quidem speculatorum de sumptos fuisse qui hac ferrent crediderim. recepta tamen lectio & simplicior & apertior est.

VEHICULO. Vehicularem cursum Augustus instituit. Aug. cap. XLIX.

IN ADE MARTIS. Vbi de bellis triumphisq; Senatum consuli debere Augustus sanxit. cap. XXIX.

XLV. EQVITVM PRÆTORIANORVM. Fuere ergo & equites inter prætorianos. Suetonius Claudio, cap. XXI. Xyphilin. Seuero. Zonaras, vbi de Diocletiano. vetera marmora.

IN HOC QVOQVE NIMIO PRÆTER MODVM. Lib. vnus in hoc quoque uno. non displaceat Turnebi, & ante Turnebum Pithoei, coniectura in hoc quoque mimo. ut mimum potius quam militiam egerit.

TANTIS CRIMINIBVS. Tres libri, discriminibus, quod sequor.

IN TEMPESTIVA CONVIVIA. Mallem intempestiuè. tempestiuæ enim poterant esse eorum conuicia: sed quoad principem, non suo tempore acta. quin imo non difficulter quis mihi persuaserit, tempestiuæ legendum esse.

XLVI. PERPETRATVRVS BELLVM Sic patrare bellū Sal. Atqui, si Quintiliano credimus, ductare exercitus, & patrare bellū apud Sallustiū dicta sancte & antiquè, tūc ridebantur, et ad obscenū intellectū detorquebātur.

A C O P I N A N T E. Lib. opt. aut opinante.

ALTISSIMAM TVRREM. Eam viri docti quidā esse volunt, quam in Normannia Kirburg vocant, perinde ac si Cæsaris turrim dicas. nam, quod Gracianū, nostra lingua burg dicimus.

EX QVA VT EX PHARO. Libri ms. omnes, Ex qua vt Pharo, sine ex.

XLVII. RVTILARE ET SVBMITTERE COMAM.  
German-

Germanorum, inquit Tacitus, rutilæ sunt coma, & corpora proceræ. Juuen. Sat. xiiii, Cærula quis stupuit Germani corpora, flauam Cæsariæ, & madido torquentem spicula cirro. Plin. lib. xxvii cap. xiiii, Sapo Gallorum inuentum rutilandis capillis, ex seuo & cinere. & paulo post, apud Germanos maiore in usu viris quam feminis.

IUS HABERENT. Lib. unus haberet. non displicet tamen multitudinis numero legi. Nāque à procuratore Cæsaris geruntur, sic comprobantur ut si ab ipso Cæsare gesta sint. lib. i Pand. de off. proc. Cæs.

NULLO POTVIT MODO. Liber opt. nullo modo potuit. & mox, vocatas nempe legiones, pro vocatos. & depositis pro dispositis, rectè. De decumationis. autem forma, ut hoc obiter addam, Plut. Crasso. Dio lib. XLVIII, ubi de Domitio Calvino, Augusti in Hispania legato. & Cic. pro Cluentio.

CVI ANIMADVERTENDOS. Lib. duo cui ad uertendos. quæ lectio Sabellici coniecturam confirmat, nam ad auertendos legendum putat, quasi à se amoliretur dedecora si in Senatum fureret. Pulmannus vetustum cod. citat.

EDIXIT ET REVERTI SE. Edixit littera maiuscula scribendum. vt edicto redditum suum populo significauerit. lib. XLIX.

ALEXANDRIAM. Lib. opt. Alexandream, ut apud Horatium lib. IIII od. XIIII, Portus Alexandra supplex. & Antiochæ apud Ausonium de claris urbibus, & in nummis veteribus.

ALTERI GLADIVS, ALTERI PVGIO. Dio Protogenem, atrocissimum Caij scelerum administrum, duos circumferre libellos solitum commemorat: gladij,

& pugionis, titulis insignitos. Tales libelli Salcijs illius,  
& Caprij, apud Horatium lib. i Sat. III.

QVOS ENECTOS. Lib. unius enectos. non placet. Horat. epist. Spem mentita seges, bos est enectus arando. Cic. Tuscul. i. siti enectus Tantalus.

L. PALLIDO COLORE. Lib. opt. expallido. ut Expallere frequens apud auctores, sic Exalbidus apud Plinium. Turnebus lib. xxii, cap. xxx.

OCVLIS ET TEMPORIBVS CONCAVIS.  
Plin. rigentes ei oculos tribuit, lib. xi cap. xxxvii : Seneca sub fronte latentes, lib. in sapientem non cadere iniuriam.

CAPRAM NOMINARE. Causa precedit, quod hirsuto corpore esset. sic Juuenalis Sat. v, Discit ab hirsuta iaculum torquere capella, Centurionem ita vocans: ut alibi Centuriones hircosos & varicosos, tum ipse, tum Persius nominant. De Caij autem forma, eleganter Seneca ad Serenam quod in sapientem non cadit iniuria, cap. XVIII.

EXITIALE. Nonnulli cod. etiam typis excusi, exitiabile.

NEQUE CORPORIS NEQUE ANIMI. Libri meliores, neque animi neque corporis.

SUBITA DEVECT. INGREDI. Lego, ut in ms. nostris, subita defectione gradi, stare, colligere, ac sufferre semet. pro sufferre tamen duo libri habent sufficere.

POTIONATVS A CÆSONIA. Idem de eo Iuu. Sat. vi. quod antè diximus. Potionari verò à Suetonio tantum usurpatum memini. Potionem verò pro poculo venenato etiā Cicero dixit, pro Cluentio, sustulit mulierem prima potionē medicus. Horat. quoque epod.

*epod.* Non vſitatis Vare potionibus.

INCITABATVR INSOMNIO. Sic quidem  
MS. et libri à Gryphio editi: *Interpretes vero insomnia,*  
*vti & Frobenius.* Nonius vtrumq; in vſu fuisse oſten-  
dit. *Cæcilius*, Conſequitur comes insomnia: ea porro  
insaniam adſert. *Donatus in Terentij Eunuchum*, Aut  
mox noctu te adigent horum insomnia. legitur,  
inquit, etiam, te adiget insomnia. *Graci dñi viar*  
vocant.

AD VERO MAIORA. *Dictio vero abest à Cod.* LII.  
vno MS. *Quod autem de Caio, idem fermè de Tib. legi-*  
*mus, cap. LXIX. vide que antè notauimus, cap. XXI.*

AETNÆI VERTICIS. Sic libri omnes, quos equi-  
dem videre me contigit: Turnebus tamen crateris. pro  
verticis, reperisse ſe attestatur. quod potius annotatum  
ab aliquo, quam scriptum crediderim.

VNO SOLATIO ACQUIESCENS. *Verbum*  
hoc auctores ſapiens cum dandi caſu coniungunt: *Seneca*  
*epift. acquiescas ſpei blandæ: Ipſe Suet. Tib. cap. XXXI,*  
honori acquiescerent: & cap. LVI, Græculos, quibus  
vel maximè acquiescebat: vel cū ablativo, addita præ-  
positione: *Cic. de amicit.* Vicissim autem ſenes in ado-  
lescentium caritate acquiescimus.

TRANSMARINAS SIBI. *Melius* MS. res  
transmarinas certè sibi.

TVMVLTVANTES MILITES. *Dictio mili-*  
tes deſideratur in melioribus codicibus: & ſanc abeſſe  
eam malim: cur enim non & plebs tumultuari potuiſ-  
ſet? nihil muto tamen.

DENIQUE NON HUMANO. *Libri* MS. om- LII.  
nes, Denique humano fine non.

DEPICTAS GEM. Q. INO. PÆNVLAS. *Impe-*  
ratoris

ratores Romani, si Spartiano credimus, numquam pænulis vtebantur: quibus ne ciuibus quidem in urbe uti permisum, nisi sensibus, idque frigoris causa, qua de remulta Aug. cap. XL. At Caius hic noster depictas etiam gemmataſq; regum Barbarorum more, gestauit.

M A N V L E A T V S. Id quoque probrosum Romano. Gell. lib. vii cap. XII.

C Y C L A D A T V S. Cyclas vestis feminea tenuissima, ne matronis quidem honesta, qua impudice plerūq; instar veli corpus circundabat. Juuen. Sat. vi, Hæ sunt quæ tenui sudant in cyclade. utitur & Propert. Longa cyclade verrithumum. ac tale aliquid vult Petronius Arbiter, cùm prostare nudam in nebula linea dicit; & induere ventū textilem, pro amiculo tenuissimo.

S P E C U L A T O R I A C A L I G A. Quid caliga sit, dictum est Augusto cap. xxv. Speculatoriam autē hoc loco Tranquillus addidit, quo maiore calige vilitatem ostenderet. inter milites enim, alijs aliis ornatiore caliga vtebantur. & speculatores quidem militum numero habebantur: verū ob laboris assiduitatem, ac discrimina que subibant, minus cultos incedere sōlitos credēdum est: & fieri potest, vt peculiari quodam calceamēti genere induerentur, que speculatoria absolvē dicitur à Tertulliano, de corona militis, cùm ait, speculatoriam morosissimam pedibus absoluit. Non recte autem Turnebus lib. xxvi i cap. xx, hunc locum interpretans, spiculatores ac speculatores multum inter se differre scribit: sed ob vocalium E & I vicinitatem promiscuè efferti, vt here & heri. nam & in marmoribus, & in Antonij III viri nummis, & in vetustissimo cod. magnō consensu per & scriptum animaduerti. & recte quidem, militum enim id genus erat, qui pricipue ad hoc instituti

instituti fuere ut, quod inquit Festus, hostilia silentio perspicerent: Græci ἐπτύγεσ & σκοτεῖς & κατασκόπους appellant: à verbo speculor, non à spiculis quæ gestauerint. spicalum enim à recentioribus dictum, si Vegetio credimus, quod olim pilum vocabant: atqui pilum commune legionariorum telum erat, non his peculiare qui satellitijs causa principibus aderant; quibus etiam Suetonius *Claud.* cap. xxxv, & *Galb.* cap. xviii, lances tribuit, spicula daturus potius, si à spiculis nominabantur. accedit *Suidæ* anctoritas, cùm οὐκονδάτηρος δορυφόρο exponit, per iota scripturus, si tunc saltem, cùm principis custodem ac satellitem id nomen significar, à spiculo appellaretur. Nec verò speculatores explorandi tantum aut custodiae causa habebantur: sed & in eos qui damnavi erant lege agebant. Seneca lib. i de ira, Tum centurio, qui supplicio præerat, condere gladium speculatorum inbet. & *Iulius Firmicus* lib. viii cap. xxvi, speculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputent cervices. Sed & *Vlp.* l. vi de bon. damnatorum, Spolia quibus induitus est qui ad supplicium ducitur, neque speculatores vltro sibi vindicent, neque optiones ea desiderent: Optiones speculatorum ministros vocans. Atque hinc intelligimus sacrosancti Euangeli de Diui Ioannis supplicio locum, *Marci* capite vi, ὡς εὐθέως ἀποστολας ὁ Καινὸς οὐκεκλάτωε. Postremo speculatorum opera etiam in mittendis ad Senatum litteris vtitur *Caius*, supr. cap. xliii.

SOCCO MULIEBRI. Et quidem ex margaritis. Plin. lib. xix cap. xxxv, & lib. xxxvii cap. ii. Elegans etiā de *Caij* socco locus *Senecæ*, lib. de benefic. ii cap. xii. & de socco muliebri *Suet. Vitell.* cap. ii.

AVREA BARBA FVLLEN TENENS. *Qui  
jouis ornatuse est: quamquam aurea barba etiam Ē-  
sculapio tribuitur.*

AC FVSCINAM. *Melius ms. duo aut fuscinam,  
aut caduceum. fuscina enim Neptuni insigne est; alte-  
rum Mercurij.*

ATQVE ETIAM VENERIS CVLTU. *Tunc  
credo cùm cycladatus prodiit, vt paulo antè: nam in o-  
mnium Deorum Dearumq; formam se formabat, nihil  
minus quām homo: vt eleganter Dio. atque adeò Pan-  
thei nomen potius ipse meritus, quām Panthea Drusil-  
la ipsius soror.*

ALEXANDRI THORACEM. *Quo indutus  
pontem illum suum transit. Dio.*

LIII. PRONUNCIATIO ET VOX. *Ne quis idem re-  
peti putet, meminerit eius quod Fortunatianus & alij  
tradunt, pronunciationem etiam gestum vultumq; co-  
tinere, vt idem fermè sit quod actio.*

SENECAM TVM MAXIME PLAC. *At-  
qui hunc, omnibus sua etatis hominibus sapientia præ-  
stantem, vt scribit Dio, parum abfuit quin occideret:  
ideo tantum, quod causam quandam in Senatu presente  
Caio pulcherrimè egerat.*

COMMISSIONES MERAS COMPONE-  
RE. *Dictio componere non erat in vetero quodam  
codice, sed ad oram libri a scripta: quam ego omnino ex-  
pungendam sentio. vt commissiones meras Senecam vo-  
cet Caius, hoc est, sine robore ac nervis scribentem: vel-  
uti cùm materia simul quidem congeruntur; sed nec  
plumbo, nec glutino, nec camēto coniuncte. alij commis-  
suras vocant. quin & verborum commissuram dixit  
Quintil lib. lll cap. ix. aliter tamen Turnebus.*

REORVM MAGNORVM. Exemplum insigne  
Domitiij Afri, quem tantopere Seneca & Quintilia-  
nus celebrant, apud Dionem. is enim accusatus Cesari-  
is oratione scripto prolata, non aliaratione periculum  
enasit, quam quod, tanquam auditor potius quam reus,  
tandem defensionis loco, cum se magis ut oratore quam  
ut Cesarem metuere, respondit. Dio.

ET DIVERSISSIMAS. Exemplar Ferrarien-  
se, diuersissimè: alia verò duo, diuersarias: vt singula-  
rias apud Plantum, & Gell. nisi diuersariam scriptum  
fuisse suspicemur, ut multifatiam, plurifatiam, ali-  
quotfatiam.

THRAX. Iam autè monuimus Threx, aut Trex,  
legi in opt. codicibus.

PUGNATORIIS ARMIS. Liber unus pro-  
pugnatoriis puncto interposito ante verbum batuebat.  
Vide quo autè notauimus c. xxxii, rudibus batuenté.

PLVRIFARIAM. Pro pluribus locis, sup. c. xviii.

LICENTIA TEMPORIS. An tunc igi-  
ter maior licentia cum perwigilium erat? nox sancè &  
miendas tegit & pudorem adimit.

SCABELLORVM CREPITV. Nulli paullo era-  
ditiore dubium, quin musicum aliquod instrumentum  
significet, quamquam interpretes aliter exponunt. Ca-  
rolus Langius, vir doctissimus, Scamillorum legebat:  
vt ea sunt, quæ nostro idiomate Hæc meyen vocamus.  
quod sancè probabile esse ostēdit vetus inscriptio Spoleti,  
DIS SYRIIS M. SEPTIMIO M. F. HOR. SEPTIMIANO  
EQVO PVB. C. ALBICIVS C.L. RESTITVTVS IIIIVIR  
I.D. PRÆF. FABR. ROMÆ DEC. IIII SCAMILLAR.  
OPERÆ VETERES A SCÆNA PATRONO OB MERITA  
EIVS L.DDD. Cicero equidem pro Cælio, deinde, inquit,  
scabella

scabella concrepant. aulæum tollitur. sed ibi de fine  
mimi; hic de initio agitur.

CVM PALLA TVNICAQVE TALARI.  
Quali etiam Nero citharædus habitu in vetustis nū-  
mis cernitur. Plura ad Horat. epist. de arte, traxitque  
vagus per pulpita vestem.

LV. VT ABIRET. Meliores libri abiret, sine vt. De  
Ptolemæo sup. cap. XXVI.

THRACES QVOS DAM. Hic quoque Threces,  
aut Treces, habent libri antiquissimi. quò magis gla-  
diatores eius factionis cui fauebat Caius, Germanis  
prefectos fuisse intelligo.

MIRMILLONVM ARM. RESCIDIT. Lego  
recidit. ut antè cap. XLIIII, & Tib. cap. XXXIIII.

COLVMBO. Mirmilloni nempe, cum ipse Thra-  
cum factioni fueret, ut in circo Prasine. Porro ut hic  
Columbus, sic & Palumbus gladiatoris nomen Claudi.  
cap. XXII.

AGITATORI EVTYCHO. Nihil muto.  
faustum enim agitatoris nomen, ut Aug. cap. XCVI. &  
consentit Josephus lib. XIX. Libri scripti tamen Cythi-  
co, & Scytico, & Cycico habent.

IN APOPHORETIS. Aug. cap. LXXV.

INCITATO EQVO. Sic & L. Verus Antoninus  
equo, cui Volacer nomen erat, aureum vinenti simula-  
crum fecit; & mortuo sepulrorum erexit. Errant verò  
interpretes, qui equi nomē agitatori hic tribuunt: quam-  
quam Incitatus & egregij agitatoris, & mulionis nomē  
est apud Martialem, lib. XI epigr. I, & lib. X epigr.  
LXXVI: nisi eundem tamen hominem utroque in epigra-  
mate intelligamus.

LVI. ANIMVS. Libri duo consilium: & mox, vna alte-  
raque,

raque, pro vna & altera, nihil muto tamen.

POTENTISS. LIBERTORVM. Hoc est quod suis cum telis confessum dicit Plinius, lib. xxxii ca. ii. adde si lubet Josephum, lib. xix antiquit.

PALATINIS LVDIS. Libri tres Palatini ludi, ut ad gladiatorum spectaculū referre possimus. sic enim Ludus matutinus, & Ludus Gallicus. Verū receptam lectionem retineo, non tam Iosephi, qui rem non satis explicat, auctoritate, quam Dionis, qui, extremo libro lvi, defuncto Augusto, preter ea que Australia vocata sunt, Lusiam ludos etiam in Palatio instituisse scribit; quos ceteri deinde principes celebrarunt.

EGRESSVM MERIDIE. Ut solebant prandendi causa. Hinc equitis illius dictum, apud Quintil. lib. vi cap. iii; ad quem in spectaculis bibentem cum misisset Augustus qui ei diceret, Ego si prandere volo domum eo; Tu enim, inquit, non times ne locum perdas. Adde Suet. Claud. cap. xxxiiii, dimissio ad prandium populo.

FORMATAM COMMOTAM QVE. Nihil muto. nam id hodie quoque Italica peculiare est. Lib. optimus tamen habet, camaram formatamque: alter forcatam commistamque. quod monuisse sufficiat.

MACHINIS LABEFACTIS. Iouis Olympij, lvii. vt de eo tradit Strabo lib. viii, tanta erat magnitudo, ut pane tectum equaret; quare de plano sine machina dissolui non poterat. sic, in machina operari, dixit Vlpianus l. v commodati. Sed & Dio scribit, nauem paratam ad auehendum fulmine periisse.

CELLA PALATINI ATRIENSIS. Sic unus è nostris. alijs cella Palatina. quod minus

X placet.

placet. nam & Vitellio cap. XVI cellam ianitoris vocat, ut hic atriensis.

S V L L A M A T H E M A T I C V S . H u n c N i g i d i o  
F i g u l o , & S c r i b o n i o R o m a n i s , de q u i b u s a n t e Ā g u -  
s t o & T i b . a d i u n g e .

S O R T E S A N T I A T I N Æ . L i b . o p t . A n t i a n æ .  
G a l l i c i q u i d a m c o d i c e s F o r t u n æ A n t i a t i n æ : q u a m  
l e c t i o n e m a g n o s c u n t & i n t e r p r e t e s : s i c q ; i n v e t e r i



n u m m o Q . R u s t i i a p p e l l a n t u r : v t f o r t u n a A n t i a t e s ,  
i n a n t i q u o m a r m o r e ; f o r t u n a a p u d A n t i u m , à M a -  
c r o b i o lib . i . S a t u r n . c a p . x x i i i i . Q u a d e r e l a t i u s a d  
H o r a t . n o t a u i m u s , lib . i o d . x x x v , O D i u a g r a t u quæ  
r e g i s A n t i u m .

C A S S I V M L O N G I N V M . S u p r à c a p . x x i i i i .

P H O E N I C O P T E R I S A N G V I N E . I n t e r h o -  
s t i a s q u e C a i o t a n q u a m I o n i L a t i a l i i m m o l a b a n t u r ,  
e t i a m P h o e n i c o p t e r u s e r a t , c a p . x x i i . q u a l e m c ü m i p s e  
s i b i ( n a m s u i i p s i u s s a c e r d o s e r a t s i D i o n i c r e d i m u s ) i m -  
m o l a r e t , s a n g u i n e a s p e r s u s e s t : d i e m p r o i n d e c r u e n t u m  
h a b i t u r u s .

M N E S T E R . N o m e n i d a n t e c o r r u p t u m  
c a p . l v , & x x x v i , d u o h i c o p t i m i c o d . n o s t r i i n t e g r u m  
f e r u n t . v n u s e t i a m m i n i s t e r h a b e t . P o r r o h i c  
M n e s t e r s u b C l a u d i o o c c i s u s e s t , c u m M e s s a l l i n a .  
M e m i n i t

*Meminit eiusdem Seneca apoteosi: quamquam & ibi  
B. Rhenanus nomen corrupit.*

TRAGOEDIAM SALTAVIT. *Ciniram vocat Iosephus, in qua ipse cum filia Myrrha occisus sit. Nota est fabula ex Ouidio, & aliis.*

NEOPTOLEMVS TRAG. *Meminit huic rei Stobaeus sermonem xcvi: Plut. Demosthene: Diodorus, extremo lib. xvi, ubi de Philippi regis morte, quamquam non nihil a Suetonio dissentient. meminit etiam Tertullianus, lib. de anima.*

LAVREOLO MIMO. *Sic omnino legendū, ex Iun. Sat. vii, Laureoli velox etiam bene Lentulus egit, Iudice me vera dignus cruce. Sed & Mart. Non falsa pendens in cruce Laureolus. Iosephus latronū ducem fuisse vult, qui in crucem actus sit. Male qui Laureato legunt.*

PRORIPIENS SE RVINĀ. *B. Rhenanus pro-  
repens è ruina. mallem proripiēs se è ruina. nihil mu-  
to tamen. Suetonius enim ferè prepositiones omittere  
consuevit.*

SANGVINEM VOMVIT. *Tres libri vomit;  
quod melius est. Notandum verò Suetoniū locus iste, quo  
melius quæ prima, quæ secundæ, intelligamus.*

VT PLVRES. *Delenda ut particula. Sic enim in  
vet. cod. & manifeste sensum turbat.*

HORA QVASI SEPT. *Lib. duo, hora ferè. & LVIII.  
mox marcente. pro marcescente.*

IN CRYPTA PER QVAM TRANSEVN-  
DVM. *Cryptoporicum vocat Plinius, lib. ii epist. xvii.*

REPRÆSENTARE SPECTACVL A. *Sic le-  
gata representare. sup. c. XVI: & mercedem representare,  
Claud. c. xviii, pro sine dilatione soluere.*

DVPLEX DEHINC. Lib. duo dein. in uno neu-  
trum, quod placet.

HOC AGE. Quod, teste Plutarcho in Coriolani vita, magna praconis voce in sacris usurpari solet, hoc age; in proverbiū ad res alias quoque abiisse videtur, cum attentionem imperamus. Tertull. lib. I. I. adherens Marcionem, ut dici solet, ad quod venimus hoc age. Suet. Galba ca. xx, hoc ageret, & ferirent. Seneca lib. I de clemētia cap. XII, L. Sulla verbis, Hoc agamus, inquit, P. C. seditioni pauculi meo iussu occiduntur.

ACCIPE RATVM. Id quoque a militibus aut gladiatoribus tractum est.

SIGNVM ERAT OMNIVM REPETE.  
Lib. duo; omnibus.

LECTICARI CVM ASSERIBVS. Dicti lecticarij, qui ad lecticam erant, homines robusti: quales Liburni, Syri, Medi, Germani, Britanni: ut passim apud auctores legimus. Asseres vero fuerunt, ligna illa quibus innixam domini lecticam humeris subibant. Jun. Sat. III, ferit assere duro Alter: & Sat. VII, longo premit assere Medos. Martialis etiam. Ut canusinus nostro Syrus assere sudet. Lecticariorum autem Cæsar is stationem alicubi in palatio fuisse, ostendit Tacitus lib. V. Exstant & haec inscriptiones, TI. CLAVDIVS AVG. L. QVADRATVS DEC. LECTICARIOVM BRITANNICORVM. VIX. AN. LX. &, TI. CLAUDIO AVG. LIB. TIGRANO EX CORPORE LECTICARIORVM CÆSARIS VIX. ANNIS LXXXV.

GERMANI CORPORIS CVST. Sup. cap. XLV. Aug. cap. XLIX. Galb. cep. XII. Tacitus lib. I. Xiphilinus Seuero. his adde Iosephum lib. XIX antiqu. LIX. VMBRIS INQVIETATOS. Sic Nerone cap.

XXXIIII, Othone cap. VII, Horat. epod. V, Nocturnus occurram furor. Virg. IIII, Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas. Plin. epistol. lib. VII ad Suram.

**IULIA VOCABATVR.** Inter postremos maximosq[ue] delatos à Senatu Cæsari dictatori honores, decretaum etiam illud, ut noua curia, qua in locis Hostilia fieret, Iulia appellaretur; quam Triumviri postea exstruxerunt, Augustus vero post bella Actiaca dedicauit. Dio lib. XLIIII, XLVII, & LI.

**CAII PRAEN.** At Caius certè, Augustifilius, Lucy frater, ferro non periiit.

**CINNANIS TEMP. OCCISVS.** De hoc Cic. III de Oratore, & in Bruto.

## IN CLAVDIVM.



**N**ERONEM PRÆNOMINE. Nero & prænomen & cognomen esse, nemo vel medio-criter in litteris versatus ignorat. Huius autem Drusi prænomen fuisse, & nummi, & lapides ostendunt, in quibus NERO CLAVDIUS DRVSUS inscribitur. Germanici vero agnomen sibi posterisq[ue] suis bellica virtute peperit.

**GRAVIDA NVPSISSET:** Aug. cap. LXII.

DUX RHAETICI. *Hinc pulcherrima Horatij oda illa lib. 1111, Qualem ministrum fulminis alienum. Vide Tib. cap. ix.*

DRVSINÆ. Tacitus foffam Drusianam appellat, ut Augustianus, Faustianus, Lucullianus, quin & gladij Drusiani, à Druso Tib. F. nominati.



S P E C I E S B A R B A R Æ  
M V L I E R I S. Qualis in Hadriani nummis cernitur, cum in-  
scriptione, G E R M A N I A. Pul-  
chre historiam narrat Dio, lib. LV.

M O R B O O B I T. Lib. dno,  
supremum diem morbo inuit.

P R I M O R I B U S. Hos coloniarum municipiorumq; decuriones vocat, Aug. cap. c.

S C R I B A R V M D E C V R I I S. Scribae, ut Festus tradidit, sic dicti, quod rationes publicas scribebant in tabulis, non questoribus tantum, sed aliis quoque magistratibus apparebant, in quorum rationibus monumentisq; versabantur. Ingens itaque eorum numerus Romæ: qui distincti per decurias, ordinem obtinebant equestri proximum. de quo multa Cic. Verr. v. Sicut igitur Augusti corpus equites Rom. sic Drusi, scribae, a decurionibus exceptum, in urbem detulere. Aug. cap. C. aliquid infr. Vespas. cap. 111.

H O N O R A R I V M E I T V M V L V M. I.C<sup>o</sup> ne-  
rotapioy vocant, in quo nempe corpus non sit, l. VI, & l.  
XLII de religios. & Lampr. Alexandro, Cenotaphiu in Gallia, Romæ amplissimum sepulcrum meruit:  
quale etiam nobis Virg. describit lib. 111, manesque vocabat Hectoreum ad tumulum: viridi quæ cespite inanē, Et geminas, causam lacrymis, sacrauerat aras.

MILES

MILES DECVRRERET. Ut in heroum funere  
factum legimus: Patrocli apud Homerum: Pallantis  
apud Virgilium. Idem Augusto honor habitus, teste  
Dione lib. lvi: ac Seuero principi: de quo pulchre He-  
rodianus, lib. iiii.



MARMOREVM ARCVM.  
Qualem in vetustis numismatibus  
tam æreis quam argenteis cernimus,  
cum titulo, GERMANICI DE GER-  
MANIS.



QVANDOCVNQVE POS-  
SET RESTIT. Rectius MS. duo,  
quandoque restituturum. qua de re aliquando cum  
fratre Tiberio per litteras egerat.

INSCVLPSISSE. MS. omnes, exsculpisse.

ANTONIA MINORE. Iuniorem vocat Cal.  
cap. i, ibi vide, & Ner. cap. v. de Linilla vero Aug.  
cap. xcix, & Tib. cap. lxii.

IVLO ANTONIO. Recte. Iulius enim Antonij  
huius, iiii viri filij prænomen fuit: ad quem scripta est  
Horati Oda ii, lib. iii. Male autem Suetonius Afri-  
cani cognomen Fabio dat: quod Iuli Antonij fuisse no-  
stris in Horatium commentarius ostendimus. III.

ARA IBI AVG. De hac ara ante diximus, Cal. c. xx.  
DIV ETIAM ATQVE POST TYT. REC. Melius in

*opt. cod.* Diu, atque etiam post tutelam receptam: *hoc est*, postquam, sui iuris efficius, in tutorum esse potestate desisset: peculiari Iuris consultis loquendi formula, apud quos pupillus sua tutela effici, & in tutelam suam venire dicitur, cum pubertatis annos attigerit. quibus verbis usus etiam sic Cicero est. Et impuberum quidem cura ad tutores spectat: adolescentium vero, uti & aliorum qui rebus suis superesse non possunt, quales sunt furiosi, prodigi, fatui, ac perpetuo aliquo morbo impediti, propriè curatores dicimus: ac curationem ipsorum munus.

SUPERIVMENTARIVM. Verbum durum, & insolens. Iumentariū, vt Armentariū, dixisse sufficeret.

SINE SOLLEMNI OFFICIO. Sine ullo honore, vt sup. Cal. cap. x.

IN CAPITOLIVM. Cum in forum deduci solerent.

III. POPVLO R. Lib. opt. P.R. vt populi Romani legerem malim.

NAM ET AVVNCLVS MAIOR AVG.  
Duo libri, sine &c. Annunculum autem Claudi maiore  
Augustū vocat, quia Octavia, ytriusq. Antonia mater,  
Augusti soror fuit. De Augusti epistolis, cap. lxxxvi.

IV. LVDIS MARTIALIBVS. Eos intelligo qui in circo Kal. Augusti, quod ea die Martis aedes consecrata fuit, quotannis celebrabantur. De quibus Dio lib. LX, cum etiam sub Claudio celebratos refert: non quod ipse eo die natus esset; sed ob templi illius consecrationem. Possimus etiam ludos eos intelligere, qui veteri in Calendario, Augusti temporibus proposito, IIII SID. MAII annotantur.

PERDVCTVS FVIT. Libri tres perd. sit.

MH' ΠΡΟΤΠΟΚΕΙΜΕΝΟΤ. Recitè sic, ex Turnebi

Turnebi sententia, Pulmannus: nisi quis ~~aponefere~~  
malit. Vult Augustus semel in uniuersum proponi,  
quid de Claudio statuendum sit.

A B S I L A N I F I L I O . Libri meliores Siluani.  
Siluanus gentis Plantiae cognomen est. sed Silani mal-  
lem: quod uomen tunc celebrius fuit: ac postea etiā Caius  
M. Silani filiam duxit. Cal. cap. XXII.

C O N S P I C I . Lib. vetus adscriptum habebat despi-  
ci. quid si despui legamus.

E X P U L V I N A R I . Ex hoc loco discimus quid  
puluinar fuerit, Aug. c. XLV.

P R A E F I C I T V R V R B I . De praefecto Vrbi, Latini-  
narum causa Romæ relinquì solito, prater alios Gellius,  
lib. XI I I I cap. vlt. & Pomponius f. C. L. II de origi-  
ne iuris. Huius loci autem sententia est: Postquam con-  
stitutum iam erat Claudium in montem Albanum ire  
cum fratre suo non debere, ne Romæ quidem cum illis  
diebus relinquendum videri. si enim idoneus erat qui  
fratrem comitaretur, quare non qui praefectus fieret?  
Moris autem fuit, ut summo loco nati adolescentes  
utriq; huic muneri praefererentur. sic enim Iulius Capito-  
linus, vita M. Antonini, Vitilem togam sumpsit  
XV ætatis anno, nec multo post praefectus feriarum  
Latinarum fuit. Alterum exemplum est apud Dio-  
nem, cum Claudium principem permisisse scribit  
generos suos, L. Iunium Silanum & Cn. Pompeium  
Magnum, praefectos vrbi feriis fieri. ferias enim La-  
tinæ intelligo. His adde locum Suetonij Ner.  
capite VII.

R V R S V S A L T E R I S L I T T E R I S . Duo verba  
hec, alteris litteris, & quæ mox sequuntur, terciis litte-  
ris, non sunt in opt. cod.

**CIVVS MOTVM.** Idem cod. modum: alius morrem. nihil muto, quamuis sequitur incessum, & idem dicere videtur..

**QVIN POST HÆC AVG. CONSTITVERIT.** Libri ms. omnes quid, pro quin, legunt. non placet. Constituendi enim verbo sic utitur ut paulo ante, placet semel de tota re aliquid constitui.

**INTER TERTIOS.** Aug. cap. vlt.

**NVNCPARET.** Sic quidem ms. nostri omnes: vulgati vero nuncupatit. ut roris modo impedita oratio est. Lego igitur, ut ne heredem quidem nisi inter tertios, ac pæne extraneos, è parte sexta nuncuparet. legato non amplius.

**V. SATURNALIA ET SIGILLARIA SE MISSE EI.** Particula se deest in tribus opt. lib. nec semel sane sic loquitur Sueton. Porro Sigillaria, dies Saturnalibus adiecti, etdem licetia peragebantur. nec dies tantum; sed & ipsa munuscula eo nomine vocabantur. Seneca epist. xii, ego sum Felicio cui solebas sigillaria adferre. ut ergo filiae suæ denarios CCL Augustus, cap. LXXI: sic Tiberius nepoti suo Claudio XL aureos, in Saturnalibus misit. quem morem Spartianus in vita Caracalla ostendit; cum ait: quæ à parentibus gratia sigillariorum acceperat, vel clientibus vel magistris sponte donauit. Idem Hadriano, Saturnalia & sigillaria frequenter amicis inopinantibus misit, & ipse ab eis libenter accepit. quo loco nouè his vocabulis usus est. Vide Macrob. lib. I Saturn. cap. x. & xi. & de vico qui Sigillaria, aut ad Sigillaria, vocabatur, inf. c. xvi. Ner. cap. XXVIII. Gell. lib. II cap. III: & lib. V. cap. IIII.

**EBRIETATIS ET ALEÆ QVOQVE.**  
Lego

Lego ut in opt. cod. eb. qu. & aleæ.

PUBLICA DEFVIT. Lib. duo, publicè. VI,

LACERNAS DEPONERE. Aug. cap. XL. Id  
verò reuerentia causa aduenientibus principibus fieri  
consueisse crediderim, nam & oraturi deos panulas de-  
ponebant. auctor Tertull. lib. de oratione.

A DII CER E T V R. Libri aliquot, etiam  
impressi, addiceretur. quod placeret, si de iudice  
aut arbitro dando loqueretur. non displaceat tamen.  
quamquam adiceretur veteri more Suetonium scripsis-  
se arbitror. proprie autem nominari ac cooptari dicuntur  
sacerdotes, ut de Galba & quidem inter sodales Augu-  
stianos suo loco videbimus cap. VIII.

ET IN TERTIIS HEREDIB. Et particulam  
omnino expungendam censeo.

CIRCA SESTERTIA VICIES. Lib. opt. HS.  
vicies: alijs duo, sestertium.

EXERCITIBVS SENATVI. lib. omnes ms. ac  
senatui.

CONSVLATVM GESSIT VNA. De hoc Dio VII.  
& Suet. Cal. cap. xv. Quod verò sequitur sortitum esse  
& de altero in quartum annum, ea que sortitio fuerit  
ignoro: nisi Caium dicamus in annos aliquot sorte con-  
sules designasse, quo tempore etiam equo suo facitato  
consulatum destinauit.

ACCLAMANTE POP. FELICITER. Sic  
Domit. cap. XIII, Domino & Dominæ feliciter. Iun.  
Sat. 11, Signatæ tabulæ, dictum feliciter Romani e-  
nim, quod & Cic. scribit lib. I. de diuinat. boni ominis  
causa omnibus rebus agendis, quod bonum. faustum, fe-  
lix fortunatumqz esset prafari solebant. Exempla apud  
Suetonium Cal. cap. xv, Aug. cap. LVIII.

VIII. OBDORMIS CERET. *Libri aliquot, addormis ceteret.*

A T R O P E I S. *Mirè locus iste viros doctos torfit:*  
*Turnebū maximē lib. XXI ca. XXXI, & li. XXVII c. XIX.*  
*existimant enim aut à copreis legi posse, ut stercoarios*  
*nescio quos, qui manus dormientis oblinierent, intelligamus;*  
*quod mihi nullo modo placet: aut à crepis: quo no-*  
*mine à verberum sonitu etiam Luperci appellantur. sed*  
*& hoc longè petitum est. & si conjecturas admittimus,*  
*reclius sane Berroaldus Tropeos substituit: quod illusō-*  
*res ideo sic dicti sint, quoniam illico se auertunt ne de-*  
*prehendantur. Ego, retenta duorum vetustissimorum*  
*exemplarum lectione, à Capreis lego; quemadmodum*  
*& interpres in suis libris legi fatentur; nego Turnebū*  
*id negat. accedit quod Tib. cap. LXI, omnium li-*  
*brorum consensu, homines isti ridiculi ex scurrarum*  
*genere, dinitum mensis astantes, Capree vocantur. nego*  
*absurdam ibi rationem attulisse mihi visus sum, quare*  
*sic vocentur.*

IX. NERONIS ET DRVS I. *Eos Tiberinus fame*  
*necauerat, cap. LIIII. Caius ipsorum memoriam resti-*  
*tuit, cap. XV.*

DOME STICORVM ALIQVO. *Vt cum Pol-*  
*lucis serui sui delatione capit is causam coram Caio di-*  
*cere coactus est. Ios. antiq. lib. XIX.*

LEPIDI ET GÆTVLICI CONIVRA-  
 TIO. *Cal. cap. XLI. Iosephus antiq. lib. XIX.*

PATRVVM AD SE MISSVM. *Hinc pro-*  
*uerbum, ad patruos. Horat. lib. II Sat. III, ne sis*  
*patruas mihi. Idem lib. III od. XII, metuentes patruę*  
*verbera lingue. Pers. quoque Sat. I. Cùm patruos*  
*sapimus.*

NOVI SACERDOTII. *Malè Beroaldus de Augustalium sacerdotio intelligit. id enim Claudius Senatu censente extra ordinem adeptus est, ut paullo antea vidimus, cap. vi. Nonum ergo sacerdotium intellico, quod Caius ipse sibi instituit: quod adepti, centies his pendere cogebantur: in quod & ipse, & uxor Cæsonia, & Incitatus equus, & Claudius patruus ascripti fuere.* Sic Dio lib. LIX. Meminit eius etiam Suetonius cap. XXII.

OBLIGATAM ÆRARIO FIDEM. Eorum qui publico debebant, nec soluendo erant, bona prescripta in tabula apud ærarium per ærarij praefectos suspen-di solere, demonstrat & alter Suetonij locus, Domit. cap. IX. quod apud Græcos quoq; de obæratorum bonis usur-patum fuisse, ut ea loco publico proponerentur, probat Aristoteles lib. II Rhetor. ad Theodecten: & Demo-sthenes contra Aristogitonem. Pependisse igitur ve-nalem dicit Claudiu[m], cuius bona sic exposita fuerint: & quidem in vacuum, quod cum neque ipse certa die solueret, neque quisquam pro eo satisfidaret, tamquam vacua aut vacantia, ut f. C<sup>ti</sup> vocant, hoc est sine do-mino ac possessore esse videbantur, donec in fiscum cog-rentur. quo sensu Horat. lib. II Sat. 1111, In vacuum venire appellat, quando primi heredis morte vacantem hereditatem is qui substitutus est apprehendit. Solere autem interuenire amicos tabulasq; seu libellos quibus suspensa erant bona deiucere, Cicero non uno in lo-co in oratione pro Quinctio ostendit: & Senec. libro 1111 de benefic. cum ait, suspensis amici bonis libellum deiicio, pro eo me obligaturus. quo fa-feto nomen tabulis eximi dicebatur. At verò lex prædatoria erat, quæ de prædibus cauebat: hoc

hoc est de iis qui bona sua publico obligassent. vnde & ius prædicatorum apud Cic. in orat. pro Cornelio Balbo, & lib. xii ad Atticum epist. xvi: quo loco etiam prædictores appellantur qui in ea re versabatur. Quin & in Pandectis tit. de iure dotium, lex lxxxii, ex Caio desumpta, est ad edictum prætoris urbani de prædictoribus: nisi prædictores forte pro prædibus hic accipimus. Præs autem, inquit Festus, est is qui populo se obligat, interrogatusq; a magistratu si præs sit, respondet præs: & comprades eiusdem rei populo sponsores.

x. SECRETVM EO DESIDERANTE. Secretum desiderare hoc loco est, velle omnino solum esse: ut secretum captare Oth. cap. x. secretum sumere Domit. cap. xlii. At secretum petere frequentius dicebant, cum remotis arbitris colloquium poscerent. Cal. cap. xxiii.

IN DIÆTA CVI NOMEN HERMEVM.  
 Dieta Gracum est, unde & Dietariorum. Varro tamen inde dici vult, quod in ea per diem edatur. Frequens apud I. C<sup>os</sup> pro habitatione, qua amoenitatis causa in hortis exstructa sit. l. xlvi. de legatis 1: L. penult de donatio. inter virum & ux. quamuis etiam pro quocumque cœnaculo accipitur. quin & Dietas hypocastas dicebant, ad aliarum differentiam, quibus hieme vtebantur. L. lv de legatis lib. iii. Apud Plinium epist. & Lampridium Elagabalo, Zeta etiam pro Dieta more Graco scribitur Z. pro dia. Hermeum autem ut Hœum, Serapeum, Museum, Domit. cap. v, & similia non pro templo tantum sed quocumque loco Dei nomine insigni rectè dicitur, hic certè Diæta nomen est; quale illud, cœnare in Apolline. Serui quoque Dietarij, vt topiarij, & aquarij, ab Ulpiano

VOCAB-

vocantur, quibus commissa erat Dieta cura. L. XII  
de instr. legato.

SOLARIVM PROXIMVM. Solarium locum  
fuisse in edibus, ubi solem excipere & apricari solebant,  
non solum ille Macrobius de Augusti dictis locus ostendit, lib. II Saturn. cap. IIII: sed & Vlpianus, l. XVII  
de seruit. vrb. præd. vbi heliocaminum, & solarium, loca  
vocat quibus sol sit necessarius. nec male hoc loco dietae  
proximum solariū describitur. Utitur eo etiam Plantus Milite.

PRÆTENTA FORIBVS VELA. Sic Lam-  
pridius Elagabalo, obiectu veli cubicularis, quod in  
introitu erat cubiculi, se texit. Idem Alexandro. Sed  
& Iunenalis Sat. VI, pendentia liquit Vela domus.  
& Sat. IIII, pueros inde ad velaria raptos. & Sat. IX,  
Vela tegant rimas, clade ostia. Hinc velares anuli,  
apud Plin. lib. XIII cap. IX, ex Theophrasto qui res  
eis r̄tēs spoumatēs vocat. quibus adde J. C̄os L. XII de in-  
str. legato: L. XVIII de act. empti: quōdque velo leuato  
causas cognosci dicunt, quae cūm leuiores sint, nec  
magna disquisitione indigeant, palam admissō popu-  
lo pertractantur. sic enim Honorius & Theodosius,  
L. V de naufragiis lib. XI, De submersis nauibus de-  
cernimus, vt leuato velo istae causae cognoscantur.  
cuius consuetudinis meminit Clemens Romanus Pon-  
tifex, constit. apostol. c. LVII. quem locum vide.



IN CASTRA DELATVS  
EST. Nummum seruo aureum  
pulcherrimum, & similem argen-  
teū: parte vna effigies Claudi; al-  
tera verò castra prætoria, cum in-  
scriptione IMPER. RECEPT. quasi  
per

*per prætorianos imperium recepisset. Ut verò hic succollantibus, sic succollatis dixit Suetonius Oth. cap. vi.*

*OCCUPARVNT. Lib. opt. occupauerant: & mox, verum postero die, pro postero vero die. utrumque melius.*

**ARMATOS PRO CONCIONE.** Duo lib. armatus.

**QVINA DENA SESTERTIA.** Dio recepti imperij die prætorianis eum xxv drachmas, hoc est totidem denarios, viritim distribuisse scribit. que summa quidem exigua est: credibilior tamen quam altera. ut nulli dubium sit, quin notarum errore mendum irreperitur. Nam Josephus summam adhuc maiorem facit quina drachmarum millia viritim distributa affirmans.

**XI. PER AVGVSTVM.** More veterum, ut per eos iurarent quos præcipue diligenter: qui etiam in obtestan- domos fuit. Horat. lib. i Sat. 11, Si peteret per amici- tiam patris atque suam.

**LIVIAE DIVINOS HONORES.** Effigiem eius in templo Dini Augusti dedicauit, ac rem sa- cram ei fieri à Vestalibus mandauit, mulieresq; per no- men eius iurare voluit. auctor Dio. Eadem de Drusilla fratre Caius decrevit.

**AVGVSTEO.** Sic Beroaldus, & editio Germa- nica: Manuscripti verò, & nonnulli impressi, Au- gustino, vel Augusto, similem decernenda curauit. Augusto sanè non displaceat. sic enim marmor Augustum, & marmor Tiberium, apud Plin. lib. xxxvi cap. vii, quod Augusti ac Tiberij tempore innentum ab ipsis nomen accepit. Currus vero Augu- stus

*stus in veteri numismate areo cer-  
nitur.*



MATRI CARPENTVM. Quale  
in vetustis Agrippina nummis con-  
spicitur. De quo Cal.c.xv. proprium  
nempe matronis vehiculum. ut mox  
cap.xvii, Currum eius Messallina  
vxor carpento secuta est.

AB AVIA RECVSAT VM. Vide quae notau-  
imus Augusto, cap.vlt.

NEAPOLITANO CERTAMINE DOCVIT.  
De quinquenali Neapolitano certamine (Graci ἀγωνα  
vocant) gymnico & Musico, Strabo lib. v. Gymnici  
vero meminit Suetonius, Aug.cap. xcvi: Musi-  
ci hic. de quo etiam Papinius in siluis, non uno loco.  
Docere quoque comediam dixit, ut διδάσκειν δρᾶμα  
Graci: unde καὶ μοδιδάσκαλοι, & τραγῳδιδάσκαλοι.  
Cic.in Bruto: Luius qui primus fabulam C. Clodio  
& M. Tuditano coss. docuit. Horatius quoque de  
arte, Et qui prætextas & qui docuere togatas: pro  
edere, seu publicare.

DE SENTENT. IVD. CORONAVIT. Hoc  
est, coronam retulit. nec scio an alius quissiam italo-  
citus sit. lib. opt. habet, ac de se sent. iud. coronauit.  
sed male. Simili enim locutione damnare reum dicitur  
accusator quem sua actione conuincit. ut Tib.c. viii.  
Fannium Cæpionem reum maiestatis apud iudices  
fecit & condemnauit. Porro hæc ad id tempus referen-  
da sunt, quo, ut scribit Dio, Neapolitanquam priua-  
tus vixit, ita ut Greca etiam victus ratione una cum  
suis ueteretur; atq; in Musicis ludis pallium & soleas;  
gymnicis purpuram, & auream coronam ferret.

DECRETVM. Tunc puto cùm theatrum Pompei restituit. sup. Tib. cap. XLVII.

INTER FESTOS. Sic duo meliores codices: alijs fastos, quod non placet.

XII. DOMESTICA RELIGIONE. Nam sponsaliorum die & ius dixit, & Senatum habuit. Dio infr. cap. XIIII.

PRECARIO EXEGIT. Rectè precario. Nam prefectus prætorio ex equestri ordine sumebatur. vt inf. Tito cap. vi notabimus. ac proinde in Senatum venire non poterat. Procurator quoq; rerum Cæsaris iudicandi ius non habebat: cuius post Claudij tempora plurimum creuit auctoritas. Tacitus, in vita Agricola, etiam hunc ex equestri ordine sumi solum significat. Iurisconsulti, & qui vitas Cæsarum scripsere, eundem nunc procuratorem fisci, nunc procuratorem priuata rationis aut rei, nunc rationalem nominant: Graci ferè iuripotes vocant. Ius autem solummodo inter fiscum & prinatos dicebat. atque ita Taciti locum intelligo lib. XII, cùm scribit, Eodem anno saepius audita vox Principis, parem vim rerum habendam à procuratoribus suis iudicatarum ac si ipse statulisset. quod verum est, nisi cum potestate praefidis in prouinciam mittebatur: quod etiam ante Claudium interdum contigit: sed indicandi ius non ante Claudium accepit: tantum que Imperatoris nomine gerebat perinde rata habebantur, ac si ab Imperatore gesta essent. Ulpianus lib. I de offic. proc. Cæsar. Fuit autem, ut hoc quoq; obiter addam, & aduocatus fisci: quem primus, si Lampridio credimus, Alexander Seuerus instituit.

IVS N VNDINARVM. Sic Plin. lib. v epist. II, Vir prætorius à senatu petiit vt sibi instituere in agris

in agris suis nundinas permitteretur. Sed & Cicero Philip. II conqueritur, domesticus Antonij nundinis non vētigalia solum, sed etiam imperium P. R. diminutum esse.

VNVS E CONSILIARIIS. Recte. Sic enim editio Gryphi, & meliores ms. alij, vnum e consularibus. Vide Tib. cap. XXXIII, se offerebat consiliarium.

DIRIS EXSECRATIONIBVS. Lib. opt. obtestationibus, ut Graci ap̄as dicunt. māllem detestationibus. Plura ad Horat. epod. V, dira detestatio.

GALLVS ASINIVS ET STATILIVS COR-  
XIII;  
VINVS. Lib. veteres Statinus, & Statinius; vnuus etiam Scatinus. Nihil muto tamē. Nam Statiūs ad Messallas pertinere, & hic Coruini cognomen ostendit, & quod Neronis uxor Statilia Messallina vocata fuit. cap. XXXV. De Asinio Gallo etiam Dio. Fuit autem eius Asinij Galli, qui dimissam à Tiberio Vipsaniam Drusi matrem uxorem duxerat, filius. quare Drusi fratrem uterum vocat Dio. Pater sub Tiberio misere perire: filius, quamquam aduersus Claudium conspi rasset, exilio tantum multatus est. Tib. cap. VII.

FVRIVS CAMILLVS SCRIBON. Hic cum Annio Viniciano, ut narrat Dio, bellum mouit: sed à militibus desertus, morte voluntaria perire: meminit eiusdem Suetonius infrā, cap. XXXV: & Oth. cap. I. plura Orosius lib. VI I: & nonnihil Plinius, lib. IIII epist. X VI. idem fortassis de quo Tacitus lib. II Annal. quod sub Tiberio proconsul Africæ, Furio nomini multos post annos militiae decius restituit, consul cum Cn. Domitio, Neronis principis patre, suffectus in locum A. Vitelli, A. U. DCCXXV.

CASV QVODAM AC DIVINITVS. Lugo  
Z 2 an diuini-

an diuinitus, loquendi formula Tacito consueta: quanquam repugnant omnia qua viderim exemplaria.

AQVILA ORNARI. Aquila, ut scribit Plinius lib. x cap. IIII, Romanis legionibus a C. Mario secundo eius cōsulatu dicata, magna in veneratione apud milites fuit: & quidem in sacello collocata, unde eam efferriri si mouente exercitu nefas erat. stabat autem imposita hastæ, cuius pars inferior acuta in solum figebatur: unde si cum opus esset agere auelleretur, vt Crasso Euphraten transiuro contigit, pessimi ominis loco habebatur. Dio lib. x L. quemadmodum etiam si ornari non posset: ut hoc loco Suetonij. Ad ornatum autem spectat, quod tradit Plin. lib. XI I I cap. 111, his verbis, Aquilæ certè ac signa puluerulenta illa & custodiis horrida inunguntur festis diebus: hac nimirum mercede corruptiæ terrarum orbem deuicere Aquilæ. Spectant, hic etiam numismata duo vetera argentea: alterum C. Valerij Flacci; alterum L. Valerij Acisculi



apud

*apud me seruata: quorum typum his commentariis addidimus. Quanquam de Acisculi nummo, Ioannis Viuiani, rerum antiquarum studiosissimi indicium postea intellexi, quod ipsius ea de re epistola ad me verbis adscribere volui. In nummo vero hoc L. Valerij Acisculi, aquila galeata, & clypeata, facie humana, Iouis esse videtur Cary, quem eundem Labradum vocabant, eadem enim figura in nummis Mylasiorum, qui in Caria erant, conspicitur. in quibus & Iouis caput galeatum, in nonnullis etiam inscriptio Z E T Σ K A P I O Σ. Volunt hoc signum ab Arsali primum rege consecratum, qui cum Gyga aduersus Candalem Lydorum regem suppetias tulisset, securim eorum regum gestamen, ipsis Labryndictam, in patriam reportarit. Vnde & in huius nummi parte altera securis expressa cernitur. At cognomen Acisculis inde fortasse est, quod Acis insula una esset ex Cycladibus, quas Cares sub Minoë incolebant, antequam continentem occupassent. Hinc & in alio eiusdem gentis nummo, Europa taurō insidens conspicitur, cuius scilicet Minos idem esset filius ex Ioue in taurum transfigurato. & haec ad antiquissimam gentis Valeria nobilitatem faciunt, ut eadem esset que Trojanis, ac ipsi Romulo origo; de qua poëta Creta Iouis, &c. Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ. & Cures fortassis, qui in Sabinis erant, unde & Valesus ille qui sub Tatius rege militauit, a Curetibus, hoc est, Cretensibus descendisse putarent.*

SIGNA CONVELLI. Vide Seru. in illud Virg. lib. xii, ubi primum vellere signa Annuerint superi, nonnihil Turneb. lib. xxiij cap. xi.

DVOS PRIMOS IVNCTIM. Sic sup. Calig. xiiiij.

cap. xvii, duos nouissimos coniunxit: & Aug. xxvi,  
sequentes continuauit.

SE MESTREM. Lib. opt. semenstrem: & mox,  
bi menstres, ut semper.

FESTIS QVOQVE ANTIQUITVS ET RE-  
LIGIO. Lib. vnus antiquis & relig. scribendum puto  
antiquitus religiosis, sine copulatione: nihil muto ta-  
men. exemplum retuli paulo ante, ca. xii, ex Dione.

PRÆSCRIPTAM L.S.D. *Lego*, Nec semper  
præscripta legum fecutus: duritiam lenitatemque.

PRIVATOS IUDICES. *Id est rerum prihata-  
rum indices, qualis prætor & centumuir.*

PLVS PETENDO FORMVLA EXCIDIS-  
SENT. *Justinianus lib. iiii Instit. tit. vi, Si quis  
agens intentione sua (sic libellum vocat) plus comple-  
xus fuerat quam ad eum pertinebat, causa cadebat;  
id est, rem amittebat: nec facile in integrum resti-  
tuebatur a Prætore, nisi minorerat annis xxv. & pau-  
lo post, Plus autem quatuor modis petitur: tempore,  
loco, causa, re. Idem fermè *Paullus Ic. lib. i sententia-  
rum cap. x. Qua de re sepè etiam Cicero: maximè lib. i  
de orat. & eleganter epist. XLIX Seneca, ad eos qui so-  
phismatum argutiis abutuntur, Quid enim aliud agi-  
tis, cum eum quem interrogatis scientes in fraudem  
inducitis, quam ut formula cecidisse videatur? sed  
quemadmodum illum prætor, sic hos philosophia in  
integrum restituit. Atque hoc alludit *Plantus Mo-  
stellaria Act. i i Sc. i: cum enim expressa debiti sum-  
ma dixisset creditor, nihilo plus peto; respondit ille,  
Velim quidem hercle ut uno nummo plus petas.  
Quod ergo formula excidere dicit Suetonius, id ego ex  
Justiniano interpretor pro causa cadere, aut rem amit-  
tere.***

tere: quoniam enim certae ac sollemnes quadam constitutæ erant formulae ad agendum, ne quis aberraret; hinc factum est, ut formula apud quosq; auctores pro actione accipiatur, ut formula iniuriarum, *Vitell.* cap. vii. cadere formula, errare formula.

AD BESTIAS CONDEMNAVIT. Ad bestias damnati dicebantur, qui ex sententia bestiis subiiciebantur, *l. vi ad leg. Iul. peculatus. dari quoq;*, & pronunciari ad bestias legitimus plura cap. xxxiiii.

MODO INCONSVLTVS. Libri ms. omnes, in- XV. terdum inconſ.

DECVRIAS RERVM ACTV. De rerum actu sup. *Aug. cap. xxxii.* Expungere autem centurias dicit, pro dispungere, seu ordinare qui retinendi essent in numero iudicium quive non. Verbū in rationibus usurpatum. unde eleganti translatione Seneca, lib. iiii de benef. munus munere expungere dixit: & expunge-re stipendius militem Paullus, *l. penult. de re militari.*

RESPONDERAT. In recognoscendo iudicium albo nominatim ciebantur, vti & equites cum recognoscabantur. sup. *Cal. cap. xvii.* Quoniam ergo is de quo hoc loco *Suet. vocatus responderat*, neq;, cum immunis esset, sc̄e excusauerat; Claudius eum, ut iudicandi cupidum, dimisit atq; expunxit.

NEGANTEM QVE COGNITIONIS REM. Recte quidem in hunc locum annotat Turnebus, lib. xxvii cap. ix, ordinary iuris esse ea quæ per indices à pretore datos iuris ordine deciduntur: cognitionis verò, que, extra iuris ordinem, ad Cæsarem deferuntur; aut alioqui non indice viro dato, sed ab ipso qui aditus sit, utputa pretore aut praefide, cognoscuntur: qualia fere sunt quæ ad rem publicam-

Z + spectent,

spectent, aut ad exemplum trahantur. Verum quo locum hunc Suetony apertius declaremus, necesse est ut hunc, qui de propria lita apud Claudium ab aduersariis interpellabatur, è numero iudicium fuisse admoneamus: cumq; exciperet, litem ordinarij iuris esse, ac proinde iudicem dari debere; iussisse Claudium ut ipsemet cause sue index esset, ac vice Caesaris rem propriam ageret. Quod sane duriusculum est. sed, nisi sic interpretetur, non video quomodo cohærent ea quæ sequuntur. De principiū vero cognitione adde Suet. Ner. cap. xv: & Tito cap. vi. sed & Capitol. de M. Antonino, Senatum, inquit, multis cognitionibus, & maximè ad se pertinentibus, iudicem dedit. Iurisconsulti sacras cognitiones vocant: vt & sacrum cognitorum, qui Caesaris iussu de re qua cognitionis sit vice eius iudicet. Est & titulus lib. Pandectarum l. sic inscriptus, de extraord. cognitionibus, vbi prolixè enumerauntur ea qua Prætor aut Präses prouincia non dato iudice sed corām ipsi cognoscunt. adde l. CLXXVIII, de verb. signif. Infr. cap. XXII.

## ABSENTIB. SECUNDVM PRÆSENTES.

Concisa, ac proinde obscura oratio est. sensus tamen, Claudium sàpè temerè, altera parte absente, cum compendinare satius foret, secundum præsentem pronunciasse; hoc est, pro eo qui comparuerat: sic enim veteres loquebantur. nec solum dare litem, dare sententiam, pro litem iudicare, ac sententiam dicere; sed dare, absolute. Ulp. l. xxvii, de liberali causa, contra libertatem dabit: Plin. lib. vii epi. vi, secundum reos dedit: &, quod hoc propius spectat, Cic. Verr. i 111, Utatur instituto suo, nec cogat ante horam decimam de absente secundum præsentem iudicare. atq; adeò  
aper-

IN C. SVETON. CLAVDIVM. 361  
apertiū locutus fuisset Suetonius, si de absentibus  
dixisset.

NVLLO DELECTV CVLPÆ NISI QVIS.  
Libri duo, ne quis in al. necess. Quare nihil addubi-  
to quin legendum sit, cum Sabellico, nullo delectu cul-  
pane quis an aliqua necessitate cessasset. Liber vnuſ  
necessitudine habet.

PER EGRINITATIS REVVM. Peregrini vo-  
cantur qui cines Romani non sunt. Ulp. tit. v Instit.  
& l. vi de heredib. inst. Inde peregrinitas dicitur  
cum ius ciuium amittitur, utputa deportatione. l. xi  
de in ius voc. Suet. cap. prox. in peregrinitatē redegit.

DISSIMVLATA DIV CAVSA. Scribo dislim.  
d minuscula. aut, si maiusculam retineamus, Dissi-  
mulata dein causa.

P V T E O L I S. Pulmanno, qui è vetustis codicibus  
hanc lectionem afferit, facile assentior. Nostri tamen  
MS. omnes habent puto, vel puro, licuit: & quidem om-  
nium castigatissimus, Puto P maiuscula; vt verba sint  
testem excusantis, quibus apertiū adhuc quam antè  
Claudium irrideat, licere dicens abesse mortuis.

KAI' ΣΤ' ΓΕΡΩΝ ΕΙ<sup>Σ</sup> KAI ΜΩΡΟ'Σ. Be-  
ne Pulmannus quod glossatum illud non adiecit, &  
tu senex & stultus es. abest enim ab omnibus MS.

O B S C E N I T A T I S I N F E M I N A S. Tib. cap. XLV.  
I M P O T E N T I B. I N I M I C I S. Lib. vnuſ impon-  
tentibus: & mox, pertuderit, pro perstrinxerit. Sed  
neutrū placet.

P O S T P A V L L V M P L A N C. Plures libri post xvi.  
Plancum Paullumq. censores. Censores autem fuere  
Paullus Aemilius Lepidus, & L. Munatius Plan-  
cus, Ann. urb. DCCXXXI. At Claudij censuram

refert Plinius, lib. x cap. ii, in annum U. DCCC.

LITVRA TAMEN EXSTET. Non male qui exstat legendum monet. nota enim tolli potest, sed facti turpitudo permanet.

SPLENDIDVM VIRVM. Liber opt. splendidissimum: & mox, sed in peregrinitatem, sine etiam: & reddere passus est, pro passus est reddere.

SINE COMMEATV ITAL. EXCESS. Id senatoribus magistratibusq; sine libera legatione non licet. Tib. cap. xxxi. aliquid Dio.

RABIRIO POSTVMO. Quem Cicero defendit.

SIBIMET VIM FERRO. Lib. opt. sibi metu vim ferro. Hoc igitur est quod fc<sup>ii</sup> dicunt, neminem esse dominum membrorum suorum, nec ciuem patriam auferre licere. Vide tit. Pand. lib. xlviii, de his qui ante sentent. mortem sibi consciuerunt.

SIGILLARIA. Ante cap. v. Nerone cap. xxviii.

xvii. FAMQVE MODICAM. Vel abesse velim hac verba, vel scribi eamq; hoc modo. cum.

LEVIOREM MAESTATE PRINCIPALI. Libri omnes m s. principalem. ut omnino legendum putem, leuiorem maiestate principis talem titulum arb.

POST D. IVLIVM. Scribo post Diuum Iulium, ex duob. m s. & sane etiam in nummis veteribus dictio hac semper integra scribitur. Quod vero temptatam vlli post Iulium Cæsarem negat Britanniam, id ita intelligo, vt nemo illi bellū intulerit. inhiavit ei quidem etiam C. Caligula, cap. xix, & cap. xlili: & Augustus ad bellum Britanicum in Galliam usque profectus est, sed nec ille quicquam prater minas, & hic quoq; Dalmatiatum multu renocatus desstitut. Non frustra ergo est, quod

quod Pulmannus deprædatam, pro tentatam, se reperiisse affirmat. Plura ad Horat. lib. IIII od. v, prælens Diuus habebitur Augustus, adiectis Britannis Imperio, grauibusque Persis. quam odam scripsisse arbitror Horatium proficidente in eam expeditionem Augusto, perinde ac si viciisset eo ipso quod bellum minabatur.

VEHEMENTI CIRCO. Is ventus Galliae Narbonensi præcipue infestus est. Senec. lib. IIII quaest. natur. Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Pamphiliam Catægis, Galliam Circius; cui ædificia quassanti tamen incolæ gratias agunt, tamquā salubritatem cæli sui debeant ei. Diuus certè Augustus templum illi, cum in Gallia moraretur, & voulit & fecit. Adde Plin. lib. II ca. XLVII: Gell. II cap. XXII.

STOECHADAS INSULAS. Quæ ad Rhodani ostia sunt, Stœchade herba nobili insignes. Plin. lib. III c. v, & lib. XXVI c. XII. dictæ, quod soixæ siue ordine positæ sint, ut volunt Graci.

GESORIACVM. Plin. lib. IIII cap. XVI. Turneb. lib. VIII cap. XXI.

INTER PAVCISS. DIES. M.S. omnes, intra paci. d. & sexto quam profectus est mense, pro erat.

TRIVMPHAVITQVE. libri duo triumphauit, sine que.

IN VESTE PALMATA. Aug. cap. XCIII. & Beroaldus hic.

ÆMILIANA. Locus is fuit Rome: sed extra portas XVIII. tam in continentibus, ut loquuntur Æc*ti*, urbis ædificiis: & quidem, ut ex hoc loco colligitur, non procul a campo Martio. Varr. lib. III de rustica cap. II, eorum

corum ædificia qui habitant extra portam frumentariam, aut in Æmilianis. Tac. lib. xv, vbi de Neronis incendio, Plus infamiae id incendium habuit, quia prædiis Tigillini Æmilianis eruperat: quo loco in Æmilianis legendum puto, ut apud Varro. Erat & vicus Æmilianus, regione vii via latæ. Rufus.

**I N D I R I B I T O R I O.** Diribere, idem quod distribuere est. Vnde Diribitores dicti, qui Romanis in suffragia euntibus tabellas ministrabant: uti & rogatores qui cistam deferebant in quam tabella mittebantur: & custodes, qui obseruabant ne quid fraudis admitteretur. Cic. oratione post reditū in Senatu, quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodesque vidistis: & in Pisōnem, Hoc certè video, vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse. Distributores vocans eos qui diribitores quoq; dicuntur. Nam de diuisoribus ante diximus Aug. ca. i i i. Diribitorum igitur locus fuit ad diribitorum munus seruiens: & quidem apud septa, regione circi Flaminij, ut Victor tradidit. De quo sic Dio lib. lv, Ditibitorum, domum omnium quæ uno culmine fuerunt maximam, Agrippa imperfectum reliquit. Atque hoc est, quod interdum, ob calores astios, munera ludosq; in diribitorio edi consuesse legimus. Male igitur interpretes, qui nescio quæ delibatoria, & dirinatoria somniant.

**PLEBEM PER MAGISTRATVS.** Sunt qui magistros legi velint: ut vicomagistros intelligamus. sed male. ordinarios enim magistratus intelligit; praetores nempe, atque ediles, qui ex omnibus vicis plebem auxilio conuocarent. Aug. cap. xxx.

**REPRÆSENTATVRVS.** Melius duo codi-  
ces

IN C. SVETON. CLAVDIVM. 365  
ces repræsentans. Sic *Vitell.* cap. x, vulnera, plaga, & necem repræsentantes.

ARCTIORE ANNONA. Sic arctissima annona, *Tib.* cap. viii. & *Galba* cap. vii, arctioris annonæ *Hermogenianus* f. c. l. liii de iudicijs. artio re tamen habent libri optimi, & *Pand.* Florent.

ITA INSTRATVS. Sic interpretes, & editio *Gallica*, tres item ms. Duo vero infestatus: vti & editio Germanica, & *Orosi*. lib. vii, ubi eandem narrat historiam, *Pseudothyrum* appellans quod *Suet.* posticum. quo vocabulo vsus etiam non uno in loco Cicero.

IN TEMPORE HIBERNO. Lib. optimus, hiberno tempore, sine in: & mox, accideret, pro accidisset. *vtrumq; rectius.*

CONSTITVIT PRO CONDITIONE CV- XIX.

IVSQUE CIVIS. Libri ms. omnes, vti & vulgati hoc in loco corrupti sunt, per eos qui capita male distinxere. Ego verbum constituit præcedenti capiti adiungo: Deinde sic lego, Pro conditione cuiusque, ciui vacationem legis Papiæ Poppææ, Latino (nam sic habent duo ms. pro Latinis) ius Quiritium, feminis ius quatuor liberorum. naues enim fabricantium pro cuiusque conditione præmia recenset. ac proinde etiam cetera longè melius præcedenti capiti annexeretur. Et de lege Papia quidem antè, *Aug.* cap. xxxiiii, quantum satis est, diximus. Ciuis vero appellatione hoc loco intelligo eum qui ius ciuitatis Romane adeptus sit iusta ac plena libertate manumissus. nam qui Latina tantum conditionis erat, ac proinde ciue deterior, us naues non vacationem legis Papiae consequebatur: (neque enim poterat, utputa necdum ciuis aut plenè liber) sed ius Quiritium, quo ciuis fieret: idq; sufficere videbatur.

tur. Dediticij vero, quod tertium fuisse libertorum genus ostendimus, ut nec plenam libertatem vnguam consequi poterant; sic nec vlla legum premia qua liberi proponerentur. Scio hunc locum aliter exponi à Carolo Sigonio, lib. I de iure Italiae, perinde ac si Latini nomine, non libertinus, sed ingenuus qui ius Latij adeptus sit significaretur. sed errare Sigionum manifestè ostendit Ulpianus titulo IIII, nauem inter modos enumerans quibus plenam quis libertatem adipiscitur, si non minorem fabricauerit quam X. M. modiorum.

FEMINIS IUS QVATVOR LIB. Olim apud Romanos feminae à successione ab intestato sic excludebantur, ut ne inter matrem quidem & filium filiamve ultro citrore hereditatis capienda ius esset. Primus Diuus Claudius matri, ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum detulit hereditatem: postea vero, Diui Hadriani temporibus, sc. Tertulliano cautum est, ut mater ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor, etiam si in potestate esset, ad bona filiorum ab intestato mortuorum admitteret. ut hæc narrat plenissime Iustinianus, Inst. lib. IIII tit. IIII ad sc. Tertullianum. Et ea quidem que sub Hadriano constituta sunt, ad Claudiū referri negantur: ex his tamen que diximus manifestum est, feminis ius trium quatuorve liberorum habentibus multa quocumque tempore priuilegia fuisse, que omnia Claudiū naues fabricantibus competere voluit. De premiis vero huiusmodi negotiatorum, ac naues anniae causa habentium, pulchre Scœnola & Callistratus, l. IIII de vacatione & excus. munerum: & l. V de iure immunitatis. Qua in re, ut hoc obiter addam, notandum est quod addidit Scœnola, Senatores eam

eam ob naues vacationem non habuisse, quoniam ne habere quidem nauem ex lege Julia repetundarum illis liceret. nam etiam ante leges Iulias Senatori ædificare nauem non licebat: sed veteres leges, panè mortuas, noua renocarunt. Cicero in *Verr.* lib. v. Noli invenire Hortensi ne quæram quid licuerit ædificate nauem Senatori. antiquæ sunt istæ leges & mortuæ, quemadmodum tu soles dicere, quæ vetant. *Lata autem lex illa de nave Senatoria à Q. Claudio Trib. pl. T. i. Sempronio P. Cornelio Coss. Anno V.C. dxxxv. Linius lib. xxii. quem vide. Lega etiam, ho-*  
dieque seruantur, pro hodie.

A CAIO INCHOATVM. *Sup. Cal. cap. xxii. xx.*

A D. IVLIO. A Diuo, scribi mallem. Iulium vero de Fucino emissendo cogitasse, etiam eius vita meminit Suetonius, cap. XLIIII. de portu vero Hostiensi, nihil. Sed & Hadrianus, si Spartiano credimus, Fucinum emisit: quod si verum est, sequitur Claudium inanes (quod etiam testatur Dio) hanc in rem fecisse sumprus. Qui plura velit Tacitum videat.

CVRTO ET ALBDINO. Fontem Curtium binominem fuisse arbitror, ut etiam Albudinus vocaretur. Plinius enim, lib. XXXVI cap. xv, duos tantum Curtium & Cæruleum commemorat, sicut & hac inscriptio: IMP. CÆSAR VESPASIANVS PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. III DESIG. IIII. P. P. AQUAS CURTIAM ET CÆRVELIAM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO ET POSTEÀ INTERMISSAS DILAPSASQVE PER ANNOS NOVEM SVA PE-CVNIA VRBI RESTITIVIT. Albudini tamen fontis meminit Frontinus quoque.

ANIE-

ANIENIS NOVI. *Libri omnes nostri, nouo lapideo opere. Quod vero Turnebus de Aniene nono ac vetero scribit, nihil ad rem presentem.*

NAVEM QVA MAG. OBELISCVS. Plin.  
lib. XXVI cap. XL, & lib. XXXVI cap. IX.

CONGIARIA POP. SÆP. DISTR. Hac  
melius annexentur capitii sequenti.

QVOD AMBVSTVM. Sub Tiberio incensum  
fuisse auctor Euseb. Chronicis, atque illud quidem par-  
tim Tiberius ipse, partim Caius iam ante restituerant.  
sup. Tib. cap. XLVII. & Cal. c. XXI. sed iterum incen-  
sum fuisse, & à Claudio restitutum indicat hoc loco  
Suetonius.

XXI.

TRIBVNALI POSITO. Duo cod. Tribunali  
in orchestra, sine posito.

APVD SVPERIORES ÆDES. Templa nescio  
qua supra theatrū fabricat Beroaldus: ego sedes quam  
ædes malim: vt, cum superiori theatri parte supplicas-  
set, non inde tamen, sed è tribunali in orchestra iudos  
commiserit. Similis locus Cæs. cap. XXXIX. vide qua  
notani Aug. cap. XLIIII.

NEC LEGITIMO TEMPORI RESERV.  
Lego ut in duobus optimis exemplaribus, modo leg.  
t. r. ut anticipatos ab Augusto ipse legitimo tempore  
ediderit, A. V. DCCC: ut postea Philippus Cæsar, A.  
V. M. De Secularibus autem Claudij, præter Tac. &  
Dionem, Censorinus, de die natali cap. XLI. Plin.  
lib. VII cap. XLVIII, & lib. VIII cap. XLII.

QVIDAM HISTRIONVM. Id de Stephanione  
testatur Plinius. anni autem ab Augusti secularibus  
ad eos quos fecit Claudius, LXII fiere.

PROMISCUE SPECT. SOL. Promiscue qui-  
dem

IN C. SVETON. CLAVDIVM. 369  
dem inter se: sic tamen, ut Senatus à populo secerere-  
tur. Vide Ner. cap. XI.

CONFICIENTE TVRMA EQVITVM. Con-  
ficere verbum arenae proprium. unde confectores fera-  
rum. Aug. cap. XLIII.

PLVRIFARIAM. Pro pluribus locis. Calig.  
cap. LIII.

ANNIVERSARIVM IN CASTRIS PRÆT.  
In memoriam recepti illic imperij.

PRIMVM DATVRVM SE DIXERAT. Sic libri om-  
nes, quos ego viderim, Frobenij editione excepta: que sic  
habet, quia primum daturus edixerat, & rectè.

AD SVBITAM CONDICTAM QVE COENE-  
LAM. Condicere apud IC<sup>10</sup> est denunciare. Hinc con-  
dicere cœnam, cum quis alteri denunciat se cum eo cœ-  
naturum: ut conuinæ non conuinatoris sit. sic Tib. cap.  
XLII, cœnam ea lge condixit. Cic. lib. I. Famil. epist.  
IX, absolute dixit, cum mihi codixisset, coenauit apud  
me. Plautus Sticho, condicere ad cœnam. Condita  
igitur cœnula hic, pro subita ac sine apparatu, qualis  
amicis qui seipsoſ inuitant apponitur: quam non illepi-  
de ſportulam vocabat Claudius.

COMMVNIOR AVT REMISSIOR. Com-  
munem vocat, qui effusa quadam ciuitate omnibus  
obuius atq; expositus fit.

OBLATOS VICTORIBVS AVREOS. Huc  
refer illum Juuenalis versum è Sat. VII, Accipe vi-  
ctori populus quod postulat aurum.

VOCE DIGITIS QVE NVMERARET. De com-  
putandi per digitos ratione Beda libellum scripsit. quod  
admonitum volui, ne quis hic erret cum Sabellico in re  
motissima.

DOMINOS. *Vide Aug. cap. LII.*

PALVMBVM. Sic Columbus quoq; gladiatoriis  
nomen. *Vide Calig. cap. LV.*

ESSEDARIO. Sunt qui retiario legendum cen-  
seant. sed male. Inter gladiatores enim fuisse qui esse-  
darij vocabantur, alter Suetonij locus ostendit, *Cat.*  
*cap. XXXV.* effedum enim Belgarum inuenitum fuit, ex  
quo Galli ac Britanni pugnare soliti. unde etiam esse-  
darij, tam apud Ces. lib. v. de bello Gall. quam apud  
Cicer. epistolis ad Trebatium. Qui igitur apud Ro-  
manos horum exemplo inter gladiatores depugnabant,  
effedarij & ipsi vocabantur.

TABVLAM ILLICO MISIT. Sunt qui fabu-  
lam legant. inepte. alij tabulam pictam intelligent:  
quasi vero illa Claudi monitio pictura exprimi posue-  
rit. Dionem igitur audiamus. Is enim de Claudio,  
Quoniam, inquit, in spectaculis populo benignè ad-  
erat, & quæ vellent præbebat, nec præconibus vte-  
batur, sed pleraque omnia inscripta tabulis diuul-  
gabat. εἰς ταῦτα γράφων. Sic nimis etiam libellis  
vtebantur. *Vide Aug. cap. XLII.*

AD IMAGINEM BELLICAM. Belli simula-  
cra vocat Lucretius, lib. II. sed & Linus lib. XXIX,  
classem in portu simulacrū edentem naturalis pugnæ.

NAVMACHIAM ANTE COMMISIT. In  
lacu ipso Fucino. *Tac. lib. XII.*

XXII. CIVILEM ET MILITAREM MOREM. Dic̄tio mo-  
rem abest à duob. libris. nec male. sequitur enim statū.

TERRA IN VRBE MOVISSET. *Vide Gell.*  
*lib. II. cap. XXVIII,* & *lib. IIII c. VI.*

FERIAS ADVOC. CONC. PRAETOR  
INDIC. De hac quoq; re Gellius, *lib. X. cap. XXIIII,*

&

Et Macrob. lib. I Saturn. cap. IIII, & cap. XVI.  
Obiter interim admonendus lector, Praetorem urbanum, aut etiam consules, pro arbitrio potestatis ferias indicere solitos; eas maximè, quas imperatiuas vocat Macrobius: idq; ut à forensibus negotiis vacandum esse populus intelligeret. sacrorum vero peragendorum gratia, à Rege Sacrificulo indicebantur. auctor Varro, de lingua Latina, lib. v. Quin etiam Dictatorem feriarum constituendarum causa dictum aliquando fuisse, auctore est Liu. lib. VII.

OB DIRA AVT IN VRBE AVT IN CAP. VISA. Lib. unius, dira aut in Capitolio visa: alter, vtque dira aui in Capit. visa. quam lectionem Turnebus sequitur lib. xxi cap. XXXI. Gifanij liber, vt audio, vtque dira aui in vrbe aut in Cap. Verum cum in urbe, & quidem summo loco, Capitolium fuerit, Turnebus sequor. Diram vero auem incendiariam intelligo: de qua Plin. lib. x cap. XIII. Sed & ob bubonem, quod Capitolij cellam ipsam intrasset, lustratam fuisse vrhem refert Plinius, lib. x cap. XII. Lampr. Commodo, ante lucem fuerant etiam incendiatiæ aues ac diræ. Vide quo notauit in Horatium lib. III od. i.

IVRE MAX. PONT. Melius MS. iuste Pont. Max. Valerius lib. I cap. I. Plin. lib. XXVIII cap. II.

S V B M O T A Q U E O P E R A R I O R V M . Liber unius: summota operarum seruorumque turba. & placet quidem extingui que: sed operariorum retineo.

R E R V M A C T V M . Melius, ni fallor, hec sequenti cap. adiungentur, ut Frobenij habet editio.

D I V I S V M A N T E A . Observatum fuisse videtur ante Claudium, vt alia aestinis, alia hibernis mensibus ageretur: ipsum vero instituisse, vt prout res incidenter,

promiscue & indifferenter tractarentur. utq<sub>z</sub> *huc for-*  
*tassis spectat beneficium Claudij, de quo Galb. c. xiiii,*  
*ne indices hinc initioq<sub>z</sub> anni ad indicandum euoca-*  
*rentur: spectat & alter Suetonij locus, Aug. ca. xxxii.*

xxiii.

IURISDICTIONEM DE FIDEICOMMISSIS. *Hac dere Pomponius, l. ii de orig. iuris, Diuus,*  
*inquit, Augustus xvi prætores constituit: post dein-*  
*de Diuus Claudio duos adiecit, qui de fideicom-*  
*missis ius dicerent: ex quibus vnum Diuus Titus*  
*detraxit. Multa Iustinianus lib. ii tit. xiiii. Sed*  
*libet adscribere Vlpiani verba, Inst. tit. xxv, Fideicom-*  
*missa non per formulam petuntur, vt legata: sed co-*  
*gnitio est, Romæ quidem Consulum, aut Prætoris*  
*qui fideicommissarius vocatur; in prouinciis vero,*  
*Præsidum prouinciarum. Et merito quidem Clau-*  
*dius fideicommissorum, quæ sola fide niterentur, pecu-*  
*liarem cognitionem extra ordinem esse voluit. Vide l.*  
*CLXXVII de verborum signif.*

CAPITI PAP. POPP. LEGIS A TIBERIO.  
*Relatum fuisse sub Tiberio de moderanda Papia Pop-*  
*pæa, atq<sub>z</sub> adeo ex solitos tum aliquot eius legis nodos,*  
*auctor est Tacitus li. iii Annal. Verum id quod hic re-*  
*fert Suetonius, legis acerbitatem auget magis quam im-*  
*minuit: & alioqui satis aperie ex jurisconsultis nostris*  
*constat, ipsa lege Papia cunctum fuisse, ne mulier quin-*  
*quaginta annis minor sexagenario nuberet, aut vir LX*  
*annis minor quinquagenariam uxore duceret: ac pro-*  
*inde legis ipsius interpretatione sexagenarij generare*  
*non possunt: cui capiti Claudio obrogauit editio, per-*  
*mittens ut etiam sexagenario quinquagenaria minor*  
*nuberet. Verba igitur à Tiberio Cæsare, ab imperito*  
*aliquo adiecta sunt, qui, cum edito pro edicto scriptum*  
*reperiisset,*

reperisset, Tiberium auctorem fecit. Quam nostrā conjecturam confirmant verba Senecæ relata à Lactantio lib. i diuinarum Instit. ca. xvi, Quid ergo est quare apud poëtas salacissimus Iuppiter desierit liberos tollere? vtrū sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit? an impetravit ius triū liberorum?

EDITO A BROGAVIT. Sic Pulmannus Gallicam secutus editionem, & Beroaldum, quem verba illa à Tiberio Cæsare deceperant. Edicto enim habent Ms. nostri omnes, & quidem obrogauit: quod hinc loco magis conuenit. Ulp. Instit. titulo 1, Lex aut rogatur, id est, fertur: aut abrogatur, id est, posteriorē lege tollitur: aut derogatur, id est, pars tollitur: aut subrogatur, id est, adiicitur aliquid primæ legi: aut obrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege. Addel. cī de verb. signif. & Cic. ad Attic. lib. 111 epist. xxiiii.

TUTORES A COSS. DARENTVR. Ante Claudij tempora, si pupillus neq; ex patris testamento neq; ex lege XII tabularū tutorem accepisset, quem vel testamentarium appellabat vel legitimū, illum pro patris arbitrio, hunc agnatum proximū; tunc lege Atilia iudeandi tutoris habebat Romæ Prætor cum maiore parte Tribunorum plebis: in prouincia verò præses, lege Julia Titia. qua de re, præter IC<sup>os</sup>, etiam Liuius lib. XXXIX, de Hispania liberta, quam, post patroni mortem, quiq; in nullius manu erat, tutore à tribunis & Prætore petitio, fecisse scribit testamentum. Sed & Cicero vocem illam Verris prætoris commemorat, Pupillos & pupillas certissimam esse prædam prætoribus. Claudius igitur, quo tutore indigentibus melius prospiceretur, curam illam consulū esse voluit: idq; Traiani quog; temporibus obtinuisse, docet nos Plinius lib. ix epist. ad

*Quadratum, ubi tutoris à consulibus dati meminit.*  
*Postea vero M. Antoninus, ut diligentius de tutoribus tractaretur, Prætorem tutelarem primus instituit, à quo, loco consulum, tutores poscerentur. auctor Julius Capitolinus. Quod igitur ante diximus, de praetore urbano intelligendum est.*

**H**I QVIBVS A MAGISTRATIB. Locum hunc illustrat quod à Callistrato traditur libris Caeciliu[m], relegatum sine interdictum patria sua à praeside prouincia, etiam Roma, que communis sit patria, abstinere debere, tametsi id sententie adiectum non fuerit: nec solum Roma; sed & ea ciuitate in qua princeps agit, qui pater patriæ est. cui non absimile, quod prodit Macer l. xi i i de re militari, eos qui ignominiose missi sunt, neque Roma neque in sacro comitatu age-re posse.

**I**NTER CONS. SELLAS TRIBVNICIO SVBSELLIO. Ascon. dixit. in Verrem, Subsellia sunt tribunorum, triumvirorum, quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium; qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subsellii considebant. Varro lib. i i i i, A sedendo appellantur sedes, sedile, sedum, sellæ, selliquastrum: deinde ab his subsellium; ut subsipere quod non planè sapit, sic quod non planè erat sella subsellium dictum. Hinc ergo imi subsellij virum dixit Plantus Sticho.

**P**ROCVRATORIBVS DVCENARIIS. Ne  
 xxiiii. in confutandis aliorum erroribus sim prolixior, meam tantum sententiam referam. procuratores ducenarios fuisse eos qui per prouincias colligēdis publicis redditibus constituti, ducentena millia nummūm, seu quod idem

est, ducentas sestertia pro stipendio accipiebant. quos, si  
 Dionis creditimus lib. l. i. i. i. primus Augustus instituit:  
 atque à stipendio nomen habuerunt. quemadmodum  
 & quarta illa iudicium qui de lenioribus summis iudi-  
 carent, adiecta prioribus ab Augusto centuria, à censu  
 quoq. nomen accepit: Ducenarij enim & illi appella-  
 bantur. Aug. cap. xxxii, quod nempe ducentena mil-  
 lia possidebant. vt & liberti centenarij, qui centena  
 millia. l. x. v. i de iure patronatus; & plura Iustin.  
 titulo de success. libert. Hinc ducena & centena, ipsa  
 eorum qui publica colligebant dignitas & functio est.  
 sed & sexagenarios legimus. qui omnes agentium in re-  
 bus numero comprehensi, inter primos habebantur: vt  
 ex Codice, tam Theodosij quam Iustiniani, non uno in  
 loco discere est: præsertim titulo de agentibus in rebus.  
 Ducenariorum verò mentio etiam apud Cyprianum  
 epist. l. x. v. i. i. cum actis publicè habitiis apud pro-  
 curatorem ducenarium. & Nicephorum lib. vi cap.  
 xxx, ubi de Paulo Samosateno loquens, sublatus, in-  
 quirit, mundanis dignitatibus, Ducenarius quam  
 Episcopus vocari voluit. Est autem Ducenarius  
 etiam militiae nomen, pro eo qui duas centurias sen-  
 ducentos milites ducebat in acie secunda. Vegetius de re  
 militari lib. ii cap. viii. Sed hic de ciuili admini-  
 stratione loquitur Suetonius. Atque in hoc ipso ho-  
 minum genere collocandum puto eum qui actor sum-  
 ma rei dicebatur, τὸ μεγίστου ἀράγματος αρχαῖον, sic  
 enim Eusebius eccl. histor. lib. vii cap. x. i. i. qui, ut  
 opinor, etiam ducenarios honore precedebat. de quo  
 l. iii Cod. si propter publicas pensitationes; & l. vii,  
 ubi causa fiscales, que rationali summa rei inscri-  
 bitsur.

A.P. CÆCVM CENS. *Duo lib. Ap. Cæcum,*  
*generis sui pro auctorem, censorem. quæ positura*  
*placeat: ut in censura eum fecisse id dicat. sic enim au-*  
*citor libri de viris illustribus, Ap. Claudio Cæcus in*  
*censura libertinos quoque in Senatum legit. quam*  
*ob causam, ut puto, Luius lib. ix lectionem eius in Se-*  
*natum infamem & ignominiosam vocat. Ceterum cum*  
*libertinos ille; Suetonius vero libertorum filios ab*  
*Appio in Senatum lectos scribit; libertinos illuc pro*  
*kis qui libertini generis fuerint accipio: ut libertinitas*  
*& ingensitas pro libertini vel ingenui statu ponitur*  
*apud Sabinum, l. 11 Si libertus ingenuus esse dicatur.*  
*alioqui sequeretur Appium libertorum filios allegisse,*  
*quod Suet. negat. & recte sane. Hinc enim Horati locum*  
*intelligo, lib. i Sat. vi, Censorque moueret*  
*Appius, ingenuo si non esset patre natus: quasi dicat,*  
*ne Appium quidem, qui viles ac libertini generis ho-*  
*mines in Senatum legerit, laturum cum qui non esset*  
*ingenui filius, atque liberti nepos saltem, qualis erat*  
*Horatius. Adde his Ciceronis locum pro Cluentio:*  
*Negat hoc Lentulus, nam Popillium, quod erat li-*  
*bertini filius, in Senatum non legit. Quanquam af-*  
*firmare non ausim an etiam Ciceronis tempore in vsu*  
*fuerit, ut libertini dicerentur iij quoque, qui ex serui-*  
*tute manumissi essent. Horatius sane, cum ait, me li-*  
*bertina, nec uno Contenta Phryne macerat; & ite-*  
*rum, Grata detinuit compede Myrtale Libertina;*  
*libertam ni fallor intelligit. Liberti enim tantum ser-*  
*uitatis cognomen retinebant, quo ab ingenuis distin-*  
*guerentur: non etiam eorum liberi. Et sane libertum*  
*cum dicimus, patronum: cum libertinum, generis ma-*  
*gis condicionem respicimus: unde, ut diximus, liberti-*

nitas. atque ita Cicero vsus est: nec obscure ipse Tranquillus indicat non ita multo post Ap. Claudij etatem Romanos aliter uti cœpisse.

QVI MANVM MITTERENTVR. Lib. opt. manu emitterentur.

COLLEGIO QVÆSTORVM. Graniter queritur Tacitus lib. II, venumdatum questura honorem, ut qui eum adepti essent spectaculum gladiatorum sua pecunia quotannis celebrarent, ante vias sternere soliti: ut ostendit Suetonius hic. Id autem questorum munus Nero, initio principatus sui, liberum fecit: qua occasione intermissum, Domitianus reoccupavit, cap. IIII. atque ita Capitolinus vita M. Antonini, gladiatorium quasi priuatus questor edit munus.

OSTIENSI ET GALLICA PROV. Legendum omnino, & Callium prouincia: & repetenda quæ notauiimus Ces. c. XIX, siluae callesque.

PRÆTORES AVT VTIQUE NVNC PRÆT. FVNCTI. Tranquillum nostrum breuitas sapè obscurum facit: ut hoc loco. quem ut explicemus, in memoriam reuocabimus quam varie cura erarij habita fuerit. Nam cum antea Questores, ab anquirenda seruandaq; pecunia publica dicti, usque ad Caesaris Dictatoris tempora huic suo muneri præfuerint; quarto eius consulatu, ipso in Hispania agente, forte contigit ut, nullis eo anno creatis questoribus, erarij cura ad ediles transferretur. Dio lib. XI. neque postea ad Questores rediit: sed penes prefectos quosdam manuit: quos Augustus Senatui primum permisit eligerre; mox, ad evitandum ambitum, sorte ducti sunt ex Pratorum numero. quæ fortassis causa extitit ut

Augustus prætorum numerum augeret. Nam, se Pomponio IC<sup>o</sup> credimus, xvi sub eo prætores fuere. quia verò sors sapientis deerrabat ad parum idoneos, ut Taciti verbis utar lib. xiiii, tandem Claudius questores rursus imposuit. sed quia deerat robur atatis eum primum magistratum capessentibus, Nero prætura perfundatos & experientia probatos delegit. Sic Tacitus: apud quem corruptè præfectura, pro prætura perfundatos, legitur. quod sic esse, ipse Tacitus lib. xiiii Historia ostendit: quo loco etiam sub Vespasiano administratum à prætoribus ararium scribit.

Quod ergo apud Gellium libro xiiii cap. xxiii legimus, curam ararij à questoribus ad præfectum translatam fuisse, id ita intelligemus, ut præfetus ex prætoribus fuerit. & hoc est quod prætores ararios vocat Frontinus lib. ii de aqueductibus, quos præfetos alij: uti & Tacitus lib. i Annalium, relistentibus ærarij prætoribus dixit, quod sub Augusto, uti & post Claudiū, ex prætorum numero sumebantur. Claudiū autem non annos, vt ante, questores hos ærarij esse voluit: sed duos in triennium præfecit, quo finito prætores illico crearentur, dato etiam pro meritis stipendio. sic Dio. & hinc nimirum Tacitus, ne offendionum metu segnius consulerent, Claudiū scribit extra ordinem honorem eis permisisse. Superest ut Suetonium nonnihil emendemus. plures enim libri, tam ms. quam vulgati, habent aut utique tunc prætura functi: alij aut utique prætura f. quæ lectio vera est. Turnebus, aut vii nunc legit, ut ad sua tempora respexerit Suetonius. Sed qui Suetoniū hac ipsa de re verba expanderit August. cxxxvi: hic basa dubiè mecum sentiet.

SIMVL CVM EXERCITV ET TRIVMPH.  
T acitus sic lib. xi , vt quibus permissurus esset exer-  
citus triumphalia antè tribueret.

L A T V S T E X I T . Loco ergo honoratiore incede-  
bat Plautius. Sic enim de Claudio Entropius, In ami-  
cos tam civilis , vt etiam Plautium nobilem virum,  
qui in expeditione Britannica multa egregiè fece-  
rat, triumphantem ipse prosequeretur; & conscen-  
denti Capitolium lœvus incederet. Juuen . Diuitis  
hic servi claudit latus, ingenuorum Filius, Sat. 111.  
*Horatius lib. i i Sat. v*, Vtne tegam spurco Da-  
mæ latus : vbi plura annotauimus. Huius autem A.  
Plautij mentio *Vespasian . cap. 1111*: atque eius , ni  
fallor , filij, Nerone cap. xxxv . nec dubium quin his  
omnibus locis Plautius, non Plancius, aut Plancus, le-  
gendum sit. Euit & Ti. Plautius Siluanus Aelianus,  
Claudij in Britannia comes , vt ex vetusto marmore  
discimus . De Aulo verò , qui exercitum in Britan-  
niā duxit, vide Dionem.

C A V C I V S C O G N O M E N . Libri veteres Cau-  
cicus, vel Caucici, vti & editio Germanica. haud du-  
biè melius. De Gabinio secundo magis dubito. nam que  
contra Caucos , seu Chaucos vt eos vocat Tacitus, Dio  
Chaucos, gesta sunt sub Claudio, Cn. Domitio Corbu-  
loni attribuuntur.

E Q V E S T R E I S M I L I T I A S . Loci huius senten xxv.  
tia esse videtur, Claudium veluti per gradus neminem  
fecisse tribunum, nisi qui ala pfectus fuisset: neq; pfectum  
ala qui non cohortem centurio duxisset, ala  
enim, vti & turma, equitum; cohors peditum est. Ci-  
cero pro Marcello, nihil sibi ex ista laude centurio,  
nihil pfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit:

ut praefectus ad turmam, ad cohortem centurio referatur. Sed quare hoc magis ad equestrem quam pedestrem militiam Tranquillus referat, ignoro. Cohortem itaque hic non peditum sed equitum accipiamus, quamquam ne sic quidem scrupulum amouebimus.

SUPER NVMERVM. Malim ut in duobus libris, supra numerum. sic enim in nummo veteri,



NERO CLAVD. CÆS. DRVSVS GERM.  
PRINC. IVVENT. SACERD. COOPT. IN  
OMN. CONL. SVPRA NVM. EX S. C. id est, sa-  
cerdos cooptatus in omnia conlegia supra numerum  
ex S. C.

LIBERTINOS Q. S. P. E. R. A. PVBLICA-  
VIT. Id est, bona eorum proscriptis, atque in fiscum  
cogi iussit: quemadmodum supra cap. VIII, vena-  
lem pependisse dicit Claudium, cuius bona sic exposita  
fuerant. Lampr. Alexandro, Mulieres infames  
quarum infinitum numerum deprehenderat, publi-  
cati iussit. Tertullianus de fuga, Publicaris? bonum  
tibi est. qui enim nō publicatus in hominibus, pub-  
licatur in Deo. non repugnauerim tamen, si quis do  
personarum etiam proscriptione hæc intelligat: praci-  
pue Tertulliani locum. nam libertinorum pro equiti-  
bus sē gerentium, ac mulierum infamium, satis equi-  
dens.

dem grauis est pœna si bonis exuantur; aut, his saluis,  
in exilium agantur. ut supra, Tiber. cap. xxxv.

INGRATOS ET DE QVIBVS. Mallem,  
ingratos de quibus, sine &c. quamquam enim plures  
querēdi causæ de quibus præfectus urbi cognoscere poter-  
rat, quod lib. I Pandeclarum Ulpianus nos docuit, non  
illoco tamen libertus in seruitutem afferendus. Seuieror  
itaque hac in re Claudius. De ingrato autem sic Paul-  
lus l. xix de iure patro. Ingratus libertus est, qui pa-  
tronu obsequium non præstat, vel res eius filiorum-  
ve tutelam administrare detractat. Hinc ingratii  
actio patronis competens, l. IIII de obseq. lib. l. I, &  
III Cod. de libert. & eorum lib.

AFFECTA MANCIPIA. Sic alij quoque, &  
ipse Cicero, locuti sunt.

OMNES QVI EXPONERENTVR. Verba  
hac non sunt in duobus probata fidei exemplaribus,  
adiecta, ut arbitror, a Grammatico aliquo, qui crede-  
bat Suetonium non satis Latinè loqui nisi adderentur.  
Porro de hac re, præter Dionem & Zonaram, sic Mor-  
destinus l. II qui sine manuiss. ad libertatem peruu.  
Seruo, quem pro derelicto dominus ob grauem in-  
firmitatem habuit, ex edicto Diui Claudiij compe-  
tit libertas. Aesculapij verò insulam, insulam Tibe-  
rinam appellat Suetonius: in qua non minus Rome,  
quam Epidauri in templo Aesculapij, agri ad capran-  
dum somnia exponebantur. Strabo lib. viii: Plaut.  
Curg. act. II Sc. I: & tabella marmorea Romæ apud  
Mafæos, quibus etiam miracula quadam enarratur.

SI QVIS NECARE MALLET QVEM QVAM  
EXP. Lib. opt. si quis nec. quem mallet. Recte verò  
Claudius. sic enim lex Cornelia de sicarijs cum punit  
qui

qui hominem occiderit, etiam si seruus sit: quem ne domino quidem occidere, neque ad bestias dare, sine iudice licuit. quod etiam Hadrianū sanxisse auctor est Spart.

VIA TORES. Huius editi causa sui puto, ne viae corrumperentur. Spartianus Hadriano, vehicula cum ingentibus sarcinis vibem ingredi prohibuit, sederi in equis in ciuitatibus non sicut. Et Capitol. M. Antonino, sederi in ciuitatibus vetuit in equis sive vehiculis.

IN CAMPO ESQVILINO. Interpretatur hunc locum Tacitus lib. II, L. Pituanus saxo deieatus est: in P. Marcium Cōsules extra portā Esquilinam, cūm classicum canere iussissent, animaduerte-re. & iterum sumptum est more prisco extra Esquili-nam de nocentibus supplicium. Plura ad Horat. epod. v. & Esquilinæ alites.

SENATV REDDIDIT. Aug. cap. XLVII.

LYCIIS LIB. ADEM. RHODIIS REDDIDIT. Dio & Lyciis & Rhodis ademptam sub Claudio, quamquam diversis temporibus, libertatem refert: idq; ob cines in tumultu occisos: Suetonius redditam quidem Rhodis scribit, sed quomodo adempta fuerit omittit. Tacitum ergo audiamus lib. XI, qui nunc ademptam, nunc firmatam ipsis sapientis narrat, prout bellis externis meuerant, aut domi seditione deliquerant.

ILIENSIB. QVASI ROM. GENTIS AVCTORIBVS. Sic Virg. & Troiae Cinthius auctor. Roma itaq; Trojanorum colonia habita est: atq; adeò Romani Ilienses, tamquam consanguineos suos, magna semper benevolentia prosecuti sunt. Horat. lib. III Od. III, Sed bellicosis fata Quiritibus Hac lege di-

eo, ne, nimium pij Rebusque fidentes, autæ Tecta velint reparare Troiæ. Iliensium vero causam actam à Nerone, narrat Tacitus lib. XII: & Suet. Ner. c. VII.

IUDÆOS IMPVL SORE CHRESTO. Sic quidem vñus è nostris ms. Alij omnes aut Chresto, aut Chrestro, aut Chiresto etiam. sed Chresto legendum esse, Tertullianus & LaEbantius docent: quod CHRISTVM Scrutatorem nostrum, mutato i in E, Chrestum per contumeliam homines impij appellare sint soliti. quemadmodum & de Pertinace Capitolinius tradit, Chrestologum vocatum fuisse qui bene loqueretur & male ficeret. Quod vero Iudaos cum Christo adiungit Suetonius, hoc seculi illius more factum est. Iudaorum enim nomine, cum Greci tum Latini Christianos completebantur: quod alibi docimus latius. Dio toleratos quidem Romæ Iudaos scribit, sed non permisum eis ut conuenirent.

GERMANORVM LEGATIS. Tacitus lib. XIII, Neroris temporibus hoc tribuit, cum dicerent nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse.

IN SENATV. Non erret fortassis qui in Senatoriis legendum esse existimet. Cur enim non Senatoria dicamus, uti & equestria & popularia? sed tamen in equite, pro inter equites, spectate dixit Suetonius Domit. c. VIII, ut hic sedere in Senatu, pro in Senatorum sedibus. & quod magis receptam lectio nem firmat, infra Nerone c. XII, In Orchestram Senatumque descendit.

PENITVS ABOLEVIT. Atqui Plinius lib. III cap. 1, Druidas Tiberij principatu sublatos scribit. Ego neque Tiberium neque Claudium ita Druidas aboleuisse crediderim, ut non in Gallia saltem permane-

384. LÆVINI TORRENTII  
manserint. probat hoc Tacitus lib. xiiii sub Nerone:  
probat Lamprid. Alexandro. Aurelianus quoque,  
si Uopisco credimus, Druidas consuluit. denique mu-  
lier illa que apud Tungros, Diocletianum futurum  
Imperatorem cum aprum occidisset, predixit, ex hoc  
genere fuit. auctor idem Uopisc. Numeriano.

SACRA ELEVSINA. Aug. cap. xciii.

IN SICILIA VENERIS ERYCINÆ. Eryx  
Veneris filius: unde monti in Sicilia nomen, in quo Ve-  
neris Erycinæ templum, singulari olim religione cul-  
tum, ac mulierum Veneri dicatarum frequentia no-  
tum. de quo Strabo: & nummus apud me C. Considig  
Nouiani, cum Veneris imagine parte vna; altera ve-  
rò ipsius templi in monte positi, adscriptum ERYC.



Virgilinus lib. v, Tum vicina astris Erycino in vertice  
sedes Fundatur Veneri Idaliae. Fuit verò eiusdem  
Veneris etiam Romæ templum, apud portam collinam:  
de quo non uno in loco Linius, & Onid.lib. xiiii Fast.  
bene ergo additum à Suetonio, in Sicilia.

PORCA CÆSA. De hac re, præter Linium &  
Varromem, sic Festus: Porci effigies inter militaria  
signa locū obtinebat, quia confecto bello inter quos  
pax fieret cæsa porca fœdus firmare solebat. Virg. &  
in Vir-

in Virgilium Servius lib. viii, cæsa iungebant foedera porca. Atque ita quidem Virgilius & Suetonius hoc loco porcum tamen, non porcam cædi solere, & Livius aperte demonstrat, & Quint. indicat lib. viii.

ÆMILIAM LEPIDAM AVG. PRONE P-XXVI.  
TEM. *Iulia, Augusti neptis, L. Æmilio Paullo censoris filio nupsit: unde hac Æmilie, Claudi uxor. Aug. cap. LXI III.*

PARENTES EIVS AVG. OFFENDE-  
RANT. Mater *Julia, ob vitæ turpitudinem: pater, ob conſpirationem in Augustum. Aug. cap. XIX, & LXV.*

PLAVTIAM HERCULANILLAM. Lib. opt. Vrgulanillam placet. nam Herculanos in gente Plautianæ non reperio: via verò Tiburtina, ad pontem Lucanum, ex Plautiorū sepulcro eruta exstat hæc inscripſio: M. PLAVTIUS M. F. A. N. SILVANVS COS. VIIVIR EPVLON. HVIC SENATVS TRIVMPHALIA ORNAMENTA DECREVIT OB RES IN ILYRICO BENE GESTAS LARTIA CN. F. VXOR A. PLAVTIUS M. F. VRGVLANIUS VIXIT ANN. IX. Adde locum Taciti lib. IIII Ann. vbi Vrgulaniam, Plautij Siluani tūc pretoris aniam, commemorat. A. Plautius, vt ante di- ximus, ouans urbem ingressus est.

VALERIAM MESSALLINAM BARB-  
TI MESSALLÆ. Duo postrema verba absunt à duobus exemplaribus. que tamen retineo. Consul enim fuit M. Valerius M. F. Messalla Barbatus, cum P. Sulpicio P. F. Quirino, A. U. DCXLII.

DOTE INTER AVSPICES. Liber unus at-  
tuspices. sed auspices habet Tacitus lib. xii, vbi de his  
cum Silio nuptiis: & Iuuenalis Sat. x egregie nuptiarie  
officium describens, dudum sedet illa parato Flam-  
b meolo,

meolo, Tyriusque palam genialis in hortis Sternitur, & ritu decies cœtena dabuntur Antiquo, veniet cum signatoribus auspex. *Add e cap. xxix.*

**QVATENVS SIBI MATRIMONIA.** *Liber* unius quod, alter quia matrim. sed legendū quatinus sibi, ut in opt. cod. quod alij interpretantes, quia, & quod substituere. *Horat. lib. i Sat. 111*, Denique quatinus excidi penitus vitium iræ Cætera item nequeunt, id est quoniam.

**LOLLIAE PAVLLINÆ.** *Cal. cap. xxv.* Eam *Agrippina occidit.* *Dio & Zonaras.*

**IUS OSCVLI.** *Tib. cap. xxxiiii.*

**QVI CENSERENT.** Id Vitellium fecisse volunt. *Vide Tac. & Zonaram.*

**INCESTA HABEBANTVR.** Ut contracta contra publicam honestatem. *Justinianus tit. de nuptijs.*

**PRIMI PILARI.** Talledium Seuerum equitem Romanum vocat *Tac. initio lib. xi*, quamquam *T. Aledius ibi lego*. sic enim *Iuuenalis Sat. v*, ubi habet frumentum Aledius inquit, O Libyæ disiunge bœus dum tubera mittas.

**XXVII. DRVSVM POMPEIVM PVBEREM.** Quare Pompeium cognominauit? an forte ob cognitionem aliquā? quod sānè *Tacitus innuit lib. 1111*, quo loco, despōnsa ei Seiani filia, conqueritur Drusus Tiberij Cæsaris filius, cerni iam Seiani effigiem in monumentis *Cn. Pompeij*, & communes cum Drusorum familia fore nepotes. Magis tamē placet *Iusti Lipsij coniectura*, vt Pompeis legatur: quæ urbs Campania est, quæ lectio-ue recepta, lego etiam impuberem. nam, ex Pompeis impuberem, Pompeium p̄tibet rem fecit quispiam, ignarus sponsalia etiam inter impuberes contrahi posse.

Similis

*Similis error Domit. cap. x.*

SILANO ANTE DESPONSATAM. *Duos Claudi ge-*  
*neros, Cn. Pompeium Magnū, & L. Junī Silanū, sup.*  
*etia ca. iiii, ex Dione cōmemorauimus. L. Silani memi-*  
*nit etiā Tacitus: cuius fratre M. Silanū, Augusti abne-*  
*potē vocat, initio lib. xiii. Aliquid Pl. lib. vii c. xiii.*

EVM ACCLAM. TURBA PROS. *Melius ms.*  
*tres, faustisque omnibus cū acclamantium turba.*

POSIDEM SPADONEM. *Sic Iunen. Sat. xiii,* **xxviii.**  
*Vt spado vincebat Capitolia nostra Posides. Alij Po-*  
*sidium vocant: unde aquæ Posidiane in Baiano ap-*  
*pellata fuerunt. Plin. lib. xxx cap. ii.*

FELICEM. *Hic etiam in actis Apostolorum cō-*  
*memoratur. Tac. & Iosephus eum Pallantis fratrem*  
*faciunt. Quod verò trium reginarum maritum vocat*  
*Suetonius, id ad stūpra referendum puto. Drusillam*  
*verò Iudeam natione, quam sacra etiam litteræ ei uxo-*  
*rem tribuunt, Azyzo Hemesenorum regi antè nuptiam*  
*fuisse Iosephus nos dochit.*

HARPOCRAM. *Huius, quantum memini, solus*  
*meminit Suet. at Callistum, quem alijs omnes celebrar̄,*  
*solus omisit: vt non abs re Callistum binominem fuisse*  
*Beroaldus crediderit. Ac notandum ius lectica per*  
*urbē vehendi, atq; edendi spectacula, beneficij principis*  
*fuisse: quēadmodū et ius aulorū aureorū, de quo 7. C<sup>u</sup>.*

POLYBIVM A STVDIIS. *Ad hunc exstat*  
*Seneca cōsolatio in morte fratris eius: meminit eiusdem*  
*Dio. reperitur & de altero Claudi liberto à studiis hac*  
*inscriptio, TI. CLAVDIVS LEMNIUS D. CLAVDI AVG.*  
*LIB. A STUDIIS.*

INTER DVOS CONS. *Spart. Hadriano, Cūm*  
*quodā tempore seruum suū inter duos senatores ē*

conspectu ambulare vidisset, misit qui ei colaphum daret, & diceret, Noli inter eos ambulare quorum adhuc potes esse seruus.

NARCISSVM AB EPIST. PALLANTE M  
A R A T. Vtriusque horum diuitia in prouerbium abie-  
runt. Narcissi ab epistolis factum egregium narrat  
Dio. immo enim post Claudi mortem sibi percussore,  
emnes Claudi litteras quae in sua erant potestate,  
quibusque secretis aduersus Agrippinam contine-  
bantur, cremanit. huius potissimum opera Mes-  
fallina periiit. qua de re etiam Juvenalis Sat. xiiii;  
diuitias Narcissi, Indulxit Caelat cui Cladius om-  
nia, cuius Paruit imperiis vxorem occidere iussus.  
De Pallante insignes dua Plini epistolæ xxix lib. vii;  
& vi lib. viii.

**xxix.** HIS VT DIXI Vxoribvs qve Libri  
duo vt dictum est. quare vtrumq; reijcio.

MINIMA QVÆQVE. ms. omnes, & plures im-  
pressi, minorata quæque, vel quoque.

LIBERALITATES EIVS. Sic quidem ex Tur-  
nebo Pulmannus nostri tamen codices omnes liberta-  
tes habent. quæ sanè lectio non inidonea est. quandoq; ni-  
dem de ingratis libertis antè dixit: quibus sepe non pro  
merito, sed pro suorum libidine libertatem ademerit  
Claudius. Dictio tamen eius effici vt liberalitates  
malim.

APPIVM SILANVM CONSOCERVUM  
SVVM. Is ergo M. & L. pater fuit, de quibus ante. De  
Appi vero huius morte, cap. xxxvii. Additio Dio  
matrem Messalline ei nupsisse; atque inde natu mō-  
diu. quod cum nuru concubere noluerit. fuit ergo &  
consocer Claudi ob coniunctos matrimonio vtriusque  
liberos,

liberos, & sacer ratione coniugis *Messalline*.

IULIAS QVE. Rettè sic enim MS. omnes. quam lectionem fatetur & Sabellicus: sed, Liuias, substituit, neutras sibi cognitas ostendens. Dio rem explicabit, de *Messallina* loquens his verbis, Iuliam, filiam Drusè Tibcrij filij, quæ vxor Neronis Germanici filii fuerat, æmulatione ducta; & alteram Iuliam, Germanici filiam, interemit. Hoc tantum monendum est lector, Iuliam hanc Germanici filiam etiā Liuillam vocatam fuisse, & quidem à Suetonio, Cal cap. viii: eum cande hic Iuliam vocet, ut semper Dio, & hic *Caij* nummus æreus.

RENVNCIANTE CENTVRIONE. Similis locus Tib. cap. xxii.

TABELLAS DOTIS. *Iuuenalis de nuptiarum officio* loquens, Signantur tabulæ, dictum feliciter, ingens Cœna sed: t, gr. mio iacuit noua nupta mari- ti, Sat. ii. bis adde que paulo ante notauimus c. xxvi, & Ner. cap. xxiiii. apud I. C<sup>os</sup> quoque tabulæ nuptriales, & tabule dotales, l. xxxi de donationibus, l. xii de dote relegata, l. penult. de donatio. int. vir. & uxorem.

VEL STANTI VEL SEDENTI. Rettè opt. xxx. codex, verum stanti vel sed.

SPV MANTE RICTV. *Hinc de Agrippinæ boleto* loquens *Iuuen* Sat. vi, Siquidem vnius præcordia pressit Ille senis, tremulumque caput descendere iussit In cælum, & longam manantia labra saliuam.

PRÆTEREA LINGVÆ TITVBANTIA.

b 5

Beno

Bene Pulmannus, ut in tribus nostris ms. non plectra  
linguae titubantia. Sic. Vitell. c. vi, titubantia oris.

TVM SEMPER TVM. Melius cum semper  
tum, ut in vetusto codice.

**XXXI.** STOMACHI DOLORE. *magdalenarum* vocant.  
vnde & cardiaci qui eo morbo laborant. quo vocabulo  
nostrum quoq<sub>z</sub> usi sunt. Juuen. Sat. v, Plin. xxiii cap.  
1, Cels. lib. iii cap. xix.

**XXXII.** AD FVLCRUM LECTORVM SEDENTES VESCREREN-  
TVR. Sic de Aug. cap. lxiiii, nec coenauit vna nisi  
imo lecto assideret. De Augusti liberis enim loquitur.  
Imū igitur lectū illic, quod hic fulcrum lectorū vocat: nā  
fulcrum lecti pars esse videtur: itaq<sub>z</sub> Ulp. legato, in-  
quit, lecto fulcrā quoque continentur: ut ad imam  
fulcri partem sedisse pueri videantur. quem morem et  
iam Tacitus ostendit, ut principum liberi, cum eiusdem  
atatis nobilibus sedentes, vescerentur in aspectu pro-  
pingnorum, propria & parciore mensa. Sed & Dionis  
locus de Caio principe huc spectat, cum ait, ibi Pompo-  
nius Secundus Cos. ad pedes eius assidens cibū ca-  
piebat; ac subinde demissō capite eos deosculabatur.  
De fulcro lecti, sed cubitorij, notandus etiam Gelli loc-  
cus, lib. x cap. xv, neque apud eius lecti fulcrum ca-  
psulam esse. loquitur de flamme Diali.

**CONVIVIA.** Is fuit T. Vinius, si Tacito credi-  
mus lib. i. hist. de quo Galb. cap. xliii.

**FLATVM CREPITVM QVE VENTRIS.**  
Sic ex Turnebo Pulmannus. libri nostri efflatum ha-  
bent. Malè autem Beroaldus, qui huic refert locum  
Plini de mensarum auguriis lib. xxviiii cap. ii, cum  
inquit, cibus à manu prolapsus teddebatur, veta-  
bantque munditiarum cau'a deflare: hoc est, si quid  
sordi-

sordidum erat flando tollere.

ICTVSQVE NIDORE. Sic quoque optimus è XXXIIIZ.  
nostris, & editio Gallica: Germanica vero, & plures ms  
victusque. Horat.lib.III I od.v, Sic desideriis icta fi-  
delibus Quærit patria Cæsarem.

PROXIMA MARTIS ADE. Sic prater Tur-  
nebum etiam interpretes, & tres nostri codices. nec ma-  
lè. siquidem in Augusti foro cognoscenti proxima erat  
Martis vltoris ades. Aug.cap.xxix, ubi tamen alte-  
rum etiam Martis vltoris templum in Capitolio  
fuisse ostendimus: ad cuius differentiam, ea quæ cum  
Augusti foro exstructa erat Martis ades, maxima  
vocari poterat, ut hic habent vulgata exemplaria,  
& nonnulla ms.

SALIS APPARABATVR. Huc spectat quod  
antè de Claudio legimus cap.III I, ludis Martialibus  
curasse eum triclinium sacerdotum. Porro pontificum  
cœna, & Saliares epula, etiam in prouerbium abie-  
runt: nota quoque illa Lentuli Auguris cœna a-  
pud Macrobius. Plura ad Horatium libro I od.  
XXXVII.

PINNA IN OS INDERETVR. Quia consue-  
tudine freta Agrippina, cum boleto parum proficere  
videretur, medici opera, tamquam vomitum prouoca-  
tura, pinnam rapido veneno illitam fauibus demisit.  
qua de re Tacitus extremo lib.XI.

IN GESTATIONE LVDERE. Gestari di-  
cebantur olim diuites, cum succollantibus seruis aut va-  
letudinis aut voluptatis causa forebantur. inde ge-  
statio, & pro re ipsa, & pro loco in quo fieret, sepe  
utrique Plinio in vsu: & Jurisconsultis quoque, l.  
XII de vsu & habitat.l.XIII de vsu fr. & l. VII de

*manumiss. vind. Male ergo qui in gestatorio hic legūt. Suet. Galb. cap. viii, ne ad gestandum quidem vnumquam iter ingressus: & Domit. cap. xi, simul gestanti, inquit. hinc sella gestatoria, Ner. c.x, Vitell. c.xv i.*

XXXIV. POENASQVE PARRICIDARVM. *Auctor est Seneca lib. i de clementia, Claudiū intra quinquenium plures insuisse culleo, quam omnibus ante seculis insuti fuerant.*

ANTIQUI MORIS SUPPLICIVM. *Ner. cap. XLIX. Domit. cap. XI.*

IVGVULARI IVBEBAT. *Cæs. cap. XXXVI. De Claudijs vero in spectaculis sauitia, Dio.*

BESTIARIIS MERIDIANISQVE. *Bestiariorū vocabant eos qui cum bestiis pugnabant, siue iudicis sententia bestiis obiicerentur, siue ad id conducti, aut alioqui confisi viribus, & vt Vlpiani utar verbis, virtutis ostendande causa ultrò in arenam descenderēt, siue etiam serui a dominis ad bestias darentur. Qua in re tamen aduertendum est, non omnibus noxiis permisum fuisse vt pugnando se defenserent: sed pro delicti modo, nunc ad ludum tantum bestiarium damnari solere, vt ibi exercearentur, nunc illico ad bestias dari; idq; vt vel pugnam committerent seq; defenserent, vel alligati palis, interdum etiam plures simul innexi, ab atrocissimis bestiis discerperentur. vt ex Vopisci Aureliano manifestum est. & hac peculiaris erat Christianorum pœna: tunc mitissima, cum tantum ad arena ministeria, seu ad bestiarum curam damnabantur. Quod etiam de seruis addidi, id ante legem Petroniam & Senatus consulta ad eandem rem spectantia obtinuit. his enim vetabantur domini seruos pro arbitrio ad bestias tradere: oblati vero ante iudicem, si insta erat domini querela,*

querela, tunc demum pœna nomine tradebatur. ut ele-  
ganter Modestinus I.C.l. xi de sicariis: & insigne An-  
drodi illius exemplum extat apud Gellium, lib. v cap.  
xiiii. Quosdam etiam operam suam locare ad id sole-  
re, cùm ex aliis auctoribus discimus, tum ex Ulpiano  
l. i de postulando, & l. i ad S. C. Tertullianum. Hi er-  
go omnes bestiarij appellabantur: non alio inter ipsos ac  
gladiatores discrimine, quam quod hi inter se: illi cum  
bestiis decertabant. Cic. pro P. Sestio, præclara ædi-  
litas, vnum leo, ducenti bestiarij. & ad Q. fratribus  
lib. ii, Bestiarios emerat, nec sine iis armatis vñquam  
in publico fuerat. In Vatinium quoque, Milonem di-  
cas bestiariis & gladiatoribus ob sedisse remp. Sic lu-  
dus bestiriorum apud Senec. ep. i. lib. x, vt ludus gla-  
diatorum. Vtitur eo vocabulo etiam Tertullianus apo-  
log. & Greci vim eius optimè exprimunt, cù quos nos  
bestiarios, ipsi θειούχοις appellant. Porro quod san-  
guinarium fuisse Claudium ex eo probat quod bestia-  
riis meridianisq; potissimum delectabatur, ad Romano-  
rum consuetudinem referemus. cùm enim munera ede-  
bantur, matutinis ferè horis bestiarij producebantur,  
inde gladiatores venationesq; circa meridiem edebantur,  
postea vero iucundiora quaque spectacula, vt populus à  
sanguine recrearetur, atque inde lati omnes discede-  
rent. De matutinis igitur Mart. lib. v epigr. LXVI, Dat  
maiora nouus prælia manè dies. loquitur enim de fe-  
rarum confectoribus. Idem lib. x cap. xxv, In matutina  
nuper spectatus arena. & Xeniis, epigr. xcvi, Matu-  
tinorum non ultima præda ferarum Satuus Oryx. &  
Seneca ea quæ paulo antè citauimus epistola, Nuper  
in ludo bestiiorum, vnum è Germanis cùm ad ma-  
tutina spectacula pararetur. & mox, cù adueheretur

nuper inter custodias quidam ad matutinum spectaculum missus. Sed & lib. 111 de ira, inter matutina arenae spectacula. Paulatim vero ad mitiora procedi solere idem Seneca ostendit epist. vii, Cum in meridianum incidi, Iesus expectans & sales, & aliquid leuamenti, quo hominum oculi ab humano cruento acquiescant, contra est. & post paucā, mane leonibus & vrsis homines, meridie spectatoribus suis obiciuntur. Sed & Tertull. apolog. Risimus inter ludicas meridianorum crudelitates, Mercurium mortuos cautatio examinātem: vidimus & Louis fratrem gladiorum cadavera cum malleo deducentem. Quò etiam spectat Suetonij locus, Aug. cap. XLIIII: & quod Augustinus lib. VIII confess. spectaculum circensium promeridianum appellat. Et hoc quidem ut plurimum sic fiebant: interdum vero aliter observatum. nam & Circensibus, post missus aliquot saepe venationes aut gladiatorum paria interponebantur: & Curio ligneo illo amphitheatro suo, de quo Plin. lib. XXXV cap. XIV, gladiatores postremos produxit.

DIMISSO AD PRAND. POP. Suprà Cat. cap. LVI.

ATTOMATON VEL PEGMA. Lib. vetustissimus automatum. & sane ita scripsisse credo Suet. cum non minus quam pegma in usu fuerit. unde Automatarij, in veteri quodam lapide Roma sub mōte Quirinali, SATVRNINO FABRO AVTOMATARIO P. DOMITIVS MAXIMVS AMICO. Sed & Ulp. l. XLI de legatis lib. i, automataria vocat ea qua per se moueantur: Graeci etiam ρευπόντας appellant. quod Horat. exprimit lib. II Sat. vii, Duceris ut neruis alienis mobile lignum.

IACTA.

*Aug. c. LI.*

SPICVLATORES CVM LANCEIS. *Liber probatissimus speculatores. atque ita legendum esse docimus Cal. cap. LII. exstant etiam ha inscriptiones: P. AELIO MUCIANO SPEC. LEG. II. ADIVT. VITALIANVS ET VITALIS AVVNCLI. altera: SCHOLA SPECVLATORVM LEG. I. ET II. ADIVTRICVM PIARVM FIDELIVM.*

SCRVTATORES. *Plura Vespaſ. cap. XII, Conſuetudinem ſalutantes ſcrutandi.*

COMITI AVT LIBRARIO. *Ner. cap. XXXVI.*

GRAPHIARIÆ THECÆ. *Ne graphiis petetur. nam & Cæſar Casce brachium brachio traiecit: & Cainus Senatorem graphiis in curia confodi curauit. Seneca etiam lib. i de clementia, quendam graphiis in foro pene occisum ſcribit. Denique & Prudentius Caſſianum martyrem puerorum graphiis interfectum narrat.*

CVM EVM CAMILLVS. *Suprà capite XIII.*

VT SUPRA RETVLI. *Cap. XIII.*

XXXVI.

MISERATVS EST CONDICIONEM SVAM. *Miferatur is, inquit Festus, qui conqueritur aliena incommoda. Claudius etiam sua hic miferatur. & ſic eo verbo uſus etiam Cicero eſt.*

AP. SILANVM, Confocerum ſuum. de quo ante cap. XXIX. *XXXVII.*

IN ADMIRATIONEM FORMATA. *Re- Etè. vt admirantis formam induerit, duo tamen ms. fir- mata, quod damnare nolim.*

ACCER-

ACCERSI STATIM. Libri duo optimi arcelfi, alius acceriri: sed arcessi legendum est. Arcessere enim etiam accusare significat. arcessere aliquem capitatis, arcessere iudicio, arcessere crimine, apud Cic. Iam ante vero Appius vocatus fuerat.

**XXXVIII. VTRVMQUE EXCVSAVIT.** Lib. opt. viramque.

IN ORDINEM SE COACTVM, Liber unus coactum. quam lect: onem sunt qui defendere nitan- tur. sed male. cōqueretur enim Claudius se principem primatiloco ab Octiensibus habitum. sic Vespas. cap. xv.

TANTVM NON SATISFACIENTIBVS. Sic editio Gallica. ms. duo, & Beroal. alijs satisfaciens legunt, ut etiam Germanica editio: alijs, pro tantum non, tantummodo satisfacentibus: optimus omnium tan- tu m non satisfacentis modo veniam dedit. que tres post reme lectiones non eandem quidem sententiam reddit: sed anē vim verbis satisficete, de quo Cas. cap. LXXIIII, aperte indicant. ut sensus sit, Claudium tam vehementer irascentem, ita mix se repressisse, ut tantū- modo satisfacentibus, hoc est dicen i: us nolle esse fa- etum. ignosceret: vel, quod amplius est, ipse inter ignos- cendum satisfacere quodammodo ac factum deprecari videretur. P ulmanni sane lectio omnino reiicienda est, & ex alio, ea potius retinēda que optimi cod. auctori- tate nititur: quamquā Germanica etiam valde placet.

MANVS SVA REPVLIT. Id in principe indecorū.

AFFVISSET. Aesse, pro patrocinari & advo- cationem prabere, frequens I. C<sup>tis</sup> verbum: de quo Gell. lib. i cap. XXII.

COCTA VENDENTES. Lib: ms. omnes coa- Et vendentes: & adscriptum uni, id est collecta. sed cocta

cocta legendum quod enim de Claudio scribit Dio, tabernas eum quo potentes commecabat demolium fuisse, atque edixisse ne quis carnem elixam aut aquam calidam venderet, id & ante imperium Claudij, prorsit in sub Tiberio, cautum fuisse credendum est nam & Nero interdixit nequid in popina coeli prater legumina & olera veniret: Suet. Ner. cap. xvi, & idem fecisse Vespasianum Xiphilinus tradit: nec abs re est quod de Pescennio Nigro Spartanus narrat, comanipilationi milium, quod raptum gallinaceum una comedissent, inter alias pœnas vetuisse ne unquam focum faceret aut coctum sumerent, sed pane ac frigidis vescerentur.

COERTIONEM POPINARVM AEDILIBVS ADEMIT. Libri ms. coercitionem, ut ferè in Pand. Flor. Vlp. l. i de off praf. urbi, carnis curā, forumq; suarum, & aliorum pecorum armentorumq;, ad praefecturā curam spectare tradit. id à Claudio fortassis institutum.

MΩΡΩΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ. Lib. unus è nostris  
enarratis, sed minus placet. alterum enim falsius atq;  
urbanus. Tota autem oratio ironica est.

INCONSIDERANTIAM. Liber Gfanij incon-  
siderationem sed illo altero vsus etiam Cicero, lib. iii  
ad Q. fratrem. XXXIX.

CVR DOMINA NON VENIRET. Propriè  
dominus dicitur, qui domui præst. recte ergo sese mutuo  
hoc nomine vocabant coniuges, ut sepe apud f. Ctos est  
cernere. sed & eore respexit Virg. cūm ait, dominum Æ-  
nean in tecta recepit: &, Dominam Diuis thalamo  
deducere adorti.

ADMONERI IVSSIT. Bene ex Turnebo Pul-  
mannus, nostri tamē ms. uno dumpto, admoueri habet.  
senten-

sententia enim est, monitos ut tum seria tum ludicra capesserent, prout eis antea uti consueverat. Lego autem consilium, non concilium.

FILIAM ET ALVMNAM. Utputa cuius patruus esset, atque ideo ob publicam honestatem abstinerre debebat tali matrimonio.

ADSCITVRVS IN NOMEN FAMILIAE.  
Lib. optimus asserturus. vide Tacitum.

**XL. DE LANIIS AVT VINARIIS.** Græcè *πῶλαι & διοπῶλαι*. Sed vinarij nomen apud Latinos rarius: quo tamen etiam Plautus est usus. apud Lampridium quoque Alex. corpus vinariorum. eadémque ratione in vetustis marmoribus pomarios & olearios memini legere, pro his qui poma aut oleum vendunt. Ulp. de adilit. edito, vinarios vocat seruos vino deditos.

DESCRIPSIT. Mallem descriptaque, ut quod de offula dixit ad lanios, quod nunc sequitur ad vinarios referatur. quare de laniis ac vinariis pro aut legi debere existimo.

**DE QVÆSTORE QVODAM CANDIDATO.** De candidato Principis, puto, loquitur: de quo officio Ulp. l. i de off. quest. alioqui, de questuræ quodā candidato, dixisset Suetonius. lector cogitet.

**ORNATRIX.** Differunt ornamenta muliebria, qualia sunt inaures, armilla, viriola, à vestimentis, ut f. C<sup>i</sup>nōstri tradunt, l. xxvi, & xxxviii de aur. arg. Quæ ergo ornamenta seruabant, aut ornandi officium prestatabant, ornatrices vocabantur. quò vocabulo usus Marcianus l. LXV de legatis libro III: & Festus, verbo *Acus*. Sed & in marmoribus antiquis, ornatrix, tonstrix, sarcinatrix, ab ornamentis, à ueste, à mundo

*mundo muliebri, inter muliebria officia innuenias. Iuuē.*  
*Sat. vi, ornatrices Greco vocabulo cosmetas appellare*  
*maluit: petiit libraria, ponunt Cosmeta tunicas.*

NIHIL HABERE SE QVA RE. Lib. opt. ni-  
 hil habere quare eos dem. nec male.

THEOGONIVS. *Libri omnes inter se discrepant.*  
*Nam & Theogonius, & Telegonius, & Thelogo-*  
*nus, & Telegenius, scriptum reperias. Turnebus et-*  
*iam nescio quem tela genium nobis somniat, lib. xxii*  
*cap. xxxi. idem etiam lib. xxvii cap. xix, Togonius*  
*ex Tacito asserit. Verum quocumque is tandem nomi-*  
*ne fuerit, vilem aliquem atque abiectum omnibus tunc*  
*Rome notum significari arbitror, cui Claudius compa-*  
*rari nolle. Id vero quod sequitur Græcum esse, vel ex*  
*eo apparet quod in libris nostris omnibus omissum est:*  
*vno dempto, in quo lectionis quam Turnebus affirmat*  
*laeseris in unibzys, id est loquere & ne attinge, vesti-*  
*gia apparent. Sed Turnebus sibi non constat.*

HISTORIAM. *Historiarum Claudij meminit* XL.  
*Plin. lib. xii c. xvii: Suet. sup. xxii. Sed & illud, quod*  
*scripsisse Claudiū refert Plinius, lib. vii ca. 111, hippo-*  
*centarum in Thessalia natum eodem die interisse, ex*  
*historiis eius sumptum arbitror.*

AGRESSVS EST. *Liber opt. adortus est.*

AUDITORIO COMMISSET. *Hoc est, veluti*  
*in certamen ac contentionem varie iudicantiū conieci-*  
*set. hoc enim est committere. de quo Aug. c. LXXXIX.*

REFRIGERATVS SÆPE A SEMETIPSO.  
*Plin. lib. vi epist. xiiii, interim Paullo, de recitante*  
*loquitur, aliena deliratio aliquantum frigoris attulit.*  
*Claudius se ipse recreabat.*

ASSIDVE RECITAVIT. *Quemadmodū &*  
*aliorum*

aliorum recitationibus libenter interfuit. Plin. lib. i  
epist. xiiii.

SED ET TRANSIIT. Abesse mallem partculam & significat enim mutasse sententiam Claudium, ut cum ante à Cæsar is nece historiam scribere cœpisset, ex abrupto opere alterum à pace urbi redditâ aggressus sit. quare dictio cum c minuscula scribenda est, & præcedentibus annexanda: mutati enim instituti causa redditur.

A MATERE ET AB AVIA. De matre Antonia, III viri filia, satis constat. autem quoque maternam intelligo Octauiam Antonij uxorem, de cuius erga maritum affectu præclarè Plutarchus. quamquam ne Linia quidem fortassis scribentem equo animo tulerit, cuius ante Augustum maritus & ipse Antonij partes secutus fit.

DE VITA SYA. Ut alij multi Principes. de quib.  
Aug. cap. LXXXIII.

CICER. DEFENSIONEM. De Asinio Pollio-  
ne & Asinio Gallo, qui Ciceronem insectati ambo inde-  
eruditio[n]is & eloquentia gloriam captarunt, sepe  
Quintil. Gell. quoque lib. XVII c. I. & passim Seneca  
declam. & controvers. libris. sed & Plin. lib. VII ep. IIII,  
Legebantur, inquit, in Lauretino mihi libri Asini  
Galli, de comparatione patris & Ciceronis. Plura ad  
Horat. lib. II od. I.

LITTERAS TRES. Melius Tacitus lib. II,  
nouas litterarum formas addidit vulgavitque: &  
Quintil. lib. I cap. XIII, Nec inutiliter Claudius Æolicam illam ad usus litteram adiecerat: quo tamē lo-  
co non F, sed J scribendum. illud enim est digamma  
Claudij in vetustis eius sculpi marmoribus passim oc-  
currens.

emurrens. ut POMERIVM TERMINAuit AMPLIAHIT-  
QVE, pro TERMINAVIT AMPLIAVITQVE. Sic OCTA-  
RIA, XVIIIR, VIIIR, scriptū reperi, pro Octauia, xvuir  
viiuir. Sunt qui ad diphthongum adiiciant. quod ta-  
men si recipimus, non inueniam à Claudio sed in ssam  
obseruari dicemus. AIMILIVS enim in antiquis denariis  
semper scribitur, pro ÆMILIVS. Exstat sanè & hac in-  
scriptio, ANTONIAI AVGUSTAI DRVSI SACERDOTI  
DIEI AVGUSTI. MATRI TI. CLAVDI. CÆSARIS  
AVG. P.P. Quæ vero tertia fuerit littera, seu potius lit-  
teræ forma, ignoror, & Suetonij locus mihi suspectus est

IN PLERISQUE LIBRIS AC DIVRNIS.  
Tacitus sic: Aspiciuntur etiam nunc in ære, publicā-  
dis plebiscitis per fora ac tēpla fixo. quod ergo Suetoni-  
us dicit in libris ac diurnis, de libris actorū intelligo,  
non de priuata scriptura: vt fortassis in libris actorum  
diurnorum legēdum sit, quod Suetonius veterum more  
dimidiatis dictionibus ACT. DIVR. exarauerit. de quo  
lector cogitet. Sic nimirum & apud Tacitum lib. III,  
scriptura auctorū diurna: &, acta vrbis diurna libro  
xiii: sed & absolute populi Romani diurna dixit lib.  
xvi. saepe etiam Plinius, inuenitur in actis, legitur  
in actis.

EXCVBITORI TRIBVN O SIGNVM. Sic XLII.

Cal. cap. LVI, prætoriæ cohortis tribuno signum pe-  
tenti. Excubitor igitur tribunus est, qui cohorti excu-  
bitorum præst. Tac. extremo, lib. xi, Nero progre-  
ditur ad cohortem, quæ more militiæ excubiis adest.  
ibi, monente præfecto. Suet. Ner. cap. viii, proces-  
sit ad excubitores. & cap. ix, primo imperij die sig-  
num excubanti tribuno dedit. & cap. xx, statio  
militum quæ tunc excubabat. quocunque enim loco

c Impe-

*Imperator esset, aderat & militum statio. Mirum autem integrum Homerius versus pro signo ab Imp. Rom. datum. nam plerumque uno aut altero verbo signum dabant. ut Victoria, Palma, Triumphus, Virtus, Iuppiter, Mars, Venus, Cupido, Priapus, Aequanimitas, Optima mater, & similia. Idem tamen refert Dio: & tessera huic non dissimilis, apud Suet. Galb. cap. vi.*

**TYRRHENICON.** Sic libri nostri, & Tyrrhenicon: Interpretes Cyrenicon legunt, id est, rerum Cyrenaicarum: quae sane illustres fuere, sed quarum gloriae Tyrrheni non cedant: & alioqui res Carchedoniorum, quos Carthaginenses Romani vocant, scribere non potuit Claudius, quin multa Cyrenaica complectetur. bellum enim magnum atque diuturnum Cyrenenses & Carthaginenses de agrorum finibus gessere. auctor Sallustius.

**VETERI ALEXANDRIÆ MUSÉO ADD.**  
**EX IPS.** Mallem, additum & ipsius nomine. sic enim rectius intelligemus, priori Museo alterum Claudij nomine accessisse. De Alexandria vero Museo Strabo lib. vlt. meminit eius etiam Spartianus Hadriano.

**XLIII.** ΟἽ ΕΡΩΣ Δ' ΕΠΕΙΓΕΤΑΙ. Variè hac leguntur. Interpretes ἐρώς ποιεῖτε. sed neutrum placet: Petrus Victorius, vir in emendandis veterum scriptis rara religione ac fide, lib. variar. lect. XXIIII cap. XIIII, ex vetusti codicis vestigiis, ὁ τερών καὶ λάστραι: ut significet se eum, quem Nerone adoptando laeserit, sanaturum quoque. quod aliquanto eleganter est quam Turnebi illud, ὁ τερών πειρεται, id est, qui te laesit pœnas dabit. Nostri codices aut non habent Graeca, aut ita habent ut legi commode nequeant. Nota autem

autem Telephi ab Achille lusi, ab eodemq; restitu-  
ti, reddito ab Apolline oraculo o rōmōs lāterat,  
historia.

QVAM PRÆTER HÆC CONSCI<sup>I</sup> QVO-  
QVE. Libri ms. quatuor, conscientia quoque. nec  
sane displicet. De morte vero Claudi qui plura velit,  
Tacitum adest & Dionem.

HALOTVM SPAD. PRÆGVSTATORREM.  
De quo Tacitus, is, inquit, inferre epulas, & gustum  
explorare solebat. exstat & hec Roma in hortis Julij  
III Pont. Max. inscriptio, DIS MANIBVS TI.  
CLAVDI AVG. LIB. ZOZIMI PROCVRAT. PRÆ-  
GVSTATORVM CLAUDIA ENTOLE CONIVNX  
VIRO BENEMERENTI ET CLAUDIA EVSTACHYS  
FILIA PATRI PIENTISSIMO. Haloti autem huius  
mentio inf. Galb. cap. XIII.

BOLETVM MEDICATV M. Hinc titulus li-  
belli Senecæ ἀπολογίαν των, & quod boletos Deorum  
cibum appellabat Nero. sed & Iuu. Sat. v, Boletus  
domino, sed quem Clavius edit. Ante illum  
vixoris, post quem nil amplius edit. cui simile illud  
Martialis, Boletum qualē Clavius editedas. Vide  
Plin.lib. XXXII, cap. XX.

VELVT DESIDERANTEM. Sant qui desi-  
dentem legant, sed sine auctoritate.

IMPERII XIV. Lib. opt. quartodecimo. De  
consecratione autem Claudi, Vespas. cap. IX.

CRINITÆ STELLÆ QVAM COME-  
TEM. Libri duo quæ Plinius lib. II cap. xxv, Co-  
metas Græci vocant, nostri crinitas, horrentes cri-  
ne sanguineo, & comarum modo in vertice his-  
pidas: quo loco & huius cometæ meminit, ut  
62 & Sen.

EX OMNIVM MAGISTRATVVM GENERE. Tac. extremo lib. xii sigillatim enumerans, quastorem, adilem, tribunum, ac pratorum, & consulem, defunctos narrat. Unde qui magistratus tum dicerentur intelligimus. Sunt tamen qui tribunos pl. magistratum in numero fuisse negent: presertim Plut. questionibus, sed male. Censorum quoque neque continuus erat magistratus, & multo ante creari desierant: ceterorum duodecim. Q.

## IN NERONEM.



I.



X GENTE DOMITIA DVÆ FAMILIÆ. Gens in stirpes dividitur: stirpes alio nomine familia appellantur: quamquā familia interdum pro gente accipitur: Vide Festū, & Vlpianum, l. cxcv. de verb. signif.



AENO BAR BORVM. Ahenobarbos vocant lapides Capitolini, & nummi veteres, quam lemnseruo.

IVVE-

IVVENES GEMINI. *Hi Castores fuisse creduntur: quos pro Romano imperio semper excubuisse, pluribus exemplis ostendit Val. Max. lib. I cap. viii.* præsentē verò historiam narrat Plutarchus, vita Paulli Aemili: narrat & Dionysius lib. vii, barba tamen mutata non meminit. exstant etiam veteres denarij, in quorum uno Roma effigies, asscrip-  
tum ROMA; altera verò parte, Iu-  
uenes duo hastati, atque equi duo  
bibentes, cū hac inscriptione A. AL-  
BINVS S. F. nam A. Postumio  
Albino dictatore ea contra Latinos,  
ad lacum Regillum, Diis iuanti-  
bus, victoria contigit, A.V.CCLVII.

CNAEI ET LVCI. At Lucij pranomen Clau-  
dij repudiarunt. Tib. cap. i.

PER TERNAS. MS. duo per trinas.

A COLLEGIIS. Idem tradit Cic. in Rullum. II.

ELEPHANTO PER PROV. INVECTVS.

*Id ideo fecit, quod ope elephantorum, teste Orosio, ho-  
stes deuicisset triumphavit autem de Allobrogibus &  
Aluernis Cn. Domitius CN. F. CN. N. An. Vrb.  
DCXXXI. Fasti, & Epit. Linij LXI.*

LICINIUS CRASSVS. Lib. vnus, Lucius Cras-  
sus. id enim magno illi oratori Crasso pranomen fuit:  
& sic eum vocat Plinius, omisso gentis nomine, lib. xvii  
cap. i; ubi Domitij & Crassi censuræ & iurij meminit.

CVI ESSET OS FERREVM, COR PLVM-  
BEVM. Os ferreum etiam Pisoni obiicit Cicero. sed &  
Cat. Epigr. pudore Ferreo canis exprimamus ore. idē  
quod os durum apud Terentium, atque ipsum etiam  
Ciceronem. Plumbatum verò cor, aut liuidum, aut



tardum atque obtusum; ut hominem plumbeum Plau-  
tus & Terentius dixerunt.

HIVVS FILIVS PRÆTOR CÆSAREM.  
Lib. duo C. Cæsal. vide Suet. Cæs. c. XXIII.

ACIE PHARSAL. OCCVBIT. Non in a-  
cie ipsa, sed post prælium, ex castris in montem fugiens,  
ab equitibus interfectus est. De eius morte Lucanus.

IN DESPERATIONE RERVM. Apud  
Corfinium eum Cæsar vel insitum seruavit, cum Viue  
habet nolis, & nostro munere, dixit, Carpe diem. sic  
enim Lucanus. adde Sen. lib. 11 de benef. & Plin. lib.  
VII cap. LIII.

EVOMVERIT MEDICVM QVE MANV-  
MISERIT. Tres libri euomeret, medicumque ma-  
numisit. Placet.

DE MEDIIS. Ineptè. De mediis enim legendum  
est. ut sup. Cæs. c. LXXV. Denunciante Pompeio pro ho-  
stibus se habiturum qui reip. defuerint, ipse medios &  
neutrini partis suorū sibi numero futuros pronunciavit.

III. LEGE PEDIA. Contra interfectores Cæsaris à  
Q. Pediolata, A.V.DCCX.

IN PATRIAM RESTITUTVS. Aug. cap.  
xvi. Vide Plut. Antonio.

SERVILIAE NAIDIS. Naidis cognomen liber-  
tinam fuisse arguit.

IV. EMPTOREM FAMILIAE PECVNIAE QVE.  
Familia nomen interdum ad res, interdum ad personas  
refertur. Cum ad res, pecunia omnis ac bonorum substituta  
eo continetur: ut in XII tab. proximus agnatus fami-  
liam habeto: & familia erit secundum iudicium est, quod  
de hereditate dividenda instituitur. sed & Terent.  
Heautontimor. cū ait, decē dierū vix mihi erit familia,

decem diebus rem uniuersam absumptumiri significat.  
familie igitur emptor dicebatur, qui, cum per as & li-  
bram siebat testamētum, adhibitis quinqu testibus, qui,  
ut inquit Festus, classici dicebantur, & libripende, per  
imaginariā quandā mancupationē, certa iuris sollemni-  
tate, hereditatē emebat, nuncupato interea in hunc mo-  
dum testamento: tabulas tenēs testator, haec, inquit, vii  
bis tabulis cerisque, scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor,  
itaque vos Quirites testimonium pr̄ebetote. Dicis ergo  
causa tantum adhibebatur familie emptor, non ipse he-  
res, sed ut testator vivens quodāmodo bona sua alienasse  
videretur, qua demum post mortē eius heres acciperet.  
Qua de re Ulp. instit. tit. de testamentis. Quod vero  
Suet. coniunctim dicit familie pecuniaeque, mihi de  
mendo suspectum est. Interpres aliquis non ineptus ad  
verbū familie, id est, pecuniae adscripsit: hinc natus  
error. nā pecuniae emptore apud I. C<sup>os</sup> dici nō innenies.  
Testamenti autem per as & libram meminerunt etiam  
Gellius lib. xv cap. xxvii, & Festus verbo Nexum.

GERMANICO BELLO. Quod Augusti au-  
spiciis post Drusi mortem Tiberius gessit: ac postea, pro-  
sequentibus eum legatis quibus ornamēta triumphalia  
impetraverat, triumphavit. Tib. cap. xx.

CENS. L. PLANCVM. L. Munatius  
Plancus, cum Paullo Æmilio Lepido, An. Vrb.  
DCCXXXI censuram gessit: quo quidē tempore adilis esse  
potuit hic Domitius, sexto post anno factus consul. Sed  
qua fronte adilis censorem sibi via cedere cogeret, du-  
rante magistratu? non immerito sane, pro Censorem,  
ut aperte legitur in omnibus ferme exemplaribus, Cē-  
sorum quis legendum existimet.

TANTA SÆVITIA. Quod temere nimis ingulari-  
84 subebat

*inhebat gladiatores, nec cniquam parceret: vt de Claudio vidimus, cap. XXXIIII. At Nero munere quodam suo ne noxios quidem occidit. Inf. cap. XII.*

EDICTO COERCERE. *Quod ille non tam tuto quam simplicem monitionem sperneret.*

V. ANTONIA MAIOR E. *Minor Druso nupsit, Claudi principis mater.*

C. CÆSARIS IV VENIS. *Dicitio iuuenis abest à duob. ms. & sanè abesse malim. Scribo etiam Caij Cæsaris. Caius enim & Lucius Augusti filij solis fere prænominiibus appellantur: vt Tiberius, vt Nero.*

ARGENTARIOS PRÆT. RER. COEMPT. Argentarij, quorum maximus tum apud Græcos tum apud Rom. usus, non solum fenebri collocanda pecunia seruandis, rationibus operam dabant; sed & res quædam vendenda ipsis comitabantur, præsertim auri atq; argenti species, nummi veteres, vasa calata, gemmæq;, & lapides. exemplum apud Scœnolam, l. LXXXVIIII de solutionibus, unde etiam ἀργυροτεάται vocantur à Justin. l. pen. de pignorib. & nouella constit. CXXXVII. adde Suidam verbo ἀργυρέως & verbo νολεντάεος. Quin et auctionibus eos præfuisse, quod Beroaldus quoque monuit, non solum docet nos Seneca locus proœmio declamationum: sed & Quintil. lib. xi cap. i, cum de Horiësi memoria loquitur, qui dimissa auctione, quid cuique venditum fuisset, argentiorum tabulis reddidit. Marcum etiam Antoninum leges tulisse de mēsariis & auctionibus, apud Capitolinū legimus. Mensarij autem uidem qui & argentarij. unde in foro de mēsa emere apud Appuleium apologia prima, & mensæ rationes apud Gellium lib. XI I I I cap. II. Hinc igitur intelligimus quomodo rerū coemptarum pretiis argen-  
tarios

tarios defraudauerit Domitius, tanto equidem maiore impudentia, quod argentariorum publica erat fides.

## IN PRÆT. MERC. PALM. AVRIGARIOS.

Ut bestiarij dicuntur, tam iij qui cū bestiis committuntur, quā qui bestias curāt; sic aurigarij quoq. dici quidē posse videntur, etiam iij qui aurigantur: quo sensu, mercedem palmarum hic interpretor aurum quod victoribus dabatur, de quo Claud. cap. xxii: verū eos potius accipi debere arbitror, qui ornandi instruendiq; agitatores curram gerunt: ut palmarum merces, id quod præter palmas, ipsis victoribus recepto à Gracis more donandas, eorum magistris seu curatoribus etiam debebatur. Ut autem aurigarios hic, sic quadrigarios dixit Suet. infra cap. xvii: trigarios Plinius lib. xxviii cap. xvii: qui Plinius locus quam dixi aurigarij significationem confirmat, posset etiam tralaticia corrigendi auctores ratione pro palmarum legi palmarij, vel palmariorum multitudinis numero: cui voci non intellecte scriba palmarum supposuit.

DOMINIS FACTIONVM. Factionum dominos intelligo, qui cūm quatuor essent factiones (qua de re alibi latius) suæ quisque factioni præerat, ac circi intra tuebatur: ideoq; frandatos palmario aurigarios querabantur. De his exstat Lanuuij hæc inscriptio, M. AVRELIO LIBERO. PATRI. & MAGISTRO. ET SOCIO. DOMINO ET AGITATORI FACTIONIS PRAESINÆ AVRELIVS CÆCILIVS PLANETA PROTOGENES OB III PALMAR. HOC DONVM VOVIT. NATIONE AFR. Erant autem diuersa cuiusque factionis officia atque functiones, nam præter aurigarios de quibus iam dictum est, etiam aurigatores, & agitatores, & conditores, succeditoresq; tentores item, ac viatores,

postremò medicos etiam factōnis, in vetustis marmori-  
bus legimus: quibus omnibus qui praeerant, quique gre-  
gem ducebant, domini vocabantur. Inf. cap. XXII.

MAIESTATIS QVOQVE ET ADVLT E-  
RIORVM. Sub Tiberio accusati impietatis in prin-  
cipem Albucilla, annexebantur ut cōsciū adulteri eius,  
inter quos Cn. Domitius. Tac. lib. v sub finem huic lo-  
co lumen præferens.

INCESTIQUE CVM SOR. LEPIDA. An  
eadem de qua paulo antè? nomen enim ibi nō exprimit.  
Constat autem L. Domitium, Cnai patrem, Neronis  
principis avum, duas ex Antonia maiore filias habuisse,  
Domitiam, & Lepidam. Domitia Passieno Crispo nu-  
p̄st: de qua sic Quintil. lib. vi, Passienus, cūm Do-  
mitiæ vxoris pecuniarum litem aduersus fratrē eius  
Ahenobarbum ageret: & iterum, Iunius Bassus, que-  
rente Domitia Passieni quòd incusans eius lordes  
calceos eam veteres diceret vendere solere, non me-  
hercule, inquit, hoc vnquā dixi, sed emere te solere.  
Lepida vero, cuius & hoc capite & sequenti meminit  
Suetonius, an & cui nups̄erit ignoro. Sunt qui Galba  
fuisse uxorem velint. sed male. ut eius vita docebimus  
capite v. Verū de utriusque morte certò constat. Do-  
mitiam enim amitam suam postquam iam matrem oc-  
cidisset, Nero veneno sustulit: Xiphilinus ex Dione:  
Lepidam vero Agrippina, viuente adhuc Claudio, in-  
terfici curauit. Qua de re Tacitus lib. xi 1, loquens de  
Agrippina Claudio iam interitum parante, celare,  
inquit, statuit, perditā prius Domitia, leuisbus, & mu-  
liebribus causis; quia Lepida, minore Antonia genita,  
auunculo Augusto, Agrippinæ sobrina prior, ac  
Cnai mariti eius soror, patrem sibi claritudinem cre-  
debat.

debat. Qui Taciti locus etiam in Iusti Lipsy, viri litteratissimi, editione mendosus est, cùm enim maior Antonia Domitio nupererit, ut iam dictum est sepius; aut turpiter in re omnibus nota errauit Tacitus: aut quod aliorum culpa accidit corrigendum est, scribendumq; maiore Antonia. Alterum præterea mendum subesse facile omnibus persuaserò. nam quis Tacitum sic loquenter ferat, vt perisse dicat Domitiam quia Lepida Agrippinam offenderit? eadem omnino Domitia quæ & Lepida est. Lego igitur, perdita prius Domitia Lepida, leuibus & muliebribus de causis; quia Lepida: vt vtraque L. Domitij & Antoniae filia more cōsueto Domitia vocata sit: sed altera etiā Lepida, quo à sorore distingueretur. Simile est quod antè monuisse memini de Iulia Liuilla, Germanici filia: & hic ea dictio facile omitti potuit à librariis, tum quod mox repetatur, tum quod altera illi proxima ab eadem syllaba incipiat. Addam & hoc, priorem vocari sobrinam, quæ Antoniū propius contingat. Antonius enim, vtriusq; Antoniae pater, Lepide annus, Agrippina proanus fuit: et nihilominus, quia duab. ortae sororib. quāquā inēquali gradu, recte tamē sobrina appellatur. Simile est quod de Caio principe ac Ptolemao notauimus, Cal. c. xxvi.

EX AGRIPPINA GERMANICO GENITA. Hec optimi parentis pessima filia, primum Pasieno Crispo bis consuli nupta, inde Cn. Domitio à Tiberio tradita, defuncto marito, sollicitatis nequicquam Galba nuptiis, tandem in Caij fratribus fœdissimo contubernio vixit: à quo mox exoletis obiecta atque in exilium acta, cùm rediisset, patruo suo Claudio post Messalline necem incestis nuptiis coiuncta, parto tot parceriis Neroni filio imperio, ab eodem interfecta periit: eo tan-

eo tantum memoranda quod, ut auctor est Tacitus, in oppidum Ubiorum, ubi edita fuerat, veteranorum coloniam deduci curauit; que hodie quoque, tota Germania celebris, eius nomen seruat.

VI. NATVS EST ANTII POST IX MENSES. Sic ex Turnebo Pulmannus, quod in vetusto codice scriptum sit, natus est ante post. nec ego hanc lectionem reprehendo: omittere tamen nequeo, quin lectorem admoneam, libros MS. omnes cum recepta lectione, natus est ante ix menses, conuenire; dempto optimo, qui sic habet, natus est ante nonū mensem quam Tiberius excessit. per bellè sānē. Mortuus est enim Tiberius, teste Suetonio, XVII Kal. Aprilis; natus autem Nero XVIII Kal. Ianuarij. vno igitur die ante nonum mensem quam excessit Tiberius. nec dubito sānē quin ita scripsérit Suet. Natus est Antij ante nonum m. q. T.e. Sed dictionum Antij & ante similitudo erroris induxit. Eundem autem cum Nerone natalem sortitus est L. Verus Antoninus. auctor Spartianus. Plin. lib. VII ca. VIII, natum in pedes scribit. & Antij quidem etiam Tacitus lib. XV.

TANTVM QVOD EXORIENTE SOLE. Sic Turnebi codex. quam lectionem astruit etiā Gifanius sup. Augusto, cap. LXIII. inf. Vesp. cap. V.

TERRA CONTINGERET VR. Sup. Aug. cap. V.

DIE LVSTRICO. q̄s feminis octanus, maribus nonus fuit: quo infantes scilicet lustrabantur, nomenq; accipiebant. unde & Dea Nundina apud Rom. à nono infantium die nuncupata. Macr. lib. I Saturn. cap. XVI. idem fermè Festus. & plura Plutarch. problem. Rem. CII. Sed & Aristoteles lib. VII de historia animal.

mal. Plurimi, inquit, ante septimum diem intereunt. vnde fit vt nomina tunc imponantur, tamquam saluti pueri iam magis credamus. Græci igitur die uno cītius quam Romani nomina imponebant. Erant & cītius apud Athenienses, quintus à nativitate dies, quo puerum gestantes circum focum cursitabant. de quo more Plato Theet. Hesychius, Suidas, Erasmus Chiladiibus.

VT INFANTI EI QVOD. Liber optimus ut infanti quod vellet nomen. Nomen autem pro prenomine accipio. gentis enim nomen manebat. pronomina, atque interdum cognomina, pro arbitrio imponebantur.

A QVO MOX PRINCIPĒ. Mox pro postea, tametsi longa intercederet mora, ut hic annorum XI.

NERO ADOPTATVS. Libri veteres non habēt dictionem Nero: legunt etiam Neque id ipse serio, pro neque ipse serio.

CRISPI PASSIENI VITRICI. Et enim primo Agrippina nupsit, inde etiam Domitia. Duas itaque sobrinas uxores habuit. Laudatur saepè à Seneca: ut extremo libro i de benef. & principio libri IIII quæst. natur. Bis consulem, & oratorem vocat Plin. lib. xv. cap. XLIIII: ac celebre eius de Caio principe dictū refert Tacitus, nec seruum meliorem ullum nec deteriorum dominum fuisse.

QVOD SE AENO B. Ahenobarbum scribo, sic T a- VII. citus, Obuii inter se, Nero Britannicum, ille Domitiū salutauere. Britannicus autem, vt ait Dio, T i. Claudius Germanicus initio vocatus fuerat, solo biennio etate minor quam Nero.

SVBDITICIVM. Lib. opt. subditium.

SCVTVM SVA MĀNV PRÆTVLIT. Sic Galb. cap. vi, campestrem decurssionem scuto moderatus. huiusmodi autē decurssionibus etiam in funere virorum principum vtebantur. Claud. cap. I.

PRO RHODIIS ATQVE ILIENSIB. Claud. cap. XXV.

PRÆFECTI VRBIS SACRO LATÍN. Libri, ut sit in re non intellecta, maxime discrepant. Optimus sic habet, auspicatus est & iurisdictionem praefectus urbi sacro Latinarum. quam lectionē seruo. Moris enim erat, ut Latinarum feriarum diebus, quibus in montem Albanum proficisciebatur, aliquis ex præcipua nobilitate adolescēs Romæ praefectus urbi relinquetur, apud quem non magni momenti causa agerentur. Vide Claud. cap. IIII.

VIII. AD EXCVBITORES. Claud. cap. XLII.

INTER HORAM SEXTAM SEPTIMAM QVE. Medio diei III Id. Octobris. sic enim Tacitus, addens Agrippinam ex Chaldaeorum monitis id tempus attentasse. Quod ergo dicit Suetonius, ob totius diei diritatem id auspicandi tempus accommodatius visum fuisse, sic intelligo, ut cum reliqua eius diei hora dira atque inauspicata haberentur, Agrippina illud temporis punctum sumpserit, nota mulierularum superstitione: de qua Iuu. Sat. vi, Ad primū lapidem vectari si placet, hora. Sumitur ex libro.

IX. CONSECRAVIT QVE. Claud. ca. XLV. Vesp. c. IX.

SIGNVM EXCVBANTI TRIB. Sic excubitori Tribuno, Claud. c. XLII.

ANTIVM COLONIAM DEDUXIT. Quin & imperium eō transferre cogitauit. De portu vero Neronis Strabo lib. v. exstant & nummi veteres.

EX AVG. PRÆSCRIPTO. Sic Horat. lib. i i  
od. xv, non ita Romuli Præscriptum: Seneca lib. i de  
clemētia ad Neronem, Nemo iam Diuū Augustum,  
nec Tiberij tēpora prima loquitur, nec quod te imi-  
tari velit exemplar extra te quærat. principatus tuus  
ad Augustum exigitur. difficile hoc fuisse, si nō na-  
turalis ista tibi bonitas esset, sed ad tempus sumpta.  
*Libri vulgati, pro ad Augustum, ad gustum legunt.*

GRAVIORA VECTIGALIA. Tacitus sub  
finem lib. xi i i, abolitio quadagesimæ quinquagesi-  
mæque, & quæalia exactiōibus illicitis nomina pu-  
blicani inuenerant. Sed & antè vectigal quinta &  
vicesime venalium mancipiorum remissum a Neronē  
testatus est: sed specie magis quam vi: quia cùm venditor  
pendere iuberetur in partem pretij emptoribus accre-  
sciebat. Vide Calig. cap. xl.

DELATORVM PAPIÆ LEGIS. De delato-  
rum Papiae legis præmiis etiam Tacitus lib. iii i Annal.  
Plinius Paneg. & nos alibi latius.

QVINGENA. Sestertia scilicet. Tac. Valerio  
Messalla donata commemorat, lib. xiii.

FRVMMENTVM MENSTRVVMQVE GRA-  
TVITVM. Melius ms. duo, fumentum menstruum  
gratuitum, uti & interpres legunt.

QVAM VELLEM NESCIRE LITTERAS.  
Dictum egregium: quo permotus Seneca de Clementia  
scripsisse se testatur.

SUBINDE AC MEMORITER. Subinde pro  
continuè dixisse videtur.

CAMPESTRES EXERCIT. Augusto cap. lxxxi i i.

SED .

SED IN THEATRO. Lib. ms. sed & in theatro: & mox, eaque pars carminum, pro atque; & dedicata, pro dicata.

**XI.** IV VENALES. Priuati hi fuere ludi, à Neronе primūm instituti cùm barbam depoueret: in eosq; mox passim data nomina. non nobilitas cuiquam, non etas, aut acti honores impedimēto fuere quin histrionis artem exercecerent, vsg; ad gestus modosque hand viriles: quibus etiam Eliam Catulam feminam nobilissimam atque ditissimam, natam annos LXXX, saltasse, ex Dionе scribit Xiphilinus. Dicti igitur Iuuenales, quod in eis velut ire iuuenascerent: & a quibus auspiciatus Nero tandem etiam in Theatro caneret: per domos enim tantūm atque hortos Iuuenales agebantur. Tacit. lib. xv. Suet. inf. cap. xxii. Atque hoc est quod eleganter scribit Plinius lib. xxxvii cap. 11, peculiari theatrō Neronem in hortis primum cantasse, et Pompeiano preluisse. Adde hos ludos non illepidē describentem Sidoniuū Apollinarem, de Narbone.

**LOCA EQVITI SECRETA.** Lubet de sedendi ordine in spectaculis paulo prolixius agere. Et Linius quidem auctor est, regnante Tarquinio Prisco loca in circo Patribus Equitibusq; diuisa fuisse. Ceterūm cū neque theatra vlla sub regibus fuerint, & quod de circo scribit Linius, populi magis pudore ac verecundia contigisse, quam lege cautum fuisse credendum sit, de robustiore republica loquamur. Anno igitur V. C. DLVII, Sex. Elij Pati & C. Cornelij Cethegi censorum opera, annitente etiam Scipione Africano maiore, ludis Romanis, quos C. Atilius Serranus & L. Scribonius Libo adiles curules edidere, effectum est ut Senatus à populo secretus spectaret. cuius tamen instituti ipsūm Afri-

Africanum postea pœnituit. populus enim indignè tulerit patrum fastu ad id se cogi quod sponte prestabat. Nam tamet si promiscua erant subsellia, nemo tamen se Senatoribus anteponebat. Qua de re Linius, Valerius Maximus, Asconius Pedianus, ipse Cicero in orat. Corneliana. Quod autem promiscua dixi fuisse, id ita intelligendum, ut ne mulieres quidem à viris separarentur, docet nos Plutarchus, quo loco Sulla dictatoris & Valerii nuptiarum occasionem narrat. Lata vero deinde lex Roscia, L. Metello & Q. Marcio coss. An. Vrb. DCXXCV, sive, vt alij volunt, anno sequente, que equitem quoque à plebe distinxit: sic tamen, vt qui ex equite vel vito vel fortuna decoxissent, ab aliis separarentur, ac remotoiore loco considerent. Meminere eius legis Horatius, Juuenalis, ac s̄e Cicero, præser-tim Philip. II: qui natos hinc. se cōsule, L. Roscius Othonis (nam is legem sanxerat) odio, tumultus non solum compescuit, verum etiam effecit, vt errorem suum plebs agnosceret, neque se notari sedis discrimine iniquo animo ferret. auctor eius vita Plutarchus, & Plinius lib. VI cap. xxx. Verum lex Roscianihil nisi de XIIII ordinibus sanxit. secutus autem Augustus primum eam sic moderatus est, vt cum plorique equites, attrito bellis ciuilibus patrimonio, metu pœnae theatalis sedere in XIIII non auderent, ea non teneri statueret, quibus ipsis parentibusq; equester census vñquam fuisset. neque hoc solum: verum etiam in uniuersum, quoties quid spe-ctandum usquam publicè ederetur, primum subselliorū ordinem Senatoribus relinqui voluit: militem præterea secreuit à populo, ac maritis è plebe proprios ordines, prætextatis quoque suum cuneum attribuit. Atque hac, ni fallor capita, erant legis Julia theatalis: cuius

meminit Plinius lib. xxxii cap. ii. Quod tamen de primo subselliorum ordine Senatoribus relinquendo constituit Augustus, id ego neque ad theatri neque ad circi spectacula referendum esse existim: sed ad ea quæ alibi etiam per Italiam ederentur. in theatro enim Orchestra Senatorum erat: & in circo non Augustus, sed primus, si Suetonio creditur, Claudius ornato eo propria Senatoribus loca constituit, promiscue spectare solitis. quod sic exponit Dio, ut si quis Senatorum alibi quam suo loco spectare vellet, id ei quidem liberum esset, sed in veste priuata, non senatoria. Confundit tamen auctor ille, ut plerumque Greci, circum cum theatro: de quo nihil inuenio inutasse Claudium. Verum eius successor Nero Circensibus quoque loca equiti secreuit. sic enim hoc loco Suetonius, & eadem de re Tacitus libro xv, Equitum, inquit, Rom: locos sedilibus plebis anteposuit apud circum. quia lex Roscia nihil nisi de xiiii ordinibus sanxit. Quod ergo equestria legimus supra Cal. cap. xxvi, pro equitum subselliis ad theatrum referendum est: nam de ludis scenicis ibi loquitur: quod vero popularia Domit. cap. iiii, pro relictis populo sedilibus (quoniam iam Nero plebem etiam in circo dimiserat ab equite, ut Senatum ab utrisq; Claudiis) tam de circo quam de theatro accipi poterit. Superest alius Suetoni locus Domit. ca. viii. quod enim, suscepit a morum correctione, licentiam theatralem promiscue in equite spectandi ille inhibuit; id ita interpretor, ut non nouam aliquam de spectaculis legem Domitianus sanxerit, sed Rosciam reuotauerit. quod cum multis locis Martialis, presentim lib. v, tum Iuncinalis demonstrat Sat. iii, exeat, inquit, Si pudor est, & de puluino surgat equestri Cuius res legi non suffi-

sufficit. Diutissimè autem durasse hanc etiam in circo sedendi consuetudinem, ex Iuliani & Pescennij Nigri vitis ostenditur; cùm tanquam insolitum referatur, quod circi subsellia indifferenter atque indiscretè populus occupauerat.

APPELLARI MAXIMOS. Ideo maximos, quod pro re maxima, imperij scilicet aeternitate, suscepisti fuerant. sic ludi magni dicti iidem quippebey.

PER CATADROMVM. Catadromus hic non decursonis stadium, ut volunt interpretes, significat: sed funem è superiore loco extentum, per quem eques Rom. elephanto insidens decurreret. sic enim Xiphilinus quoque hunc locum reddidit: & elephanti funambuli spectaculum refertur etiā Galba, cap. vi. Utiturq; eo verbo Labeo I.C. l. penult. de actionibus empti, Seruus qui per catadromum descenderet. Lapsus igitur est in huīus loci expositione etiam Budanus commentariis.

INDVCTA EST AFRANII TOGATA. Melius ms. Indu. est & Afranii togata.

AMPHITHEATRO LIGNEO. Quale Curiosus illud, de quo Plinius lib. XXXV c. XV.

IN REGIONE. Lib. opt. sine prepositione in.

EXHIBVIT AD FERRVM. Sic ad ferrum damnati, & ad ferrum dati apud f. C<sup>tos</sup>. Inuenialis quoque Sat. vi, de feminis gladiatorum amore captis, qualem ibi describit Hippiam, ferrum est quod amant.

CONFECTORES QVÆ. Lego ex tribus ms. cōfectores quoque ferarum, & ad varia ar. minist. cū nonnulli & varia, alijs ad varia legant.

ENVMERO EPHEBORVM. Tales illi pueri nobiles ex Asia ad edendū in scena operas à Caio euocatis:

sup. Cal. cap. LVIII: quibus & Claudius usus est. verum postquam saltassent, non solum ciuitate eos non donauit, ut hic Nero, sed statim ablegauit. auctor Dio. Idq; ob impudicitia periculum, ut credo. huinsmodi ephebus fuit ille Armenianus Zalates, de quo Iuuen. extrema Sat. II.

PYRRHICARVM ARGUMENTA. Hunc Suetonij locum sic interpretor, ut Pasiphaës & Icari fabulatum re ipsa exprimerentur, tum concinnis illis Pyrrhicam saltantium gesticulationibus referrentur. ex Dionysio antiq. Rom. lib. VII.

TOTO PODIO ADAPERTO. Podium menianorum speciem habuisse, atque instar pergulae proiectum fuisse, cum nominis ratio, tum quod hodie quoque qua ita mutulis innexa prominent podia vocant Itali, ostendit. De podio Vitruvius lib. V cap. VI. Nobilissimos vero quosque podio spectare solitos Iuuen. docet, Sat. II, Omnibus ad podium spectantibus generosior. Sed & circensibus ludis veteri more victoria gypsea supra podium locabatur. Spartianus Senero. Plinius quoque lib. XXXVII cap. III, gladiatorio Neronis munere retia, arcendis feris podium protegentia, succinis nodata fuisse scribit. unde colligimus eos qui ad podium erant, quam proxime spectasse omnia quæ agerentur. Cubiculum autem appellare videtur Suetonius certam podij partem, in qua lectus positus, unde accubans spectabat Nero.

QVINQUENNIALE CERTAMEN. Quinquennale ludicum ad morem Græci certaminis vocat Tacitus. hoc ergo est quod Suetonius Romæ primum à Neronе institutum refert. nam & Neapoli erat. Aug. cap. XCVIII. Plura Domit. cap. IIII.

NERONIA. De hoc nummi veteres arei, qualem seruo.



seruo, cum hac inscriptione, CERTA.  
QUINQ. ROM. CO. id est, certamē  
quinquennale Roma cōstituit. Cer-  
tamē Neroneum vocat Sueton. Vi-  
tell. cap. 111. Xiphilinus Neronia  
eum instituisse pro salute ac diu-  
turnitate imperij sui scribit: sed eos  
ludos maximos vocatos fuisse paulo antē audiimus.  
alijs igitur fuere.

DEDICATIS QVE THERMIS. Mallem  
dedicatis, ut in duobus codicib. sine coniunctione. Quod  
verò ait thermis atque gymnasio, id sic intelligo, ut in  
thermis Græcorum more gymnasium fuerit, ad cuius u-  
sum Senatui atque Equiti oleum gratis præbuit. neque  
enim de oleo hic loqui puta Suetonium, quod interdum  
ut & frumentum populo gratuitum dabatur, Cæs. cap.  
XXXVIII. Capitolinus Hadriano. Spartianus Seuero.  
quin & Aurelianus, si Vopisco creditus, vinum gra-  
tuitum dare destinauerat.

SEDE PRÆTORVM. Ita omnino legendum  
est, quicquid somnient interpretes: ut cōsulares illi sorte  
lecti eo ipso loco certamini, tanquam magistri, præsede-  
rint, quo prætores ludis præsidere consuenerant. Ma-  
gistros autem vocare videtur, quos Graci à jurobētis  
atque à thlobētis.

IPSORVM CONSENSV. Consensu eorum qui  
de eloquentia contenderant. qua de re sic Tacitus, Elo-  
quentiae primas partes nemo tulit, sed victorem esse  
Cæsarem pronunciatum. Erat autem eloquentia co-  
rona aurea, cithara querna. qua de re alibi.

INTER BVTHYSIÆ APP. Græca voce usus  
est, pro magno atque sollemni sacrificio, qualis heca-  
d. 3 tombe.

tombe. maxima enim taurus victima est, vel Virgilio teste. aliter tamen Grammatici.

CONDITAM IN AVR. PYXIDEM. Libri MS. nostri conditamque. hand dubi melius. Dio Iuuenales institutos tradit cum barbam posuit. Eodem ergo tempore gymnicum in septis editum, de quo hic Suet.

CAPITOLIO CONSECRAVIT. Apertius Dio Capitolino Ioui.

CERERIS SACERDOTIBVS. Quas etiam antifitas vocant. quarum Athenis, ut virginum Vestalium Romæ, ob sanctitatis & pudicitiae opinionem, summa erat reverentia. Cic. Verrinae IIII, vbi de Cereris Catinen sis signo per Verrè ablato agit. Iuuen Sat. VI, Paucæ adeò Cereris vittas contingere dignæ. Idem Sat. XI, qualē Cereris vult esse sacerdos. Athenie-  
ses eos qui sacris Eleusiniis praeerant, eaque administrabant, Eumolpidas plerumque vocant: quibus & nupras adiungunt, viros pariter & feminas, ut ex Plutarchi Alcibiade ostenditur: quo loco execratum prius, post resacratus ab Eumolpidis narrat. qua de re etiā Amilius Probus, siue Cornelius Nepos fuerit, qui Gracorum Imperatorum vitas Latinè scripsit, Eumolpidas ipse quoque ac kerycas coniungens: quamquam mendo-  
sum noctus codicem Beroaldus, Olympiadas ibi lege-  
rit. Verum hec parum ad rem presentem faciunt. ad-  
denda potius quæ de Cereris Africana sacerdotibus narrat Tertull. lib. priore ad uxorem.

XIII. TIRIDATIS. Libri MS. tres Mithridatem vo-  
cant. mēdosē. mēdālō enim appellat Xiphilinus. quod  
nomen etiam Tacitus seruat. insignem vero fuisse ma-  
gnum ex Plin. discimus, lib. XXX cap. II: et XXXII c. III.

DIADEMA IMPOSUIT. Ut qui regnum illò  
adsigna-

adsignaret, quemadmodum in Traiani numismate cernimus, cum inscriptione, REGNA ADSIGNATA. Tacitus cum narrat à Corbulone deuictum, antequam Romanum veniret, diadema apud Neronis effigiem deposuisse sed verisimile est hāc cérémoniam spectare pop. Rom. repetitam fuisse. Alterius Tiridatis meminit Horat. lib. 1. od. XXVI.

LATERE DEXTRO. Honoratiore, ut ego arbitror, inter sedendum nempe: nam cūm per viam ipedarent, aliter seruabantur. Claud. cap. XXIIII. Recte igitur Xenophontis de Cyro locum intelligit Beroaldus. Cyrus enim, peculiari quadam ratione, conniuis quos maximè amabat lenos sibi accumbere volebat, tanquam cordi propiores; non quin dexter locus iisset honoratior.

IANVM GEM. CLAVSIT. XLI.

Testantur id Neronis nummi, cum inscriptione PACE P.R. VBIQ. PARTA IANVM CLVSIT. & PACE P.R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT.

TAM NVLLO QVAM RESIDVO BELLO. An igitur sapius Ianū clusi Nereo? Non equidē, ut existimo: sed pro libidine residuo etiā bello. Nā si Oroso creditus, ab Augusto ad Vespas. vsque nunquā cessauere bella. Atq; adeò locum hunc sic puto debere corrigi, tanquam nullo residuo bello, una tantum dictione transposita.

POSTVLATORIBVS. Postulare, inquit Ulpianus, est desiderium suū vel amici sui in iure apud eū qui iurisdictioni preest exponere, vel alteries iurisdictioni contradicere. Hinc postulationes. Verū quos postulatores Suetonius dicit, I.C<sup>i</sup> procuratores ferè vocant.

IN COGNOSCENDO. *Liber opt.* Cognoscendi morem cū tenuit. placet. Notandumq; distingui cognitionem à iurisdictione, nā, ut non male Donatus ait, postulamus iure: at qui cognitiones fere extraordinariae erant. Plura Claud. cap. xv.

CONTINVIS ACTIONIB. OMISSIS. Verbum omissis abest à duobus exemplaribus. nec male. vt ea quæ cognitionis erant Nero continuè suo queque ordine, vt proposita fuerant, deciderit. Lector tamen sūn sequatur arbitrium. Nam continuas fortasse actiones vocat quibus promiscuè qualiacumque causarum genera proponebantur, qua cognoscēdi consuetudine omissa, Nero certis sessionum diebus de uno quoque genere per vices agi instituit. quo de more aliquid Galb. c. x.

AD CONSULTANDVM SECEDERET. Sic nostri etiam codices. vulgo, sedent legitur inepte. Mallem etiam quod ipsi libuisset, pro quid.

LIBERTINORVM FILIOS. Suprà Claud. cap. XXIIII.

CANDIDATOS. De hoc sic Tacitus: Comitia prætorum, arbitrio senatus haberi solita quod acriter ambitu exarserant, princeps composuit, tres qui supra numerum petebant legioni præficiendo.

CANINII REBVL. Rebili scribendum. de quo Cæs. cap. LXXVI.

ETIAM QVÆSTORIÆ DIGN. NON NULLIS. Sic Pulm. & duo nostri ms. Alij, sicut etiam vulgati, ante dictiōnem non nullis, ET particulam interserūt: quam ego non tam delendā quam transponendam censeo. sensus enim est, Nerō nem ornementa triūphalia etiam questoriis tantum, & quidem ex equestri ordine, contulisse. Legō igitur, Triumphalia orn. etiam quæsto-

quæstoriae dignitatis nonnullis, & ex equo. ord. trib.

SED ET DE QVIBVS DAM. Melius MS. nostri  
De quibusdam, D maiuscula, sine sed &c. verba enim  
nec utiq. de c. m. præcedentibus annexata sunt.

## PRÆTERITO QVÆSTORIS OFFICIO.

*Aug. cap. LXV.*

FORMAM AEDIF. VRB. NOVAM. Post in- XVI.  
cendum urbis id contigit. neque tam exstruxit, quam  
exstructum se pollicitus est. Tac.

OSTIA TENVS. Tres libri Hostiam tenus.  
& ratio quidem sine aspiratione, ac multitudinis tan-  
tum numero, efferri postulat: promiscue tamen scriptū  
reperitur. Fossa vero hac alia est ab illa quam ab Au-  
erno ad ostia usque Tiberina nauigabilem perducere  
voluit: de qua Tacitus lib. xv, Plin. lib. xiiii cap. vi,  
ipse Sueton. inf. cap. xxxi.

PUBL. COENÆ AD SPORT. REDACTÆ.  
Atqui Domitianus sportulas sustulit, renocata coena-  
rum rectorum consuetudine, cap. vii. ibi plura.

NEQVID IN POPINIS COCTI. Claud. cap.  
XXXVIII.

AFFLICTI SUPPLICIIS CHRISTIANI.  
Idem impius ille Tacitus. fuit autem hac prima huius  
sanctissimi nominis persecutio, qua duo illa ingentia re-  
ligionis nostra lumina Petrus & Paulus Romæ occu-  
buerunt. Eusebius Chronicis, Oros. Senerus Sulpicius,  
& alijs.

QVADRIGARIORVM LVSVS. Ante cap.  
v. de aurigariis diximus: sub quibus & trigarij, &  
quadrigarij, nifallor, continentur. quorumquos lusus  
dicat, imaginari facilius est quam verbis exponere aut  
certi aliquid affirmare.

PANTOMIMORVM FACTIONES. Vide  
cap. XXVI.

**XVII. ADVERSVS FALSARIOS.** Multæ quidem aduersus hos legum cautiones. Sed errare videri potest Suetonius, qui quod à Ti. Claudio sanctum fuit, Ner. Claudio ascripserit. Nota est enim inscriptio tituli lib. XLVIII pandeçt. ad legem Corneliam de falsis, & de S.C. Liboniano: quo quidem S.C. pœna legis Corneliae irrogatur eis qui in alterius testamento vel codicillis legatum hereditatemne sibi sua manu ascripserint. Atqui Senatus consultū illud factū est Statilio T auro & Scribonio Libone Coss. quo tempore Claudius imperio præfuit. accedit quod in eandem sententiam citatur editum diuii Claudi, l. xv eodem illo titulo: & l. III Cod. de his qui sibi ascribunt.

**PRIMÆ DVÆ CERÆ.** Quamquam Justinius titulo de testamentis nihil interesse scribit, in tabulis ne, an in charta membranisue, vel in alia materia fiat testamentum; notum tamen est, ceratis tabulis olim potissimum scribi solere: & sic quidem ut prima tabula testatoris, altera heredis nomen plerumq; contineret. Porphyrio in illud Horat. lib. 11 Sat. 1111, quid prima secundo Cera velit versu, solus multisne coheres. Huius ergo loci sententia est, cautum fuisse ut prima duæ testamenti tabule, inscripto tantu[m] testatoris nomine, alioqui vacue, signatorib. de more interuenientibus ostenderetur: quo liberū fieret testatori, vel nescierib. illis, quæ vellet heredē inscribere: cū satis esset, quo ad testiū fidē, constare cuius esset testamentum, utputa Sempronij, quamuis ignoraretur quem heredem faceret.

**PRO PATROCINIIS.** Aduersus oratorum licentia, ne quis ob patrocinium donū munisue caperet,

latr.

lati olim fuit lex Cincia: de qua Liu.lib. XXXIIII, Cic.  
de senectute, & lib. I. epist. ad Att. Tacitus quoq<sub>3</sub> li-  
bro II & XIII. Festus muneralem à Plauto vocari ait.  
& ad eam Paulus f. C. librum scripsit, ex quo sumpta  
l. XXII titulo de legib. Quod vero de iusta ac certa mer-  
cede adiicit Suetonius, id ita interpretor, ut pro modo li-  
tis quoq<sub>3</sub> adiociati facundia & fori consuetudine asti-  
matio meatur: dummodo tamen licitum honorarium  
quantitas non egrediatur. ut pulcherrime hac de re  
Ulp. L. I de extraord. cognitionibus. licitum autē ho-  
norarium definit ipse usque ad centum aureos. Tac. lib.  
xi, Claudium posuisse modum scribit usque ad dena  
festertia: quae summae non discrepant, si aureum astimes  
XXV denariis. quod alibi docebimus.

PRO SVBSELLIIS. Quid pro iudiciorum sub-  
sellis à litigatoriis pendi soleat, nusquam memini me  
legisse. De recitantiis vero subsellis notus ille Inuen.  
versus è Sat. vii, Nemo dabit regum quanti sub-  
sellia constent.

R E R V M A C T V A B Æ R A R I O C A V S Æ.  
Hoc est, ut, quando iudicia fiunt, causæ que ante apud  
prefectos ærarij tractabantur, in foro deinceps coram re-  
cuperatoribus agitarentur. Omittere autem nolim in  
cod. uno ex nostris legi, ad æratium causæ, pro ab æra-  
rio. longè sane elegantius, pro causis apud æra-  
rium pendentibus. Vide que notani Clau. cap. ix,  
& cap. XXIIII, De ærarij cura ad prætura functos à  
Nerone translata.

R E C V P E R A T O R E S. Libri vetustissimi Reci-  
peratores vocant. nec male. Theophilus enim, qui In-  
stitutiones Grece interpretatus est, ti-  
tulo quibus ex causis manumittere non licet, inde  
appella-

appellatos viuit quod per eos unusquisque suum recipiebat. Nec dissentit Festus, qui Recuperatores primū sic dictos tradit, quod inter populum Rom. & cīuitates peregrinas de rebus priuatis reddendis recipiendisq; cognoscēbant. vñ tamen obtentum, vt recuperatores vocentur. Cicero eos plerumq; cum iudicibus coniungit. ut pro Cecina, Si quis iudex recuperatorue dicat. iterū, Non repertis quemquam iudicē aut recuperatore. & Verr. v, nullum vñquam iudicem aut recuperatorem dedit. Accedit Valerij Probi, in libello de notis antiquis, hac ex edicto prætoris formula, QVANTI EA RES ERIT TANTÆ PECVNIAE IUDICIVM RECUPERATORIVM DABO TESTIBVSQVE DVMTAXAT DECEM DENVNCIANDI POTESTATEM FACIAM. sunt enim Prætoris verba. unde Plaut. Bacch. postquam quidem Prætor recuperatores dedit, damnatus demum vi coactus reddidit ducētos & mille Philippū. Eadē autem quæ Prætoris Rome, etiam Præsidis potestas erat ac iurisdictio in prouincia. & quamquam iudicium vocabulo etiam recuperatores continerentur; propriè tamē recuperatores dicti videntur, cū super facto ipso incidit questio: ut puta vter prior murum hostium cōscendisset, an facta iniuria, an capta pecunie. & quoniam talia ferè erant iudicia quibus super statu alicuius disceptabatur, seruūsne an liber esset, libertinus an ingenuus, in his quoque frequens recuperatorum est mentio. vt Vespas. cap. III, & Domit. cap. VII. Dabantur autem ferè ex his, quos inter comites suos aut in consilio habebant magistratus, aut etiā ex albo iudicium sine ullz fortitione. Hinc Plin.lib. III epist. penult. Nam vt in recuperatoriis iudiciis, sic nos in illis comitiis, quasi repente apprehensi, sinceri iudices fuimus. Sed  
hac,

*hæc, quamvis pro re pœna, hoc loco tamen dicta sufficiant.*

A IUDICIBVS AD SENATVM. *Apertius Tacitus, lib. xi iiii,* Auxitque patrum honorem, statuendo ut qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocassent eiusdem pecuniæ periculum facerent cuius hi qui Imperatorem appellauere. nam ante vacuum id solutumue pœna fuerat. *Nonnulla notantur Aug. cap. xxxi iiii.*

CONCEDENTE POLEMONE. *Plures hoc xviii. nomineret reges Ponti fuere de Polemone enim, qui socius pop. R. appellatus est Augusti temporibus, Dio lib. liii: Huins deinde filio Polemoni regnum paternum ex S. C. confirmatum fuit. sed cum Pater Bosporum quoque Agrippæ beneficio occupasset; Claudius filio quidem Bosporum ademit; sed pro eo Ciliciae partem ei tribuit.* Hec quoque ex Dion. Tandem igitur eo concedente Ponti regnum in provinciam redactum est à Nerone. *Qua de re, preter Sex. Aurelium, Eustripium, atque Eusebium. sic Vopiscus Aureliano: Addidit & Nero: sub quo Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottiae Romano nominai tributæ. Cottio sanc regi pepercerat Augustus, ceteris Alpinis gentibus denicit. quod cum Ammiano Marcellino testatur Plinius lib. iii cap. xxx.*

ALEXANDRINA IPSO PROFECT. DIE XIX.

DESTITIT. *Sic ms. duo, & editio Frobenij: Gryphij vero Alexandrinam destituit: alij Alexandtinam destituit, ut desinere artem Musicam Gell. lib. ii cap. xi, & similia.*

DISPICERE. *Tres libri despicer. Tacit. addit per omnes artus tremuisse.*

**CORBVLÆ.** Recte, sic enim & MS. nostri, & inter-  
pretes. Corbis namq; feminini generis est: vt corbis mes-  
soria, corbis pabulatoria apud Varronem. Ideo autem  
primus hoc opus ag gressus est Nero, ut religione deter-  
ritos confirmaret, cum ad primam fussionem visus esset  
sanguis erumpens, visa etiam spectra, audit i gemitus.  
**Xiphil.** De Isthmi vero perfusione, Cæsare cap. XLIII.  
**De portis Caspiis, seu Caucasis potius, Plin. lib. VI**  
**cap. XI.**

**XX. PVERITIÆ IMBVTVS TEMPOR E.** Veteres  
libri dictiōnem tempore alijs alio loco ponunt. Iego igit-  
tur, Inter ceteras disciplinas pueritiæ imbutus &  
musica.

**VIGENTEM TVNC.** Lib. MS. magno consensu,  
ingentem tunc præter alios accersit. perinde scilicet,  
ac si ingentem Aenam diceret cum Virgilio.

**PLVMBEAM CHARTAM.** Quare chartam  
vocet nescio. Plin. sanè, lib. XXXI III cap. XVIII, laminā  
appellat plumbeam, sub qua cantica exclamaret Nero.

**CIBISQUE OFFICIENTIB.** Editio Gallica  
& unus è MS. afficiētibus. ut affecta mancipia, Claud.  
cap. XXV. Adducendus autem huc Plini locus lib. XIX  
ca. VI, Porro sectiuo nuper auctoritatē dedit prin-  
ceps Nero, vocis gratia ex oleo statim mensum om-  
nium diebus, nihilque aliud, ac ne pane quidem ve-  
scendo. Voci autem splendorem adferre porrum, scribit  
idem Plinius lib. XX cap. VI.

**EXIGVÆ VOCIS ET FVSCÆ.** Fusca vox  
Suetoni⁹, quæ Dionis plausiva est. quod & Turnebus an-  
notauit. Plin. lib. XXVIII cap. VI, Venere vox reuoca-  
tur, cum è candida declinat in fuscam. Quintil.  
lib. IX capite III, Qualitas vocis magis varia est.  
nam

nam & candida, & fusca est; & plena, & exilis; & lenis, & aspera; & contracta, & fusa; & dura, & flexibilis; & clara, & obtusa. & alibi, In Antonio vox fusca & subrauca.

**A B S O L V E R E T N O M O N.** Latinis characteribus nomon, ut automaton, & similia, scribi malim. Sic autem vocat integrum aliquem numerum modumque quem Nero canere instituerat: De quo plura Egnatius & Glareanus in Suetonium, & Cælius lib. ix cap. viii.

**A L I Q V I D S E S V F F E R T I.** Mirum dictu, quanta lectionum in omnibus tam vulgatis quam aliis exemplaribus hic sece offerat varietas. Turnebus aliquid sufferti pro ἐπάγριον: aut sufferti pro ὑπέπενθυον probat. neque ego improbo. mallem tamen suffertum: aut suffertum potius, cum Egnatio (sic enim & Gryphij editio, & ms. duo,) ut ubi subbiberit aliquid plenus se cantaturum, colluto iam gutture, polliceatur.

**D E N O V O C O M M E A T V.** Commeatum vocabant, cum plures una naues aliquò appulissent: ut recte Berwaldus. Cas. lib. v belli Gall. duobus commeatis exercitum reportare constituit.

**B O M B O S E T I M B R I C E S E T T E S T A S.** Conficta plausum nomina, ab apum sonitu qui propriè bombus dicitur, atque imbricum & testarum fratellarum crepitum. Iuuenal. tamen Sat. xi. cum ait, audiat ille Testarum crepitum, musicum aliquid intelligit. Adde locum Suet. Cal. cap. lxxxii, ubi de scabellorum tibiarumq; crepitum.

**P I N G V I S S I M A C O M A.** Non tam vnguento madidam quam fultam densamque interpretor, que in pueris commendabatur. Sic pinguis toga, e Aug. cap.

LXXXII: pingues lacerna, id est, crasse, Inue. Sat. IX.

NEC SINE ANVLO LÆVIS. Sic quidem vulgati lib. omnes, ut laua manu anulos gestauerint, quemadmodum volunt interpretes: sed lib. ms. quatuor, ac sine anulo leues. quam lectionem veram puto. ut quamvis adolescentes eximiè culti conspicerentur, anulos tamen non gestarent: atque ita inter plaudendis manus annulis vacue minus impedirentur. lenes igitur vocat, quod contra onusta gemmis & auro aspera videantur: ut, aspera signis Pocula apud Poëtam.

XXI. CÆLESTEM VOCEM. Utputa qui Apollo, Pean, Pythius, ab applendentibus vocaretur.

IN HORTIS. Sup. cap. XI. & de militum statione Cland. cap. XLII.

SIMVLQVE PRÆFECTI PRÆTORIO. Libri duo simul præf. præt. quos binos tunc fuisse alibi docuimus, Fenium Rusum & Ofonium Tigellinum.

CLIVIVM RVFVM. Scribo Cluuium. sic enim Tacitus, Xiphilinus, nummi veteres, Cic. epistolis, ac Junen. Sat. II, Tedia non lambit Cluuiam. & sic habet Tornacensis codex. vide Dionis compendium. Hinc Clunienus.

IN PRIVATIS SPECTACVLIS. Hoc est, quæ ab aliis quoque quam ab ipso ederentur. nam Imperatoris respectu ceteri omnes priuatorum quodammodo loco habentur. quod ita interpretor, quia de prætore sequitur.

QVODAM PRÆTORVM. Larcium Lydum appellat Dio.

CANACEN PARTVRIENTEM. An postquam Pythagore suo eam nupserat? facetè enim, cum Canacen cancret, rogatus quidam quid ficeret Impera-

*Imperator, parit, inquit. ex Dione.*

OBDIPODEN EXCÆCATVM. Lib. opt.  
obcæcatum.

QVONDAM TRACTVM PRASINVM A-XXII.  
GIT AT. Libri ms. quendam. duo etiam Prasini, vt  
pannum subintelligamus: quamquam hoc modo Pra-  
næ malim, factioñis nempe. Spartianus tamen alicubi,  
Prasino, inquit, fuit. Tractum autem dixit, uti &  
Plinius lib. XXVIII cap. XVII, tractos quadrigis agen-  
dis rotane vulneratos simo caprino sanari. Sed & quod  
sequitur apud Plinium, ad rem presentem facit. adhuc  
enim de simo caprino loquens, cinerem, inquit, eius re-  
uerentiores, ex aqua bibunt: feruntque & Neronom  
principem hac potione delectari solitum, cum sic  
quoque se trigario approbare vellet: tamquam agita-  
torem scilicet legitimum, qui etiam aduersus huins-  
modi casus seminiret. De trigario autem sup. cap. V,  
& XVI.

DE HECTOR E. Scitum pueri mendacium. no-  
tandumq; etiam pueris tūc notos fuisse Virgilij versus,  
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

EBVRNEIS QVADRIGIS IN ABACO.  
interpretes ad pueriles lusus referunt: parum memores,  
Neronem annos iam natum XVII imperium cepisse.  
Ego itaque existimauerim potius, calculos, quibus in al-  
ueolo luderet, quadrigarum forma factos fuisse. Nam  
abacum quoq; veteres ea significatione dicebant. Ma-  
crob. lib. I Satur. cap. V. vultusne diem sequentem,  
quem omnes plerique abaco & latrunculis con-  
terunt.

MINIMOS CIRCENSES. Liber unus mimos  
legit. quam lectionem etiam Sabellicus agnoscit.

*non placet. mimi enim theatro, non circo conueniunt.*

SECESSV COMMEABAT. Pro è secessu. vt  
plerumq; ad suburbanum aliquod imperij initio secede-  
re consueuerat.

PALMARVM NVMERVM AMPLIARE.  
Tria palmarum genera in circensib. fuisse, huiuscemodi  
inscriptiones ostendunt. VICTUS CXXV. SECUND. TV-  
LIT LXXXVIII. TER. TVL. VII. ut qui primas tulit  
vicisse dicatur absolutè: alijs secundarum, tertiarumq;  
palmarum. Plinius eleganter etiam ad vina transtulit,  
cùm inquit, ad tertiam palmam varia venere. lib. XIII  
cap. VI. Adde locum Suetonij Domit. cap. IIII, plu-  
rium coronarum.

MULTPLICATIS MISSIBVS. Quis nō  
videt missibus esse legendum? & sic editio Gallica, at-  
que interpretes. Vide Domit. cap. IIII.

GREGES EDUCERE. Greges agitatorum dixit  
Suet. vt Cicero oratorum, philosophorum, honestissimo-  
rum hominum. de dominis factionum cap. V.

IN CIRCO MAXIMO. Arenacirci chrysocol-  
la sparsa. Plin. lib. XXXII I cap. V. Suetonius tamen hoc  
Caiò tribuit, cap. XVIII.

LIBERTO MITTENTE MAPPAM. Map-  
pa, vt ait Quintil. lib. I cap. I, usurpatum circo no-  
men, Pœni sibi vindicant. Sunt qui mappam victori  
à Prætore mitti solere affirment. sed melius illi qui lu-  
dorum committendorum signum fuisse volunt. Mart.  
lib. XII epigr. XXIX, Crétatam prætor vellet cùm  
mittere mappam. Lin. lib. VIII, Quia L. Plautius  
prætor graui morbo fortè implicitus erat, signū mit-  
tendis quadrigis daret. et pulchrè apud Ciceronē lib. I.  
de dininat. poëta Ennius, Expectat, veluti consul cùm  
mittere

mittere signum Vult, omnes audi spectant ad carceris oras Qua mox emittat pictis è faucibus currus. signum enim illud credo mappam fuisse. Juuen. vero Sat. xi, Megalesiacæ spectacula mappæ, pro ipsis Megalensibus, dixit.

CASSIOPEA TRAIECIT. Corcyra id oppidum est. Plin. lib. 1111 cap. xii, vbi fons Cassij meminit. Gellius Cassopeiam vocat lib. xix cap. i.

ME CELERITER REVERTI. Mallem ut xxiii. in tribus ms. celeriter reuerti me. Porro de hac Neronis peregrinatione Philostratus, vita Apollonij lib. 1111: & acerbè Juuen. Sat. viii, Hæc opera atq; hæ sunt generosi principis actes, Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu Prostutui, Graicæque apium meruisse coronæ. Adde locum Suetonij Vespas. cap. iii.

INF. SECRETO NON NVNQVAM: Dictio nonnunquam melius sequenti periodo adiungetur. Sic enim distinguunt optimi codices, & Neronis anxietati magis conuenit, ut aduersarios clam potius infamaret, quam ex occursu maledictis incesserit.

LEGI OBEDIIEBAT. Ne fessus resideret, ne xxiv. sudorem nisi ea quam gerebat veste detergeret, ac nulla oris aut narium excrementa viserentur. Tacit. initio lib. xvi. Tales & gladiatorum leges, ad vulnera nō ingemiscere, iussos iugulo ferrum recipere, suum eodem quo hostilem vultu animoque sanguinem aspicere.

ELAPSVM BACVLVM. Quem baculum Suetonius, Graci πάδον & σίχον vocant: unde πάδωδοι, & σίχωδει, quod inter cantandum lauri ramum seu virgam tenebant. hinc

etiam pædædia pro pædædia. Eustatius in Homerum  
pag. VI.

ADIVRANTE HYPOCRITA. Hypocrita  
dicti in uniuersum omnes qui alienam personam simu-  
lant; ut hypocrisis ipsa simulatio. Histriones igitur,  
sive mimi, pantomimi, archimimi, ethologi, & ceteri id  
genus homines, quos recte ludios appellamus, hypocrita  
sunt. Verum nō satis intelligo quem hic hypocritam di-  
cat Suetonius, nisi aliquem fortè qui canenti astiterit,  
ut verba vbiq[ue] facienti Phonascus, de quo cap. se-  
quēti. Ambo, ut opinor, monendi causa, sive subijcien-  
di ea quæ memoriam fugere viderentur. quod inter sce-  
nicos secundariorum munus fuisse crediderim: vocatōs  
que hypocritas. sic enim *vetus Lexicon*, Secundarius,  
subdiga, ὑπόκριτος.

PRÆCONIO VBIQUE CONTENDIT. Vi-  
torem ideo seipsum pronunciabat, quod excellentiorem  
se præconem nullum agnosceret: quod ut ita esse reipsa  
ostenderet, de præconum quoque corona contendit. Phi-  
lostr. vita Apollonij. Euseb. Oros. Multiplex autem  
præconum, quos Græci καπύργε vocant, vsus: maximè in  
sacris certaminibus. Et pudendum sanè imperatore Ro-  
manum præconio contendere, cum, quod epistola qua-  
dam ad Leptam testatur Cicero, qui præconium faceret  
in decurionibus esse vetaretur.

HIERONICARVM. Quatuor certamina dicta  
sacra in Græcia fuere: Nemea, Pythia, Isthmia, Olym-  
pia: in his qui vicerant, Hieronicae vocati sunt: qui in  
omnibus vicissent, periodonictores. Festus.

PLVRI FARIAM. Pluribus & locis & modis.  
Decemiu gem quoque dixit, ut binu gem, triu gem, qua-  
druiu gem. Virg. Quadruiugo vehitur curru.

LIBERTATE DONAVIT. *Præclarè sanè. ut  
elim T. Flaminius. Plut.*

MOS HIERONICARVM. *De hoc quoque* xxv.  
*Plut. Sympos.*

CORONAM OLYMPICAM. *Lib. opt. Olympiacam.*

AVGVSTIANOS MILITES QVE SE. Me-  
lius tres ms. Augustianosque se, militesque triumphi  
eius clamitantibus. *Locum autem hunc declarat Xi-*  
*philinus, quinque militum milia parata scribens, qui*  
*canenti plauderent, quos Augustales seu Augustia-*  
*nos vocabant. iidem, vt arbitror, cum illis quos nobis*  
*descripsit Suet.ca.xx. adolescentes culti ac nitidi, digni*  
*qui citharae præ principi militarent. Sed & equites eum*  
*secutos scribit Tac. qui dies ac noctes plausibus persona-*  
*rēt, formā principis vocemq; Deū vocabulis appellates.*

PALATIVM ET APOLLINEM. *Id est,*  
*Apollinem Palatinum. Alij triumphantes Iouem*  
*petebant in Capitolio: hic Apollinem in Palatio, tra-*  
*gædus tragædum.*

SPARSO PER VIAS CROCO. *Plin.lib.xxi*  
*cap.vi.*



N V M M V M P E R C V S S I T.  
*Qualem seruo areum, vidi etiam*  
*aureos.*

MAGIS PARCIVS QVE LAV-  
DASSET. *Sic Thrasea ille magnus nō*  
*ob aliam causam periiit, quam quod*  
*numquam applausisset. Xiphil.*

ARREPTO FILEO. *Libri vetusti, pilleo. Vide xxvi.*  
*Cal. cap. xi.*

QVINTANA. *Rectè locum hunc explicat Beroal-*  
*dus ex Feste. Nā in castris quintana vocabatur porta*

post prætorium: ubi rerum utensilium erat forum. Nero, castrorum instar, domi quintanam constituit; forūmque, ut ita dicam, prædatorium.

DIVIDENDÆ. Malle diuēdēdæ, ob verbū litationē.  
ASSVMERETVR. Lego absumeretur, ut in opt. cod.

A QVODAM LATICLAVIO. Trubinum laticlanium intelligerem; nisi Tacitus obstareret. Is enim Iulium Montanum vocat hunc Neronis verberatorem: additq; Senatorij ordinis fuisse; sed qui nondum honorem vulum capessisset, ob hoc morte coactus. vide etiam Dionis compendium. Plin. lib. xiiii cap. xxii, remedium prodit, quo Nero nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinebat.

GESTATORIA SELLA. Claud. cap. xxxiiii.

SEDITIONIB. PANTOMIMORVM. Rem totam declarat Tacitus lib. xiiii. nam cùm antea Nero ludicram frutorum licentiam, impunitate & præmis velut in prælia conuertisset; tandem non aliud remedium repertum est, quam ut histriones Italia pellerentur. Atque hic quidem ostendit Sueton. quomodo primum histriorum factiones ille fonerit. relegatos vero fuisse iam ante narravit, cap. xvi. Alibi vero Tac. scene restitutos fuisse, sed à sacris certaminibus prohibitos significat: sublatos vero iterum à Domitiano, sed à Nerua reductos; rursusq; à Traiano abactos, anterior est Plin. Paneg. Notandumq; à Tacito vocari histriones, quos patomimos appellat Suetonius, & hic, & cap. xvii. Vide Cassiodorū Variar. lib. iiii ep. vlt.

XXVII. EPVLAS A MEDIA DIE. Solebant veteres diem agendis rebus, noctem curandis corporibus dare. at quo quisque intemperantior erat, eo maturius communabatur. Hinc vocationes de die apud Catul. sed & Horat.

*Horat. lib. i. Sat. vlt. dictus heri illic De medio portare die. his adde Inuen. Sat. i. i. nouerat ille Luxuriam imperij veterem, noctesque Neronis Iam medias, aliamque famem.*

**A M B V B A I A R V M.** *Dicta sic mulieres famosæ, quod circa Baiae versarentur: ut ambedo, ambarualia. Plura ad Horat. lib. i. Sat. ii.*

**O S T I A M T I B E R I D E F L V E R E T.** *Sic Virg. lib. vi. i. secundo defluit amni.*

**I N S I G N E S G A N E Æ E T M A T R O N A R V M**  
**I N S T I T O R I O C O P. I M I T.** *Sic quidem Turnebi codices, & unus è nostris: alij aliter: sed vulgati omnes, pro institorio copas, institorias operas legunt. que lectio sanè nec multum à veterum librorum scriptura declinat, & longè apertior est. nam institorem vocant f. Cui eum qui negotio, qualemcumque id fuerit, agendo instat, unde stabuli etiam & caponæ institorem dixit Ulpianus l. i. Nautæ capones stabularijs vt rec. test. Si Turnebum sequimur, institorium pro institoris munere atque officio interpretabimur. Copæ autem significatio omnibus nota, pro muliere que caponam exerceat: qualis Copæ Syrisca illa Virgilij. Verum quomodo cumque legamus, pro & matronarum, mallem etiam matronatum: aut expungi &: abest enim ab uno codice. aut que levissima mutatio est, legi INS. G. ET M. INSTITORIA C. i.*

**O R A N T I V M V T A P P E L L E R E T.** *Vt nunc quoq; capones solet. unde facetè admodū Cicero cū Binniū quendam coponē de via Latina testem in Cluētium subornari cerneret, Quo de homine, inquit, nihil etiam nūc nobis dicere est necesse. Si inuitauerit, id quod solet; sic hominē accipiemus, vt molestè ferat se de via decessisse.*

QVORVM VNI MELLITA QVADR.  
HS CONSTITERVNT. Sic & MS. nostri. nisi quod,  
pro mellita, mitellita habent, aut mytelica: omnium  
autem probatissimus sic, quorum vnum mitellitel  
quadragies hs constitit. Turnebus vero, quorum vni  
mitellita quadr. hs constitit. Ego receptam lectionem  
seruo. ut per mellita intelligamus, ea omnia quæ pisto-  
rum, quos dulciarios vocabant, opera parabantur: (de  
quibus Tib. cap. XXXIIII) ut tamen non negem, aliter  
scripsisse Suetoniū. Scribæ enim voces sibi notas, qualis  
mellita, non facile mutant. ea melitta vocat Græci.

A B SYRTIO ROSARIA. Libri duo Absir-  
tio rosaria, ut & editio Gallica. Legendum fortasse Ab-  
syrto: ut Absyrtidum insulis, quæ à fratre Medea Ab-  
syrto vocata sunt, peritas rosas significet. Sunt qui legat  
absorptio rosaria. Ego vero, si diuinationi locus relin-  
quitur, aspersio rosaria legendum censem. sic enim  
sparsiones odorarias dixit Seneca: et note omnibus thea-  
tri sparsiones, de quibus ad Plin. lib. XXI cap. VI.

XXVIII. INGENVORVM PÆDAGOGIA. Sic MS.  
omnes, quos equidē viderim. Egnatius proagogia sub-  
stituit. Sunt autem pædagogia, ut Turnebus vult, pue-  
rorum quos in deliciis habebant. caetus, Plin. lib. VII.  
epistol. ad Suram pædagogium vocare videtur, locum  
in adibus vbi pueri versabantur: puer, inquiens, in pe-  
dagogio mistus pluribus dormiebat. Ulpianus vero  
pædagogia pro ipsis pueris dixit, ut seruitia pro fernis:  
Si instructum fundum legasset, pædagogia, quæ ibi  
habebat ut cum eo venisset præsto essent, in triclinio  
legato continentur. uti & Plin. nat. hist. lib. XXXII  
cap. XI, iam vero & pædagogia ad transitū virilitatis  
custodiantur argento. Idem libri eiusdem cap. III,

Honestius virti pædagogiis id damus, balineasque diues puerorum forma conuertit. Sed & Seneca lib. de vita beata ca. xvii, Quare pædagogium preciosa veste succingitur. & iterum lib. de tranq. vite c. i, Præstringit animū apparatus alicuius pædagogij. sic enim ea Senecæ loca corrigenda sunt: cùm in vulgatis exemplaribus illic pædagogus, hic pædagij legatur. Sed & huic referendi Martialis versus lib. x. Ad ludimagistrū: sic te frequētes audiant capillati & delicate diligat chorus mēsæ. Diuitū enim pædagogia intelligit.

ACTEN LIB. MS. Atten, & Aten vocant. Talis Horatij Phyllis II, od. IIII.

CVM DOTE ET FLAMMEO. De Sporo Neronis uxore eadem hic Suet. quæ de Neroni ipso Pythagore nubente Tacitus, lib. xv ex editione Justi Lipsij, Inditum Imperatori flammeum, missi auspices duo, & genialis torus, & faces nuptiales: cuncta denique spectata quæ etiam in femina nox operit. At verò hunc Taciti locum furto manifesto sibi arripiens Sulpicius Seuerus, inditum, inquit, Imperatori flammeum, dos & genialis torus, & faces nuptiales: cuncta denique, quæ vel in feminis non sine verecundia conspiciuntur, spectata. quæ verba si cum Taciti verbis conferamus; non minus Tacitum debere Sulpicio, quam Sulpicium Tacito fatebimur: cur enim illic auspices duo? aderit, inquit Iuuen. cum signatoribus auspex: legendum itaque, missi auspices, dos & genialis torus. Sulpicins, quod Christianum decebat, auspices omisit; cetera retulit. Vide Claud. c. xxv i, & xxix. quo vero sensus sit apertior, legendum cumque dote. ant delenda dictio est.

CIRCA SIGILLARIA. Claud. cap. v & XVI.

MATRIS CONCVBITVM. Vide Tac.

**XXIX.** PROSTIT VIT. Lib. opt. prostravit.

INGVINA INVADERET. Hoc est vultu con-  
trectaret. sic enim hac de re loqueus, Sex. Aurelius.

CONFICERETVR A DORYPHORO. Con-  
ficere verbum arene accommodatum: unde confectores  
ferarum. Sunt qui obsceni aliquid subesse velint. Quod  
autem Doryphoro Neronem denup sisse ait, cum alijs o-  
mnes Pythagoram eius maritum faciant, ut paulo ante  
diximus; me adducit ut credam binominem fuisse hac  
scelus hominis Pythagoram; vti de Callisto monuimus,  
Claud. ca. XXVIII. potuit & Doryphorus vocari, quod  
satelles Neronis esset.

PROFESSIS OBSCENITATEM. Tale ali-  
quid de Domit. Suet. cap. XI.

**XXX.** A TIBERIO RELICTAS OPES. Calig. cap.  
XXXVII.

OCTINGENTA. Libri veteres, octingena.

QUADRIGENIS IN PVNCTVM. MS. om-  
nes quadringenis: vt Vitell. cap. XIII. Atqui Au-  
gustus in singulos talos singulos denarios contulit. cap.  
LXXI. ibi vide.

RETE AVRATO. Apertius multo Orosius, Lu-  
xuriæ tam effrenatæ fuit, ut piscaretur retribus aureis,  
quæ purpureis funibus extrahebantur.

CARRVCIS MINVS MILLE. Lampridius  
Elagabalo. Imperator etiam sexcēta dicitur vehicula  
duxisse, asserens decem millibus camelorum Persa-  
rum regem iter facere, & Neronem quingentis car-  
rucis iter inisse. Carruam autem vehiculum ad varios  
vſus fuisse constat. nam & apud Scenolam carrucam  
dormitoriam legimus, l. XIIII de auro & arg. legatis: &  
Vlpia-

Vlpianus, l. xiiii locati, carrucarum pro cisiario expoenit. sed & mulas carrucarias apud f. C<sup>os</sup> inuenias. Plin. quoque, lib. xxxiii cap. xi. conqueritur quod carruca tunc ex argento celarentur, cum aurata habuerit vehicula Elagabalus atque gemmata, contemptis argenteis eboratis & eratis. In Pand. autem Florentiniis, Carrucha & Carruchariis scribitur.

CERCOP. PANER. FEN. Lector paulo attētior facile mendum sentiet. quis enim fenerator tam Neronicarus? scribo igitur sed suspēsa manu Cercopithecum Pancrotis feneratoris vrb. vt Cercopithecus gladiatoriis aut mimi cuiuspiā; Paneros liberti fortē feneratoris à Nerone cōfiscati nomē fuerit. Eros sāne & Paneros pro seruis in vetustis monumentis legisse memini.

SOLEIS MVLARVM ARGENTEIS. Ut Poppaea aureis. Plin. lib. xxxiii, c. xi.

CANVSINATIS MVLIONIBVS. Iam diximus de mulis carrucariis. ergo & muliones carrucarios intelligō, qui carrucas vna cum iumentis regerent. Canusinatos verò canusina indutos ueste vocat: qua & ob lane canusina nobilitatem, & ob colorem quem rutilū fuisse volant, conspicua, lecticarios ac muliones suos restiebant. Mart. Vt canusinatus nostro Syrus assere sudet. Idem lib. xiiii epig. cxxvii.

CVM MAZACVM TVRBA. Sic Turnebus lib. xxiiii, cap. vi, sed & ante Turnebum Sabellicus & Eganius. nostri quoque codices, phalerata tomazacum turba, legunt: unius verò aperte, cū Mazacum. Primus Beroald. nobis Amaxicorum turbā adduxit. Nec verò Turnebò assentior, qui Mazaca Africa nō etiā Cappadocia attribuit. Mazaca enim antē dicta fuit que postea Cæsarea, vrbis Cappadocia nobilissima, sub monte Argeo

*Argao. Plin. lib. vi c. i i i. unde notissimi equites olim  
in Principum comitatu. Claud. lib. i in Rufinū, volu-  
crumque parens Argetus equorum. Mart. lib. x. epig.  
lxxvi, Nec de Cappadocis eques catastis. Numidas  
tamen in dinitū comitatu recenset Seneca, ep. lxxxviii.*

**XXXI.** COLOSSVS CXX P E D V M. Duos colossoſ me-  
morat Plinius. alterū pictū in linteo; quæ pictura post-  
ea in Lamianis hortis fulmine accensa perierit: alte-  
rum, quem Zenodorus fecit, ex pedum. Vespasianus  
verò Solis venerationi dicauit. cuius etiam Eusebius  
Chronicis, & Xiphilinus meminerunt: sed hic centum  
tantum; ille centum & septem pedes ei tribuit. Commo-  
dus tandem, si Lampridio credimus, suū illi caput im-  
posuit. Adde his Martialem lib. i. ep. ii. Plinius loca  
innuenies lib. xxxv cap. vii, & xxxiiii cap. vii.

PORTICVS TRIPLEX MILLARIAS.  
Sic Vopiscus Aureliano porticum millariensem com-  
memorat. Beroaldus & Egnatius mille passuum ha-  
porticus fuisse volunt. Verum ne tota quidem Neronis  
domus, à Palatio Esquilias usque, eam longitudinem  
habuit; quare mille pedum fuisse dicamus. sic enim me-  
tiebantur veteres. Horat. nulla decempedis Me-  
tata priuatis opacam Porticus excipiebat Arcton.  
lib. ii. od. xv. Siquis tamen mille passuum intelligi por-  
ticus istas malit, nō equidem repugnabo: qualem a Ce-  
sare cogitatam fuisse in campo Martio, indicat Cic. lib.  
iiii ad Atticū, ep. xvi: qui tamē locus obscurus est.

VERSATILIB. VT FLORES EX FISTVLIS.  
Piget referre quanta hoc loco lectionū sit varietas: qui-  
bus inter se collatis, sic legendum censeo. versatilibus, ut  
flores & ex fistulis vnguenta desuper spargerentur:  
flores scilicet per tabulas illas versatiles; vnguenta ex  
fistulis.

*fistulis.* *Fistulae enim, si Isidoro credimus lib. xix cap. x,* dicit & *et resennerit, id est mittere, quod aquam emitte-* rent: *quamquam Isidori locus mendoſus est.* Non re-  
pugno autem ſiquis *fiflulatis hic malit.* De ratione ve-  
rò huiusmodi *ſparſionum* Seneca lib. ii. queſt. natur. &  
epiſt. xci. adde Spartianū Hadriano, in honorē Tra-  
iani balsama & crocū per gradus theatri fluere iuſſit.

CIRCVMAGERETVR. Libri tres circumage-  
rentur. Sed præcipua cenationum, pro præcipua cenan-  
tione, dixit Suetonius.

MARINIS ET ALB. Aug. LXXXII.

POR TICIB. CONCLVSAM. Melius iidem  
MS. porticibusque.

FOSSAM AB AVERNO. Vide cap. XVI.

QVOD VBIQUE ESSET CVSTODIÆ. Li-  
ber unus eſſent: ut legendum ſuſpicer, quod vbique eſſent  
cuſtodiæ: niſi quis malit quod vbique eſſet cuſto-  
diarum, nam cuſtodiās viñctos ipſos appellant paſſim  
I. C<sup>ti</sup> atque alij auctores. ipſe Sueton. Cal. cap. XXVII. &  
fortaffis dictio non integra perſcripta fuerat.

EX INDICIO EQ. R. Cesellium Bassum vocat  
Tac. initio lib. XVI.

COMMODA VETERANORVM. Aug. c. XXIII.

LIBERTORVM DEFVNCT. BONIS. Veteri  
iure cauſū fuſſe tradit Justinianus, lib. III. tit. de ſuc-  
cess. libert. ut ſi libertus ſine liberis decederet, ſine te-  
ſtatus ſine in teſtatus, patronus dimidium bonorum eius  
acciperet: Nero iuſtituit ut pro patrono ipſe, non ſemis-  
sem, ſed do drantē caperet, ſi ſine probabili aliqua cauſa  
nomen ullius familiæ vſurpassent, quam princeps con-  
tingeret. reddenda ergo patrono & ſui & liberti nomi-  
nis ratio, ſi quid ex liberti bonis conſequi volebat.

PRO

PRO SEMISSE DODRANS. *Duo libri dextans. nihil muto.*

ILLÆ FAMILIAE. *Mallem ut in tribus ms. vllæ familiæ.*

INGRATORVM IN PRINCIPEM. Sunt qui duo hæc verba in Principem reuocant: ut de libertis adhuc loquatur Suetonius. sed vix crediderim tam angustis finibus conclusas fuisse Neronis rapinas. Vide Cal. cap. XXXVIII.

STUDIOSVS IVRIS. *Libri duo viris. Ego totum expungi malim: ac legi, ne impune esset eis qui. cetera glossatione sapiunt.*

REVOCAVIT ET PRÆMIA CORONARVM. Antè retulit, cap. XXII, quemadmodum cinitates, apud quas Musici agones edi solebant, iam instituerat citharœdorum coronas omnes ad eum mittere. Nero igitur, si qua cinitas id facere omisisset, ad præstandū compulit.

VSVM AMETHYSTINI ET TYRI COLORIS. Vide Plin. lib. ix cap. XLI, & lib. XXI cap. VIII. Mart. apophore. CLIII, & CLVI. Juuen. Sat. vii, purpura vendit Causidicum, vendút amethystina.

PAVCVLAS VNCIAS. Nero igitur in vniuersum coloris huins vsum sustulit, ne quid eo imbueretur. Caesar dict. vsum cochiliatae vestis ademit. Suet. c. XLIII

XXXIII. PARRICIDIA. Quæ tot fuere, ut meritò dixerit Juuen. Sat. viii, Cuius suppicio non debuit vna patrari Simia, nec serpens vñus, nec culleus vñus.

DEORVM CIBVM. Dr̄or̄ B̄c̄p̄a. Dio extrem lib. LX. Nec dubium quin in Neronis gratiam datorum suam hoc nomine inscriperit Seneca. Vide Vespas cap. XXII, Deus fio.

MORARI. Α μωρός, quod fatuum significat.  
Nam hinc morus ad Latinos transiit. Plaut. Trin. Is  
mores hominum & moros & morosos facit.

BVSTVM EIVS CONSEPIRI. Atqui Clau-  
dium ante solenni pompa funeratum scribit Suet. eique  
etiam alios omnes Augusto olim habitos honores con-  
tigisse auctor est Dio. Bustum ergo hic ex Seruij sen-  
tentia, in illud Virg. semiustaque seruant Busta, lo-  
cum in quo crematus fuerat Claudius significat: quem  
custodia causa conspire mos erat: quod Nero pro de-  
functi dignitate facere neglexerit. Bustum sane, quod  
Graci τύμον, vocat Cicero 11 de legibus. Plura no-  
taui in Horatium epod. xvii. Nec in sepulcris paupe-  
rum prudens anus Nouendiales dissipare pulueres.  
Quo loco vetus interpres, Pauperum, inquit: nam di-  
uitum sepulcra suis custodibus curae erant. additq,  
apud antiquos morem fuisse, ut defuncti corpus triduo  
seruaretur domi. vnde Virg. Sedibus hunc refer ante  
suis. post triduum vero, in rogū poneretur. vnde idem poë-  
ta: Tertia lux cælo gelidam dimouerat umbram:  
Marentes altum cinerem & confusa ruebant Ossa  
focis. iterumq, post triduum cinis in urnam mittere-  
tur, ac tumulo mandaretur. sunt autem Acronis.

NEQVANDO. Libri duo, ne quandoque.

A QVADAM LOCUSTA. Lib. viii. à quodā Locusta,  
ego utrumq, retecerim. libri veteres etiā Lucustā vocāt.

VENENARIORVM INDICE. Venenarij  
sunt qui venena miscent. ut apud Iulium Firmicum  
lib. xvi. cap. xix: Tertull. apologet. & libro de pudici-  
tia. Callistratus quoque libro xxviii de pœnis, Ve-  
nenarij, inquit, capite puniendi sunt: aut, si dignitatis  
respectu agi oportuerit, deportandi. Quod autē indicē

Vene-

venenariorum locustam vocat, id sic interpretor, ut illa, quondam sceleri obnoxia, alios indicando euaserit: mox autem Britannici nece etiam præmia consecuta est: & ob artis præstantiam, vt pulchre Tacitus, inter regni instrumenta diu habita (vt, quod mox sequitur,) etiam discipulos ei Nero dederit. Hinc Iuuenalis Sat. i, Instituitq; rudes melior Locusta propinquas per famam & populū nigros efferre maritos. Vide Tacit. lib. xii.

LEGEM IULIAM TIMEO. De beneficiis, C. Valerio Flacco M. Claud. Marcello coss. A. V. ccccxxii, primum quæsum est, & lex constituta. Liu. lib. viii. Secuta est Cornelia, à L. Sulla dictatore de beneficiis lata. Cic. pro Cluentio. inde Iulia, C. Julij Cæsaris dictatoris: quæ quod forte nihil amplius quam Cornelia statueret, factum est ut I. C<sup>t</sup>i recentiores Cornelias tantum meminerint. quanquam, ut verisimile est, Neronis tempore Iulia potius vocaretur.

TRANSLATITIO EXTVLIT FVNERE. Sic cause translatitiae sup. c. vii. Vsus eo Sueton. etiam Aug. c. x: ac sepe Cicero. libri vetustissimi ferè translatiū scribunt. Zonaras autem Britannici corpus, neluor ex veneno appareret, oblitum gypso elatum narrat: sed subita pluia eluto gypso, facinus omnium oculis detectum fuisse.

IMPVNITATEM. Mallem immunitatem, si libri permitteret.  
XXXIV. MILITVM ET GERMANORVM. An alias præter Germanos milites habuit?

LUXATA MACHINA. Lib. tres, laxata.

SOLENNIA QVINQVATRIVM. Quinqnatria & quinquatrus dicimus, unde quinquatribus apud Horat. & Jnuen. Quinquatrium hic, & quinquatris Aug. cap. lxxi.

L. AGE-

L. AGERINVM. *Libri ms. nostri Lagerinum.*  
Tacitus *Agerinum* vocat, sine praenomine. quod se-  
quor.

MATERNA SPECIE. Alterum umbrarum  
exemplum *Cal. cap. LIX*: alterum etiam *Oth. cap. VII*.  
Sed & Domitianus antequam interficeretur, Junium  
Rusticum, quem innocentem occiderat, gladio ad se ve-  
nientem in somnis vidit. *Xiphilinus*. Vide *Horat. epod.*  
*v*, Nocturnus occurram furor.

ELEVSINIIS SACRIS. *Aug. cap. XCIII*.

AMITÆ NECM. *Domitiae. cap. v*. Pro iun-  
xitque, iunxit liber opt.

POPPÆAM SABINAM. *Hæc T. Ollio patre XXXV.*  
genita, aui materni Poppæi Sabini nomen sumpfit: &  
a matrimonio Rufij Crispi, cui antè nupserat, Othonis  
opera ad Neronem peruenit. *Tac. xv*.

TAVRI BIS COSS. Vide *Fastorum concinna-*  
*tores, A. V. DCCXXVII. Inf. Oth. cap. x*.

ATTICVM VESTINVM. Vestilium, Vestiu-  
tum, & Vettitium vocant lib. ms. Tacitus Vestinum.  
nihil ergo mutabimus.

ANICETVM PÆDAG. SVVM INDICEM  
SVBIECERIT. *Dictio indicem abest à tribus ex-*  
*emplarib. & sanè abesse eam malim*. Tacitus Anice-  
tum hūc classi apud Misenum præfictum fuisse scribit,  
cuius opera Nero etiam in occidenda matre vsus sit.

ANTONIAM FILIAM CLAVDII. Melius  
ms. Claudi filiam, ex Petina nempe: nam Octavianum  
Claudio Messallina peperit: quam pater antequam  
Neroni traderet, ne sororem is suam ducere videretur,  
Claudij & ipse filius adoptiuus, in aliam familiam ad-  
optandam dedit. Zonaras & Xiphil. ex Dione.

SIMILITER INTEREMIT CETEROS. *Tres ms.* Similiter item ceteros. *Lego igitur, similiter ceteros.*

A PLAUTIVM IVVENEM Libri duo Plancium. unus Plancum. sed Plautium retineo: cuius fortassis pater fuerit *A.* Plautius, de quo *Claud.* c. xxiiii. *Beroaldus A.* Plancum legit, *Rubellium Plancum intelligens: quem Tacitus ubiq<sub>z</sub> Rubellium Plautum vocat: & quidem lib. xiii delatam apud Neronem scribit Agrippinam, quod hunc per maternum genus pari cum Neronе ab Augusto distantem gradu, ad res nouas extollere, ac coniugio eius rursus imperium inuidere destinasset. quod sane cum his quae à Suetonio narrantur, optimè conuenit.* Sed idem Tacitus lib. xiiii, quo loco exulantem iam in Asia Neronis eum iussu occisum tradit, nullam Neronis in eum stuprimentō facit: imo nec committi id potuit, cum Roma tunc esset Nero. Accedit quod mori iussus est Rubellius, eam ob causam quam capite sequente Sueton. narrat: quoniam viso comete scilicet, perinde ac iam depulso Nerone, plurimus de Rubellio, cui nobilitas per matrem ex gente Julia, sermo habebatur: que paulo ante etiam exili⁹ causa fuerat, si Tacito credimus. at qui ea omnia post mortem Agrippine contigerunt: qua adhuc viuente *A.* Plautius iste, ni fallor, periret. Interim obiter admonitum lectorem velim, *Rubellio illi, de quo toties Tacitus, non Plauti sed Planci; vel, quod magis credo, Blandi cognomen fuisse: sic enim exemplaria Iunenal. verustissima Sat. v. iii, tecum est mihi sermo Rubelli Blande, tumesalto Drusorum sanguine. si quidem huius pater P. Rubellius Blandus, Tiburto genus trahens, unus ex Tiberij progenieris fuit,*

fuit, ducta *Julia Drusilla* & *Linilla* filia: *Linilla* autem Germanici soror: atq<sup>z</sup>, adeò pari ab *Augusto* distabant gradu *Nero* & *Rubellius*.

EAT NVNC MATER MEA. *Lib.* *vnus*, eat nunc mater, sine mea. *Placet.*

PRIVIGNVM RVFINVM CRISPINVM.  
*Libri tres Rufum. recte, ni fallor. Tacitus tamē priorem Poppeae maritum, cuius hic filium, Rufum Crispinū vocat: etiam in emendatis à Lipsio exemplaribus.*

DVCATVS ET IMPERIA LVDERE. *Plut.* *Ca-  
tione*, narrans ut aliquando inter pueros lusserit, ludus, inquit, erat iudicia & accusations. *Spart.* *Senecto*, nullum inter pueros ludum nisi ad iudices exercuit. Sed & *Trebellius Gallieno*, neque aliter Remp. rege-  
ret, quām cūm pueri fingunt potestates. *His adde  
Sen. lib. in sapientem non cadere iniuriam, cap. xii.*

BALNEIS IN ADVENTVM SVVM. *Liber  
vetustiss. balineis.* Antè verò dictum est, Nero-  
nem profactionem *Alexandrinam* suscepitam mox de-  
seruisse, *cap. xix.*

SENECAM PRAECEPTOREM. *Vide Tacitum lib. xiiii Annal.*

BVRRO PRAEFECTO. *Praefectus pratorij fuit.  
τετραχός τῶν δορυφόρων. Xiphil.*

LIBERTOS DIVITES ET SENES. *Inter  
quos Pallantem & Doryphorum. Tac. xiiii.*

EX BABILO ASTROL. *Lib. ms. etiam Papi- xxxvi.  
lum & Babillum vocant.*

PISONIANA. *De hac coniuratione protixè Tac.  
lib. xv. Viniciana verò obscurior est.*

ATQ<sup>z</sup> E DETECTA. *Liber optimus, dete-  
ctaque.*

NONNVLLI ETIAM IMPVTARENT. *Hoc est, beneficium se illi prestare dicerent, si omnibus cooptum probris interficerent. frequens Quintiliano, atq; aliis eius sculi auctoribus, ea significatione verbum.* Juuen. Sat. v, Fructus amicitiae magnæ cibus. imputat hunc rex: Et quāuis rarum, tamen imputat.

CVM PÆDAGOGIS ET CAPSARIIS. *Hi fere erant nobilium puerorum comites. Capsarij capsulam cum libellis deferebant: Pædagogi veluti custodes adhibebantur.* Juuen. Sat. x, de puero ingенно, *Quem sequitur custos angustæ vernula caplæ, id est, seruulus capsarius: quem Suet. Claud. cap. xxxv, etiam librarium vocat. Sed & Ulpianus, in l. xiiii de manumiss. vindicta, capsarium interpretatur eum qui libros portat. alioqui & capsarum opificem, & eum etiam qui vestimenta in balncis seruanda recipit significat. l. vlt. de iure immunit. l. iii de off. prefecti vigilum: quod illa capsis includerentur.*

DIVR NVM VICTVM. Scribit Tacitus omnis generis, ordinis, sexus homines, dites ac pauperes, aduersus Neronem conspirasse. pauperiores igitur Nero fame mori coegerit, prohibendo victimum in diem querere.

XXXVII. CIVITATIB. AD STATIONEM. Stationes Roma multiplices erant. Nam & bibliopolarum, & tabernariorum, & ius docentium stationes legimus. Juuen. Sat. xi, omnis Conuictus, thermæ, stationes, omne theatrum De Rutilo. Sed hoc loco municipiorum stationes intelligo, quas in foro fuisse probant, Veter reg. urbis viii, & Plinius lib. xvi cap. xlivii: de quibus etiam alter Plinius lib. i ep. xiii, & lib. ii epist. ix. sic dicta, ni fallor, quod legati municipiorum illic versarentur. Adde, si libet, Paullum Ic. l. vii ex quib. caus. maior.

Cas-

CASSIO LONGINO IVRISCONS. AC  
LVMINIB. CAPTO. *Mallem abesse, ac. Vide Tacit. XVI.*

PÆTO THRASEÆ. *Huius etiam mentio Domit. cap. x. multa de eo Arrianus de Epicteti sermonib. lib. i. sed libet Taciti verba ascribere: Trucidatis tot insignibus viris, ad extremum Nero virtutem ipsam exscindere concipiuit, imperfecto Thrasea Pæto, & Barea Sorano. Meminit utriusq; etiam Iuuen. Sat. v, & Sat. IIII. Plin. epist. & alij.*

OSCVLO IMPERTIVIT. *Liber opt. imper-  
tij. Vide Tib. cap. XXXIIII.*

BENE RES VERTERET. *Bene ominandi for-  
mula. Cal. cap. xv. Virgilius absolute dixit, quod nec bene vertat. Tale vero & illud Virg. bonum sit, Nescio quid certè est. Persij item, Hoc bene sit.*

E' MOT' ΘΑΝΟΝΤΟΣ. *Seneca lib. II de cle-  
mentia, hunc inter voces execrabilis versum ponit, qui, vt inquit, se mortuo terram misceri ignibus iubet. Mox autem non male Turnebus quæ dicitur. Simile illud Varronis apud Nonium, cælum ruere, dummodo magistratum adipiscantur, exoptent. nec dissimili ratione permissionem terre dixit Sall. bello Ing. & per-  
miscere Graciam, Cicero.*

INCENDIT VRBEM. *De incendio hoc præcla-  
re Tacitus, & Xiphil. ex Dione.*

CUBICVLARES QVE EIVS. *Libri tres, cubi-  
cularios eius, que particula reiecta. atque ita omnino legendum est. vulgati cubiculares habent.*

VT BELLICIS MACHINIS. *Sic quidem ms.  
nostris: probabilior tamen vulgata lectio, vi bellicis machinis.*

E TURRI MÆCENATICA. Cur non Mæceniana? sic enim libri omnes, quos ega viderim. Horat. lib. III od. xix, Molem propinquā nubibus arduis.

AΛΩΣΙΝ Ι ΙΙΙ DECANTAVIT. Malè Orosius, tragicō habitu Iliadem decantabat, pro ἄλωσιν: quamquam Alosin Latinis characteribus scribi malim. An vero Nero ipse carmen illud scripsérit, vel alius quispiam, merito dubitatur. Troica certè Neronis citat Seruius, li. v. En. & Oresti Neronem comparans Iuuenalis, cum ait, in scena nunquam cantauit Orestes, Troica non scripsit.

PRAE DAE ET MANVBIARVM. Sic manubiarum vocabulo usus etiam Cal. cap. xli.

COLLATIONIBVSQVE. Recte. In opt. codic. Collationibus, sine copulatione.

XXXIX. IN RATIONEM LIBITINAE. Omnibus noturna est, in æde Libitinæ ea solere curari quæ ad funera pertincent. unde & libitinarij dicti, qui ea procurabant: quales designatores, pollinctores, præficiæ, vespillones, sandapilarij. Quæ de re plura in Horat. lib. II Sat. vi, Autumnusque grauis Libitinæ questus acerbae. Hoc loco tantum notabimus, non solum naſcentium nomina edi solere, ut diximus Tib. c. v, verum etiam morientium, in ratione Libitinæ.

CIVIVM SOCIORVMQVE. Puto legi debere, ciuium R. socior. sic enim ferè loquuntur auctores. ut cines Romanos, qui illic negotiabantur, intelligamus.

PROSCRIPTA AVT VULGATA. Liber unus prescripta ac vulgata. Ac partieula non difficit: sed proscripta retineo. Proscribere enim publice proponere est.

NEOΨΗΦΟΝ NEPΩΝ. Sic Turnebus, quasi homo

monu quodam suffragij genere matrem occiderit Nero,  
ob nauem illam solutilem, de qua cap. XXXIIII: verum  
illa nane non periret Agrippina, sed ferro: & alioqui  
istud mihi commentum non placet. Mallem reor ut possem,  
ob Poppea nuptias: quamquam, ut verum fatear, to-  
tus mihi versus iste suspectus est, ut insulsus & illepi-  
dus. que sequuntur vero disticha, singula suam senten-  
tiam absoluunt, plena venustate & elegantia.

NOSTER ERIT PÆAN. Pæan Apollinis  
epitheton est. & vel ἀπὸ τῆς ταῖς, id est, à feriendo; vel  
ἀπὸ τῆς ταῖς αὐλᾶς, quod molestum dolorem sedet.  
Verum Romani, si Macrobius credimus, id illi Deo  
nomen tanquam sospitali potius quam noxio accom-  
modabant: à feriendo vero, ac longe eiaculando, exatn-  
Cælestis, & exatn. sol. etiā dicitur. Perscireigitur au-  
ctor, quisquis ille fuit, huius epigrammatis Neroni ex-  
probrat, quod, dum Apollinis habitu, ut mitis & placi-  
dus, ipse citharam pulsat; Parthus quoque Apollinem  
agens, sed sagittis formidabilem, imperium lacebat.

VEIOS MIGRATE QVIRITES. Veios mi-  
grare iubet: ut olim, urbe à Gallis vastata, facturi fue-  
rant, nisi Camillus obstitisset. Lin. lib. v.

NAVPLI MALA. Nauplius, quod omnes norunt,  
Palamedis pater, multa mala & ipse pertulit; &, dum  
filij mortem ulciscitur, etiam aliis intulit: quæ tam  
bene cataruit Nero, quam sua bona male disposuit. No-  
tatus ergo a Cynico, & quod cantor, & quod nepos esset,  
nisi de animi bonis atq; indole, qua abutebatur Nero,  
loqui Suetonium credamus. quod verius est.

DATVS ATELL. HISTRIO. Datus, nomen  
proprium est histrionis: ut DATES, in veteri marmore.

ITA DEMONSTRAVERAT. Hoc est gesticulando

f + expressio-

expresserat verba illa, syriave tātēp: id enim histriōnum est; qui à multiplici imitatione etiam pantomimi appellantur. Hinc venustē Suet. cap. XLII, gesticulari carmina dixit.

EXITVM C. CLAVDII. Tres ms. exitum scilicet Claudij. Sup. Claud. c. XLIIII.

IN NOVISSIMA CLAVSULA. Duo vetusti codices clausa: quo verbo epodon intelligit.

ORCVS VOBIS DVCIT PEDES. Mortui per pedes efferebantur.

SENATVM GESTV NOTARET. Ob Nero-  
nis in Senatum odium. de quo antè, c. XXXVII.

XL.  
IVLIO VINDICE. Sic ms. omnes. male qui Iunio vel Vinio legunt. Alius enim hic C. Julius Vindex, de quo multa Xiphilinus: alius T. Vinius ille, de quo Tacitus lib. I. Histor. sic enim ibi scriben-  
dum, non Junius. vide Galb. cap. XI.

ΤΟ ΤΕΧΝΙΟΝ ΠΑΣΑ ΓΑΓΑ ΤΡΕΦΕΙ,  
Turnebus in suo cod. scriptum affirmat, τὸ τεχνον οὐας διαθέτει. quod sane & venustius est, & Neronem pro-  
prios contingit. nihil tamen mutatum velim.

SPO PON DER VNT. Melius ms. tres, spo-  
noderant tamen quidam destituto ord.

PISCES EAS SIBI RELAT. Ut Polycrati Sa-  
miorum tyranno. Herod. lib. III. Strabo lib. XI  
Plin. XXXVII cap. I. Val. Max. VI cap. IX. Cic.  
lib. III de finib.

DIE IPSO QVO MATREM OCC. Diem  
anniversarum intellige. ut cap. vlt. obiit die quo  
quondam Octauiam interemerat.

QVI DESCISSENT. Libri ms. desissent, de-  
scendissent, dedissent. quorum postremum non dis-  
plicet:

plicet: tanquam diceret in auctores redundaturum.

CONTVMELIOSIS ET FREQ. *Melius duo* <sup>XLI.</sup>  
vetusti cod. & contum. & freq. *Talia olim Bibuli in*  
*Cesare medicta.*

CITHAROEDVM MALVM. *Lib. opt. malum*  
citharœdum: &, ahenobarbum scribo.

DEPOSITO ADOPTIVO. *Quo Nero Clau-*  
*dius Drusus appellatus est. nummi veteres.*

INSCITIA TANTOPERE. *Lib. vetustiss. in-*  
scitia sibi tantopere: alter, tanto tempore, pro tan-  
topere.

CÆLVQM QVE ADORAVIT. *Quasi inde acce-*  
pto auspicio. *Virg. III Eneid. tendoque supinas*  
*Ad cælum cum voce manus.*

CORAM APPELLATO. *Libri duo adorato.*  
*adscriptum tamen in altero, alias appellato: quod*  
*omittere nolui quin monerem. Adorare enim pro pro-*  
*pitiare dixerunt veteres. Nonius.*

DEMVM EVOCAVIT. *Libri nonnulli, do-*  
mum euocauit. & ostenditque sing.

POSTQVAM ETIAM DEINDE. MS. post- <sup>XLI.</sup>  
quam deinde etiam.

RESIPVIT. *Tres cod. resipiuit. Cato dereruſt.*  
Maiores nostri sic habuere, & ita in legibus posuere.  
*Catull. prope Deliam Deposuit oliuam. & similia.*  
*De quib. Prisc. lib. IX.*

SVV M IMPERIVM. MS. tres, summum im-  
perium.

OMISIT VEL IMMINVIT. *Duo cod. omisit*  
vel minim. non male.

LASCIVEQVE MODVLATA. *Mallem la-*  
sciue modulata, sine que. *Gesticulari autem carmi-*  
f 5 nabi-

458 LÆVINI TORRENTI  
na histriorum est, ut antè monuimus.

XLIII. A SVA NATVRA. Lib. opt. à natura sua.

PERFICIENDI DESPERATIONE. Idem  
codex efficiendi. nec displicet.

NISI A COS. AC SVSCEPTIS FASCIBVS. CVM POST.  
Verba perperam distincta. Lego itaque, nisi à Consule.  
Ac susceptis fascibus, cùm post epulas tr. egred.

CANTATVRVM ERINICIA. ètruria quam-  
cumq; ob victoriam celebritatem significant. Nero,  
quod citharædum decuit, cantica pollicitus est.

XLIV. SECVRIBVS PELTISQ; AMAZONICIS.  
Sic securim Amazoniam vocat Horat. lib. IIII od.  
III. ubi plura annotauimus.

NVLLO IDONEO. Hoc est, qui R̄omanæ mili-  
tiae legibus honestè militare posset: à qua serui in primis  
arcebantur, histriones quoque, & capite censi. libet au-  
tem ascribere Varronis verba apud Nonium, M. Cu-  
rinus Consul in capitolio, cùm dilectum haberet,  
nec citatus in tribu ciuis respondisset, vendidit tene-  
brionem. Adde eiusdem auctoris apud Gellium lib.  
xi cap. i verba, quibus citato, neque respondenti,  
multa dici solebat.

NE DISPENSATORIBVS QVIDEM AVT AMANVEN-  
SIBVS. Quorum opera scilicet dominis vel maximè  
esset necessaria. Et de dispensatoribus quidem diximus  
Aug. cap. LXVII. Amanuenses vero idem qui à ma-  
nu. Alij vero sūsse videntur, quos ad manum vocabant.  
Cic. lib. III de Orat. Gracchus Licinium serum si-  
bi habuit ad manum. quamquam à ueste, & ad ve-  
stem, pro iisdem legimus.

NVMMV M ASPERVM. Duo exigebat Nero; nummi  
integritatem, & materia, unde constabat, præstantiam  
nole-

nolebatq; nisi in aspero & probo accipere: sic enim loquitur Seneca epist. xix ad Lucilium. Integritatem attacku ipso percipimus, si asper sit. sic enim Virg. Bina dabo argento celata atque aspera lignis Pocula. Iuuenal. quoq; Sat. xiiii, vasa aspera tergeat alter. & Pers. Sat. iiii, Quis modus argento? quid fas optare, quid asper Vtile nummus habet? Materiae vero prestantia colligitur argenti, si pustulatum sit: auri, si obryzum. Pustulatum vocamus argentum, siue pusu-  
 latum (nam & pustulas & pusulas, & pusulas quoq; di-  
 cimus) quod multiplici excoctione tubercula collegerit:  
 qualia nimirum vi ignis suscitatur: unde pusula ignis  
 facer. & pusulosa ouis apud Colum. quae eo morbo labo-  
 ret. Festus verbo Hette. Plin. lib. xxii cap. xxv. &  
 Mart. lib. vii epigr. lxxxv, Sed causam scio: nulla  
 venit a me Argenti tibi libra pustulati. Nec repugno  
 si quis postulatum scribere malit: magna enim littera-  
 rum o & v cognatio est: verum ne a postulando, quod  
 imperiti faciunt, derinetur. De auro obryzo maior du-  
 bitatio est. Hieronymus in Hieremiam quasi Ophiri-  
 sum dici vult, quale ex Ophir insula afferebatur. q; fid.  
 Etymolog. lib. xvi, ab eo quod obradiet splendore, ac  
 coloris sit optimi. Hermolaus vero tanquam o; v; or  
 quod parum sincerumq; sit. Ceterum libri ms. omnes hoc  
 loco non obryzum, sed aurum ad obrusum, vel ad ob-  
 rysam, & obrisam, & obtussam habent, quam lectio-  
 nem Turneb sequitur. ut Obrusa, seu obrussa si manis,  
 exploratio sit ac probatio auri & argenti. quo sensu Ci-  
 cero in Bruto dixerit, adhibenda tanqua obrusa ratio  
 est. Et memini equidē apud Sen. epi. xiiii, aduersitates  
 tanqua animi obrussam vocari: hoc tamē loco a recepta  
 lectione non recedo. sic enim Plin. li. xxxiii ca. iii, Auri  
 expe-

experimento ignis est, vt simili colore rubeat quo  
ignis: atq. ipsum obryzum vocant. *Hinc obryzati so-*  
*lidi, in constitutionib. principum. De vet. nomis. potest.*  
*l. vlt. & l. i de oblat. vot. Cod. Iustiniani lib. xii.*

**XLV.** *L V C T A N T I V M A C C R E V I T I N V I D I A*

*Sic primus, contra librorum omnium fidem, Sabellicus*  
*edidit; vt eorum qui cum annona luctantes laborarent,*  
*inuidiam intelligamus. Lib. verò ms. variant. nam &*  
*lucrantium, & lucratitia, & lucrantia scriptum rep-*  
*peri. nec video cur lucrantium cuiquam debeat displi-*  
*cere: vt populum, Neronis acerbitate irritatum, etiam*  
*eorum qui ex annona lucrarentur inuidia accenderit; qua*  
*nulla consuevit esse maior. Quare & flagellare eos an-*  
*nonam dixit Plin. nec odioso minus vocabulo 7c<sup>ui</sup> Dar-*  
*danarios vocant, l. vi de extraord. criminib. & l.*  
*xxxvii de pœnis. Magis tamen placet vt lucranti*  
*tum, vel quis manult, luctanti tum legatur, vt Ne-*  
*roni ipsi, seu annona caritatem vertenti in quæstum, seu*  
*assidue tunc luctanti inuidia acreuerit. de quo mox*  
*c. l. i. i. i. Accessit quod eadem tempestate ex Ægy-*pto, unde frumentum subuehi solebat, puluis ad gym-*  
*nasijs usum venerit: de quo sic Plin. xxxv c. x. i. i. : Non*  
*multum à puluere Puteolano distat arena è Nilo: te-*  
*nuiissima sui parte, non ad sustinenda maria fluctus*  
*que frangendos; sed ad debellanda corpora palæstræ*  
*studiis. inde certè Patrobio Neronis principis li-*  
*berto aduehebatur.**

*C I R R V S A P P O S I T V S E S T. Hanc lectionem*  
*Turneb. agnoscit: atq. ita suum habere codicē affirmat:*  
*vt sententia sit, nō debere eum in tanto discrimine cir-*  
*ratum aut cincinnatum incedere, ut citharœdi solebāt.*  
*Verum quid agoni cum curro? Scio quid de eius comis*

mox scribat Suetonius: quamquam id Turnebus non perpendit: sed cur quia agon sit comam radat? lego igitur ut in duobus ms. currus appositus est, cum inscriptio Græca, nunc demum agona esse: &, traheret tandem, hoc est verum, & quidem de vita, certamen agi. Hætenus Græcè, illud vero, traheret tandem, Latinè adscriptum arbitror: ut tractus scilicet male perseret. Tractum autem accipio, ut ante cap. xxii, trahere enim circense vocabulum est.

ASCOPIA DELIGATA. Libri nostri ms. ascopa, & escopa: unus etiam & scopa. Politianus, quem secuti sunt interpretes, primus ascopera substiuit. Turnebus ascoma legere manult: quod cum Grati neutrō genere proferant, Latini etiam feminino enuncient. Verum apud quos auctores id innenerit non exprimunt. Ascopera igitur retineo, pro marsupio: ut etiam Suidas exponit: & ipsa nominis ratio aliquid simile culleo esse ostendit. Alcoma certe, quod lorum remo appositum esse ait interpres Aristophanis; proposito nostro non conuenit. Dionis corruptor Xiphilinus μολλόν vocat, sic culleum interpretans. Græca voce usus est Suetonius. quia nimirum, ut paullo ante currus, sic culleus quoq; Græcum titulum prætulit.

EGO QVID POTVI. Sic quidem libri nostri omnes: mallem tamen, ego quod potui, nempe, feci vel præstiti: sed tu verè culleum meruisti. ut verba sint eius qui ascoperam apposuit, Nerone alloquentis.

GALLOS EVM CANTV. Lib. opt. Gallos & eum cantu excitasse. ut non solum in ambiguitate verbi Gallos dicti huius gratia consistat: sed quod eum etiam exitauerant, qui cantu suo theatraali excitare alios consueuerat.

VINDICEM POSCEBANT. Mallem scribi  
v minuscula vindicem: incertum enim priuati ne sce-  
leris vltorem, quales in comœdiis lorarij; an publica in-  
iuria defensorem C. Iulium poscerent cognomine vin-  
dicem.

IAM NOCTIBVS. Lego etiam noctibus. fa-  
cili coniectura. præcedit enim e vocalis.

**XLVI.** TVM VETERIB. TVM NOVIS. Libri duo, cum ve-  
teribus tum nouis. Nunquam. Quod verò nunquam  
somniare solitum ante occisam matrem scribit, de eo sic  
Tertull. lib. de anima, Sed & Neronem Suetonius, &c  
Thrasymedem Theopompus negant vnquam som-  
niaffe, nisi vix Neronē in vltimo exitu post pauores  
suos. Pauores autem, ni fallor, vocat umbrarum metus,  
de quibus antè cap. XXXIIII. De Thrasymede verò  
idem Plut. de defectu orac. Aliquid Plinius x cap.  
VII. ominum etiam pro omnium scribi debet.

AD POMPEII THEATRVM DEDICATARVM. Lo-  
eum hunc declarat Plin. li. vii ca. 111, cùm ait, Pom-  
peius Magnis in ornamentis theatri mirabiles fama  
posuit effigies, ob id diligētius magnorum artificum  
ingenii elaboratas. ab his igitur terrebatur Nero.

NOMINE EVM CIENS. Lib. opt. cientis. Virg.  
Hinc exaudiri voces & verba vocantis Visa viri. De  
Sichao enim Didonem coniugem appellante loquitur.  
Vide Vespaf. c. XXIIII.

CAL. IAN. EXORNATI LARES. Aug. c. XXXI.

VOTORVM NVNCVPATIONE. Eam votorum num-  
cupationem intelligo, que anni initio pro salute princi-  
pis fiebat. Nam & quod de Spori munere præcedit, ad  
inuentis anni strenas referto. De votis autem Caius IC<sup>us</sup>,  
l. CCXXXIIII. de verb. signif. Tacit. lib. IIII. Plin.  
epist.

epist.lib.x.Tertull.apolog.Sed & Spartianus Hadriano, de morte L. Aeli Cesaris, Periit, inquit, ipsis Cal. Ian. quare ab Hadriano votorum causa lugeri est vetitus. & Capitol. Pertinace, tertio Nonarum die, votis ipsis: ubi male in vulgatis codicib.notis ipsis, nullo sensu idoneo.

DIGNVM EXITVM FACTVROS. Lib.opt.exitium.

DECIDISSE. Mallem desisse, vt in cod. Lanienſi, pro desisse.

DVOS SCYPHOS. Calices, & quidem crystal- XLVII.  
linos, vocat Plin. xxxvii c.ii.

TRIBVNOS CENTVRIONES QVE PRAETORIIL. Sup. Cal.cap.XL, tribunos centurionesq; praetorianos vocat. atque ita hic scribi velim. huiusmodi enim dictiones non integræ prescribebantur.

QVANTA POSSET MAXIMA. Meliores lib. quanta maxima posset.

STATIONEM MILITVM. Excubitorum scilicet. Sup. cap. viii, ex Tacito.

SPICILLVM MIR MILLONEM. Tres li. ms. Spiculum. mallem Spicillum. sic enim cap. xxx.

OBTENSO SVDARIO. Tres lib. obtento.

EX PROXIMIS CASTRIS. Pratoriis, que no procul distabant à porta Viminali. Vide Tib. cap. xxxvii.

AD ADVERSVM VILLÆ PARIETEM. Libri tres, aduersus villæ parietem.

EODEM PHAONTE. Abesse mallem dictiōnēm eodem: vel cum scribi.

CONCEDERET. Liber unus se conderet: alter conderetur. non placet.

NERONIS DECOCTA. Plin. lib. xxxi cap. iii,  
Neronis

Neronis principis inuentum est decoquere aquam,  
vitroque demissam in niues refrigerare: ita voluptas  
frigoris contingit, sine vitiis niuis.

DE INDE DIVVLSA. *Lib. castigatiss.* dehinc  
diuolsa.

MODICELLA CULCITA. *Libri nostri*, mo-  
dica habent.

VETERE PALLIO STRATO INSTRU-  
CTVM. *Lego vet.* pallio instratum.

**XLIX.** QVALE ESSET ID GENVS POENÆ. *Libri*  
*veteres*, quale id genus esset poenæ. *Sup. Claud. cap.*  
*XXXIIII*, antiqui motis supplicium. *Pœna autem*  
*ad quam quærebatur Nero*, talis ab *Entropio* describi-  
*tur: ut nudus per publicum ductus*, furca capite eius  
*inserto*, *virgis usque ad mortem caderetur*, atque ita  
*precipitaretur de saxo*.

IΠΠΩΝ. *Huic persimilis Enni in Thyestesena-*  
*rius*, *relatus à Nonio*, *Sed sonitus aures meas pe-*  
*dum pulsu increpat*.

E PAPHRODITO A LIBELLIS. *Dom. cap.*  
**XI**IIII.

NON ALIVD RESPONDIT. *Libri duo non*  
*habent verbum respondit*.

PERMISIT HOC ICELV. *Rectè. vulgati*  
*promisit hoc Seius. Manuscripti quidem permisit:*  
*sed nomen liberti corruptum. Vide Galb. cap. XI*IIII.

**L.** ECLOGE ET ALEXANDRIA. *Lego Ale-*  
*xandra*.

IMPOSITVM COLLE HORTORVM. *Lib.*  
*MS. tres*, collo hortulorum. *lego colli hortulorum*,  
*nunc quoque Rome omnibus notissimo*.

IN EO MONUMENTO SOLIVM. *Monu-*  
*mentum*

mentum totum illud est quod mortui memoriam præse fert: solum vero quo reliqua conduntur, Regum præsertim principumq;: ut Cyri, & Alexandri apud Curtium. Plin.lib.xxxv cap. xi, generalius vñus est, cum sit, Quin & defunctos sese multi sicut libis solis condi maluerunt, sicut M. Varro, nisi dolis ibi scribendum existimemus: qua nonnullorum opinio est: sed repugnant exemplaria vetusta. Solum quoque hac significatione posuit Florus, lib. iiii, loquens de morte Cleopatra.

SUPERSTANTE LVNENSI ARA. Aram sepulcralem è marmore Lunensi, quod candidum est, intelligo: veterum consuetudine, ad quam respexit Virg. lib.v, Ex quo reliquias diuinique ossa parentis Condidimus terræ, mæstasque sacrauimus aras. Onid. quoq; lib.viiii Metam. Ante sepulcrales infelix astitit aras.

IN GRADVS FORMATAM. Flexus illos cincos, in gradus vocat, quale Othonis capillamentum in eius nammis cernimus: quamquam reticulo illud composuit. Quos autem gradus hic Suetonius, Seneca annulos, ni fallor, appellat lib. de breuitate vita cap. xii, & ingeniose Statius li. i, Siluarum celsæ procul aspice frontis honores Suggestumque comæ.

SYNTHESES IN DVTVS. Tres cod. Synthesinam, ut vestem subaudiamus, quod Turnebus quoque animaduertit, non placet tamen, Romani autem foris roga semper vtebantur: quam Saturnalibus tantum ponere, & synthesin sumere licebat. Mart. lib. xiiii epigr. i, & cxli. sed & domi quoq; sapius, & quidem maxime in coniuinis, synthesibus in duebantur. vt Zois ille apud Mart. lib.v epig. cxxi. verum non satis

honestum erat, viros principes sic induitos conspicere. Nero vero synthesi natus discinctusq; prodibat etiam in publicum, cum ne penula quidem usus Imperatori unquam permitteretur: ut notandum Aug. cap. XL. Synthesin vero effeminatorum ac mollium fuisse, etiam Tertull. lib. de pallio ostendit: uti & Dio, cum hunc Suetonij locum exprimens sic ait, χειρόν τι εὐθεδυκώς ἀνθρώπον, οὐ δύον περὶ τὸν αὐχένα εχων. Verum I.C<sup>a</sup> synthesin pro integra velut serie ac compositione quadam vestium accipiunt: uti & Mart. li. ii epig. xlvi.

LII. VT QVIDAM PVTANT. Inter quos Tacitus ipse, lib. XI. II.

IPSIUS CHIROGRAPHO SCRIPTIS.  
Mallem abesse scriptis. sic enim Aug. cap. LXXXVII, notauit & in chirographo eius. & cap. LXI. II, chirographum imitari.

LIII. NON TRANSLATOS. Mallem translaticios.  
EXIIT POST SCENICAS COR. OPINIO.  
Duo lib. exiit opinio post s.c. Mibi dictio opinio me-  
rito suspecta est, & amotam velim.

BRABEV TARVM MORE. Ephēvrai (qui &  
βραβεῖς) vocabantur, qui gymnicis certaminibus pre-  
erant: αγωράτοι qui scenicis, uti & αἴσθοται de qui-  
bus Pollux, Suidas, & alijs. adde l. II. II de his qui no-  
tantur infamia. Differentia tamen illa sapè confun-  
ditur.

AQVI PARARE AESTIMARETUR. Liber  
opt. & qui perate existimaretur.

BRACHIORVM NEXIBVS. Qualem vide-  
mus Herculem in Gracorum numismatibus, & C. Po-  
blicij denariis.

LIV. PARTA VICTORIA LUDIS. Parte victo-  
riæ

tiæ Turnebus. haud dubiè melius.

VTRICVLARIVM. Ascanlam dicere poterat,  
ut choraulam antè, & hydraulam. Mart. lib. x,  
epigr. III.

SALTATVRVM QVE VIRG. TVRNVM. Id  
est, gesticulatione imitaturum. Horat. lib. I Sat. v, Pa-  
storem saltaret vii Cyclopa rogabat. at idem de arte,  
agrestem Cyclopa mouetur.

INDVXIT. Lib. opt. indixit.

LVI.

APRILEM NERONEM. Ob detectam eomense  
coniurationem Pisonianam.

VRINA CONTAMINARET. Tale illud Iu- LVI.  
uen. Sat. vi, effigiemque Deæ longis syphonibus  
implent. & alibi, Cuius ad effigiem non tantum me-  
iere fas est. De dea vero Syria, sine Altergate sine  
Astarte, peculiari libello Lucianus.

AC VNCVLAM PVELLAREM. Liber unus  
acungulam. interpretes imagunculam. Tuicuncu-  
lam lege: & vide que notani Calig. cap. xxii.

XXX ET SECUNDO. Scribo ut in vetustis co- LVII.  
dicibus, tricesimo & sec.

VERNIS AESTIVISQVE FLORIBVS. Aug.  
cap. XVIII.

## IN GALBAM.



I. ED EVIDENTISSIMIS. Duo optimi cod. vel evidentissimis. mallem, sed vel evidentissimis duobus.

NVTRIRI ALITEM PANGI QVE  
RAMVLVM. Libri ms. omnes, nut. al. pangiram.  
EA VILLA AD GALLINAS. Plin. lib. xv  
cap. vlt. hac de re loquens, villam istam Tiberi impos-  
itam, iuxta nonum ab urbe lapidem, via Flaminia, no-  
bis describit. Cum igitur Veientanum id appelleret Sue-  
tonius; quo loco Veientes olim fuerint facile intelli-  
gimus. Seri autem ramulum ibi Plin. dixit, ut pangihic  
Suetonius. Festus quoque, pangere, inquit, figere est:  
unde plantae pangis dicuntur, cum in terram dimittun-  
tur: & versus pangis, id est figi in cera. Pulchra trans-  
latione Lucretius lib. 11, Quandoquidem vitæ de-  
pactus terminus altè.

ARBOREM AB IPSO INSTITVTAM. Sic  
instituere vinetum, Cic. in Rullum: substituere arbores  
in locum demortuarum, Ic<sup>u</sup>.

OMNIBVS STATVIS SIMVL. Libri duo,  
omnibus simul statuis.

A V G V-

AUGVSTI QVE SCEPTRVM. MS. omnes, Au-  
gusti etiam sceptrum. Verum dubitari possit, quare  
hic Caesarum adem vocet. ego sane adem Veneris geni-  
tricis fuisse arbitror. & Venere enim gens Julia per  
Æneam.

NOBILISSIMVS. Genus paternum à gente Sul-  
picio: maternum à Lutatia trahens. quod de se ipse, Pi-  
sonem iam adoptatus, narrat apud Tac. lib. 1. Hist.

AD PASIPHÄEN. Liber optimus Pasiphaam,  
veteri more. mirum vero, cum Pasiphäe Solis filia fe-  
ratur, non ad Solem potius maternum genus cum resul-  
tisse: quam ad feminam, tam fædo concubitu infame me.  
Quare suspicor hinc locum esse corruptum: scriben-  
dumq; paternam originem ad Minoëm ac Pasiphäen  
Minois uxorem referret, deleto maternam, infra  
ab aliquo qui materni quoq; generis mentionem facien-  
dam esse putabat. at qui illud antè ad Q. Catulum re-  
uterat Suetonius. Sic de alio quodam Galba Silius  
Italicus, lib. viii, Huic genus orditut Minos, inuic-  
saq. tauro Pasiphäe: de paterno enim genere loquitur.

COGNOMEN GALBÆ. Quatuor huius cognom-  
inis rationes adserit Sueton. quarum nec prima, nec  
secunda, admodum probabilis est. quanquam enim Gal-  
banū Dioscoridi ac Plinio pingue sit, & proinde ignem  
nutriat; quis tamen à Galbano Galbam deriuet? Gal-  
beum quoque Festus ornamenti quoddam genus vocari  
ait; quo remedia fortassis illa, de quibus hic Suet. inuol-  
uebantur: sed Galbam eum appellare qui galbeum ge-  
stet, propè ridiculum est. Præpingues vero à Gallis vo-  
cari galbas, hinc verisimile est, quod nunc etiam Belga  
(uti & Germani, atq; olim etiam Galli) vitulum vo-  
cant Calb: & eos qui obesi, ac minimè mali sunt,

**C**alber. Neo quarta illa Suetony causa displicet, ut  
sicut Cossos, sic Galbas ab animalculis seu insectis ap-  
pellemus: sed tamen prater Suetonium id nemo tradit.

Addam vero, Lactantium Placidum grammaticum,  
sive is Lutatius fuerit, non Calbeos, ut Festus: sed Galbas  
vocabre, armillas que interdum militibus dabantur. Est  
et color galbus sive galbeus, qui in Lexico Latinograeco  
χαρπης dicitur: quem et viridem, et flavidum, et palli-  
dam interpretari licet. Nam Chlorites lapis herbacei  
coloris est, si Plinio credimus lib. XXXVII cap. x. At  
Chlorion anis, ut idem auctor tradidit lib. x cap. xxix,  
rotundatus est: non minus tanzen anis, quam lapis a  
colore quem diximus nomen accepit. Iterum Plin. lib.  
xxx cap. xi, Anis, inquit, Icterus vocatur a colore (eo  
nempe morbo laborantium) quem puto, inquit, Latinè  
vocari galgulum, quo loco lib. ms. galbulum legunt,  
aut galbulam: ut eadem sit anis, de qua et Mart.  
lib. XIV epigr. LXVIII, quam et luridam alicubi  
Plin. appellat. Suidas vero chamadrium, ni fallor: un-  
de procerbium, Chamadrium imitans. Quem vero  
galbeum galbumque colorem diximus, etiam galbineum  
et galbinum vocari comperimus: ut cum Vegetius, in  
Veterinaria, florem eryngi ait esse galbini coloris;  
quem herbarum scriptores caruleum, sed subpallidum  
faciunt. Cumq; Lactantius grammaticus, Achates,  
inquit, lapis velut galbini coloris: in Achate humi-  
ne Siciliæ plurimus, ad gratiā pertinens, & veri con-  
secratus. Hinc igitur galbana, vestimenta quadam de-  
licatiora apud Iunen. Sat. 11, Cærulea induitus scutu-  
lata aut galbana rasa: unde galbanatus eis induitus, ac  
proinde effeminatus ac mollis, apud Martial. lib. IIII  
epigr. XL; qui simili translatione, lib. I epigr. LXVIII,

galba-

galbanos seu galbinos (variant enim codices) mores vocat prauos corruptosq;. Accedat nonissime Vopiscus Aureliano, Tetricus chlamyde cocea, tunica galbina, braccis Gallicis indutus.

ILLVSTR AVIT SER. GALBA. Historia hac refertur a Val. Max. lib. ix cap. vi. Oros. lib. IIII cap. XXI. Cic. in Bruto. Appianus vero, Lucullo fatum id tribuere videtur; sed aliorum potior opinio est; quibus accedit Quint. lib. II cap. XVI.

REPVLSAM CONSVLATVS. Meminit huius repulsa Q. Hirrius, extremo li. viii de bello Gallico: sic tame ut no p. Cesarē, sed per Cesaris inimicos, eā Galba passus sit.

PATER CONSVL. FVNCTVS. C. Sulpicius Ser. F. Ser. N. Cof. A. U. DCCLXXV.

QVAM BREVI CORPORE. Libri nonnulli, etiā impressi, quamquam brevi corpore. Verusti libri sapè sic scribunt, ut quam an quamquam sit no facile discernas.

LIVIAM OCCELLINAM. Ocella Romanorum satis notum omnibus cognomen est. Seruum enim Ocellam epistolis, tam familiaribus, quam ad Att. sapè Cicer. commemorat: de quo Caius, & ipse quadam ad Cicernem epistola, non iufacet, Seruius, inquit, Ocella nemini persuasisset se mæchum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. verūm quarum gentium cognomē fuerit, non sat scio. Non errauerit fortassis, qui Liniorum fuisse ex hoc Suetonij loco affirmet, in nō cap. seq.

OCELLARE COGNOMEN. Leggo Ocella &c. lib. IIII. cognomen, ut in edit. Germanica.

NAM LVCIVM MOX PRO SERVIO. Scribo, nam L. mox pro Ser. aut, Lucij mox pro Seruij. Mox autem pro peste, ut sapè alibi.

APPREHESA BVCVLA. Ut sit cùm pueror.

deosculamur. Vide Aug. cap. XCIIII, eiusque osculum delibatum.

**H A P A I E T Σ H.** Recte Turnebo auctore Pullmannus: non solum quia sic Dio lib. LVII, & Xiphil. Galba; verum etiam Josephus orig. Iudaicarum li. XVIII; sed & Tacitus ipsius verbis, & tu Galba quandoque degustabis imperium. Mirandum vero cum ceteri dicunt id Tiberio tribuant, solum Suetonium Augusto tribuere; & quidem non memoria lapsum, ut arbitror; (nam & Tiberij hic meminit) sed quod ita acciderit: ut vel ex temporum ratione colligimus. siquidem Galba anno etatis LXXIII demum ad Imperium peruenit; ab Augusti vero exitu ad huius Imperij initium, annis tantum sunt LIII, praeeritam igitur egressus erat Galba ante Tiberij principatum.

**C U M M VLA P E P E R E R I T.** Vide Plin. lib. VIII cap. XLIIII.

**I N P A R T E A D I V M C O N S E C R A T V M.**  
Ab hoc, ni fallor, tempore obseruatum, ut Fortuna aures semper in cubiculo principum poneretur, Capitol. vita Pi, & vita M. Aurelij. Spartanus Seuero. unde frequentissima illa numismatum inscriptio, vti & marmorum, FORT. AVG.

**Q V A N Q V A M A E T.** Libri M.S. Quanquam autem nondum aetate constanti.

**M A N E S A L V E R E.** Pulchrè Virg. Salve aeternum mihi maxime Palla, Aeternumque vale.

**V. S O L L I C I T A R I.** Non è usus est, pro induci ac persuaderi: sicut & Plin. lib. IIII ep. XI, circumspicias praecettores quos sollicitare possimus, sub ea tamen condicione ne cui fidem meam obstringam.

**Q V A E M A R I T V M A D H Y C N E G D V M C A E L I B E M**

LIBEM. Verba, necdum cælibem, uti ex glossatore  
asscripta, amouenda censeo.

INTER CONVENTVM. Mallem, vt in due-  
bus ms. in conuentu.

A MATERE LEPIDA. Sic vulgati, & nonnulli  
quaq; ms. codices: sed duo omnium fidelissimi, à matre  
Lepidæ & sic scribendum. Lepidæ enim, uxoris Galbae,  
matrem dicit. Quæ vero hæc Lepida fuerit, equidem  
ignoro. errant enim, qui L. Domitij & maioris Anto-  
niæ filiam, Neronis amitam, intelligunt: de qua Ne-  
rone cap. v. nam si Lepidam illam, vt ibi docuimus,  
Agrippina viuente adhuc Claudio sustulit; qua fronte  
mariti, qui eam tantopere dilexerat, nuptias affecta-  
uit? Quod si frontem habuisse Agrippinam quis ne-  
get, certè tempora repugnant. si enim Lepida paulò an-  
te Claudium periit, vt ibidem ostendimus; necesse est  
Agrippinam iam Augustam Galbae nuptias appetisse.  
quod falsum est. Accedit, quod ait Suetonius Galbam  
nullo gradu contigisse Cæsarum domum; hoc, opinor,  
non dicturus, ubi tam propinqua erat affinitas.

OBSERVAVIT ANTE OMNES. Liber opt.  
Obseruauit autem ante omnes Liuiam Aug. Liuia  
etiam cognatione iunctum fuisse eum Plutarchus scri-  
bit. Obseruantia vero huius evidens testimonium est,

quod Æmperator factus omnis gene-  
ris nummos cum DIVÆ AVG.  
(Liuiæ scilicet) imagine percussit.



NAM QVE QVINGENTIES.  
Locus haud dubie mendosiss. quem,  
nulla penè mutatione, ex vetustis  
codicibus sic restituo: nam cum  
quingenties præcipuum inter legatarios habuisset;

quia notata non perscripta erat summa, herede Tibero legatum ad quinquages reuocante, ne hoc quidem accepit. Supereft ut bac declaremus. Precipuum propriè vocant I.c<sup>ii</sup>, quod heredum alicui, prater hereditatis partem, peculiariter sibi capere permittitur. l. xxxv, & l. ult. de leg. 11. inde per praeceptionem dare, legare, relinquere. Præceptio quoq<sup>z</sup> certum legati genu. de quo Ulp. Inst. tit. xxiiii, & l. xc de legat. iii. Suetonius vero precipuum vocat, quod Galba, tametsi heres scriptus non esset, primo ac veluti summa inter legatarios loco relatum a Linia fuerat. Et hactenus quidem panè datus Galba. verum illud quingenties Tiberius heres, quia notata non perscripta erat summa, ad quinquages reduxit. Notæ enim, unde Notarij, non iam litteræ erant, quam signa litterarum: aut si litteræ, singularie tantum, sine coagmentis syllabarum. ut recte alicubi Gellius. Ideo Plutarchus Cicerone onus vocat: & Cicer. libro xv ad Att. dia onus or scripsit. que scribendi ratio à Tirone, Ciceronis liberto, ut volunt, inuenta, aucta deinde à Macenate & Seneca, quamvis ad celeriter quiduis excipiendum per commoda erat; quia tamen sape incerta, pro scribentis scilicet arbitrio, Justinianus in libris suis quicquam notis scribi vermit. l. 11 Cod. de veteri iure enucleando, sed & ante Justinianum, si que notis in testamento scripta erant, pro non scriptis habita fuisse videntur. Paulus J. c. l. vi de bonorum pass. & idem l. xl de test. militis, his verbis, L. Titius notario suo testamentum notis scribendum diceauit, & antequam litteris perscriberetur, vita defunctus est. Sic igitur Tiberius primum quingenties pro quinquages interpretari est; tandem vero legatum pro irrito ha-

buit, ut omne matris testamentum. Suetonius Tiberio cap. li. Tacitus initio libri v. De noris autem non male Isidorus, libro i cap. xxii. Vide Tit. cap. lli.

ELEPHANTOS FVNAMB. Ner. cap. ii. vi.

Plin. lib. viii, cap. iii. Notandumque, etiam florium curam ad pratorum spectasse.

IPSE L. DOMITIO. Scribo Cn. Domitio. Ner. cap. v.

GÆTULICO SVBSTITUTVS. Recte Pulmannus ex Turnebi lib. v cap. ii, & lib. v cap. ii, & lib. xxiiii cap. xl. cuius lectionis etiam vestigia in uno è vetustis nostris codicibus deprehendi: ceteri omnes corrupti sunt. Lentulum autem Getulicum ea tempestate Germania praefuisse, auctor Tac. lib. v. Sed & Dio cum aliis rebus illustrem, tum administrata per decennium Germania, occisum à Caio scribit, quod militum benevolentiam sibi comparasset. Meminit eiusdem etiam Sex. Aurelius, qui trochaicum hunc paulo aliter refert, Disce militare miles Galba est non Getulicus.

DATA TESSERA UT MANVS PAENVLIS CONT. Mirum sane pro tessera militari datam sententiam que ad mores pertineret. Vide Claud. cap. xlii. sic toga brachium continere, apud Cicernem pro Catio.

STATIM PER CASTRA. Molius ms. duo, statimque. & max contractas sine que.

CAMP. DECVRSIONEM SCYTO MOD. Nerone cap. vii, scutum prætulit.

IN COHOREM AMICORVM. Ner. cap. v, vii. dimissus è cohorte amicorum multa ad Horat. epist. ad Col-

AD ORDINANDAM PROVINCIAM. VI.  
de Cas. cap. XVIII.

MILITI QVI. Lib. ms. quod miror, Miletii qui,  
IV. VBL ADAQVARI. Lib. opt. ad aquare.

VIII. XV VIROS SODALESQUE TITIOS ITEM  
AVGVSTALES. Lib. duo, itemque August. xviii-  
ros autem sacris faciundis intelligo: sodales vero, qui  
eiusdem collegij sunt appellantur. unde sodalitia, quae  
Graci etiam vocant. Gaius I.c. l. vlt. de colleg. & corp.  
Et Titios quidem nuncupari scribit Varro, ab Titios  
auibus quas in auguriis certis observare solebant. alij  
tamen a prenomine Tatij Sabinorum regis dictos ma-  
lunt: unde & Tatiensis tribus, & curia Titia auctore  
Festo: ut idem sint, quos Tatios vocat Tacit. lib. I  
Annal. his verbis. Idem annis nouas ceremonias ac-  
cepit, addito Augustalium sacerdotio: ut quondam  
T. Tarius, retinendis Sabinorum sacris, sodales Ta-  
tios instituerat. Idem Tac. lib. I i historiarum, faces  
Augustales subdidere. quod sacerdotium, ut Ro-  
mulus Tatio regi; ita Cæsar Tiberius Iuliae genti sa-  
crauit. Augustalium meminit quoq; Suetonius Cland.  
c. v. i. & quemadmodum ab Augusto Augustales  
sicut alij ab alijs Imperatoribus nomina traxere. ut Fla-  
miani, Eliani, Antonini, Helviani.

AD NERONIS MED. PRINC. Lib. ms. ad  
medium Neronis principatum.

NB. AD GESTANDVM QVIDEM. Non  
dixit pro negotiorum quidem causa. Vide Cland.  
cap. XXXIIII. Domit. cap. xi.

XIV. VENIENTE PROXIMO. Puto scribendum est proximo.  
ut autem vicino aliquo loco ferendi causa vectus sit.

-103 ha-

NEC

NEC DEFVERVNT. Lib. vetustiss. defecerunt.

IN CANTABRIÆ LACVM. Quid si lucum  
legamus?VERSANTI PECVNIAS. Contreditanti & ex- ix.  
ploranti; quod officium nummularij est. Aug. cap. IIII.DE ALBATAM STATVI CRVCEM. Quo  
nemp̄ esset insignior. Similis illa Gauiana crux, vt eam  
vocat Lactantius Instit. diuin. lib. IIII cap. xviii,  
quam Verres Gauio, ciuem R. se esse clamanti, statuit.  
quod factum omnibus eloquentia sua viribus persequi-  
tur Cicero Verr. v. At Galba hic laudari videtur.  
male autem Beroaldus Gauianam crucem vocat.HYMANI GENERIS AS-  
SERTOREM. Eò opinor spectante  
percussi à Galba nummi argentei,  
qualem seruo, cum inscriptione  
SALVS GEN. HYMANI.SACERD. IOVIS CLVNIAE.  
Male qui Cluuiæ scribunt. Clu-  
nia enim, qua & Sulpicia dicta, op-  
pidum Hispania est. Plin. lib. III  
cap. III, & Plut. Galba. exstant &  
nummi arei, quibus historia huius  
memoria seruatur.

MANVMISSIONI VACA- x.

TVRVS. Magistratus P. R. non

quibusuis quo quis tempore negotiis vacabant: sed di-  
stincti erant sessionum dies. quod de Pratore non uno  
in loco docent nos Ic. præsertim Ulp. l. II quis ordo in  
bon. poss. seruetur. & de qua re tunc cognoscabant, ei rei  
sedere dicebantur. idem Ulp. l. II, § confestim, ad Sc.  
Tertullianum. eadem porro in provinciis ratio. Arg.  
ad eo

ad eò nonissimis conuentum diebus, manumissionibus  
dabat operam. quod à Theophilo Institutionum Justi-  
niani paraphrase annotatum memini. Quāquam au-  
tem etiam de plano, atq; in transitu manumittere lice-  
ret; tribunal tamen ascendit Galba, maiora præcipiens  
animo, ipsamq; liberaturus seruitute Rempubl. & sanè  
initio principatus omnis generis nummos cum effigie  
libertatis publicauit, addito elogio, LIBERTAS  
PVBlica.

NOBILI PVERO. Romanum fuisse existi-  
mo. Detecta enim coniuratione Pisoniana, damnato-  
rum liberi urbe pulsi, enectiq; veneno aut fame. Ner.  
cap. XXXVI.

MANENTE ANVLORVM AVREORVM  
VSU EVOCATI APPELL. Euocati propriè dice-  
bantur, qui, emeritis iam stipendiis rursus in mili-  
tiam vocati, honestiore loco habebantur. Suet. Aug.  
cap. x, Veteranos, simul in suum ac reipub. auxilium,  
quanta potuit largitione contraxit. Cicero epist. ad  
Appium, Antonium, præfectum euocatorum, mi-  
si ad te. Frequens eorum apud Cesarem, & in marmo-  
ribus antiquis mentio. Galba igitur, quos militum loco  
corporis sui custodie adhibuit, & hoc nomine decora-  
uit: & quamvis milites non nisi ferreis uterentur an-  
ulis, aureis eos uti permisit: quod solis licebat Tribunis  
in exercitu, ut in Libyco Appianus tradidit.

DERTOSÆ APPVLET. Opt. cod. Dertosam  
app. recte. cùm alij libri omnes mendosi sint. Hinc Dera-  
tusani apud Plin. lib. III cap. III.

NISI COHORTANTIB. Miralocutio, pñnd  
interemerunt nisi cohort. Mallem abesse nisi, & in si-  
ne cap. pro esset, scribi est: aut, relictis ceteris, unius  
tantum

tantum littere mutatione, pro interemerunt, interemerant reponi. Sed Suetonius suo more loqui permittamus, sic enim & Vitell. cap. vii.

NE OCCASIONEM OMITTERENT. Lib. duo, amitterent.

DEPEND. A CERVICIB. PVGIONE. Qua-xi.  
re pugionem prætulit? an forte, ut ius gladij, ac proinde summum sese imperium habere significaret. de qua gladij potestate, præter IC<sup>m</sup>, nonnulla Dio lib. llii, vbi de provinciarum distributione Augusti loquitur. Sic nimis & Vitellius, quo imperium se deponere ostendat, solutum à latere pugionem consuli porrigit. cap. xv. nec dissimile est, quod hastam armorum & imperij esse summam Festus tradidit. Alij pugionem fuisse volunt, quo Scævulus Neronem occidere proposuerat: Nero autem eum non vindici apud Capitolium sacraverat. de quo Tacitus extremo lib. xv. Verum nullum subesse hic mysterium Xiphilinus ostendit: cum derisum scribit, quod homo iam senex & imbecillus, manibus pedibusq; morbo distortis, gladium in itinere accingeret. De Nymphidio Sabino, Fonteio Capitone, Cludio Macro, Tacitus. Plut. Xiphilinus.

MVRORVM DESTRVCT. PVNISSET. XII.  
Muros ergo ignominia causa deiçere, pæne loco habitum. exempla apud Thucydidem li. i, & llii. apud Liuium lib. viii, cum ait, in Veltornos, quod toties rebellassent, graniter sauitum, ac muri deiecti. apud Herodianum lib. iii, de Byzantio. apud Apianum Ibericis, de Termiso Vacceorum.

CVM CLASSIARIOS. Sic nauales sine sociis, sine milites vocat. Tib. cap. LXII. Oth. cap. VIII. & Vespas. cap. VIII. Similis Taciti locus, lib. llii hist. E classi-

classicis Rauennatibus, legionariā militiam poscen-  
tibus, optimus quisque adsciti.

GERMANORVM COHOREM. Cal. cap.  
LVIII.

CN. DOLABELLAE. Cui, vti & Othoni, cùm  
utrique horum plures ambirent Imperium, Galba Pi-  
sonem prelulit.

IVXTA CVIVS HORTOS TENDEBAT.  
Tendere militare verbum, pro tabernacula habere.  
Virg. Hic Dolopum manus, hic seu us tendebat A-  
chilles. & lib. viii, celso que omnis de colle videri  
Iam poterat locus, & latīs tendebat in aruis. vt au-  
tem Suetonius Germanorum cohortis iuxta hortos Do-  
labellae, sic cohortis Illyricorum in porticu Vipsania ten-  
denter Plutarchus meminit, & ipse Tac.

BREVIARIVM RATIONVM. Sic breviarium  
Imperi, Aug. cap. vlt.

PARAPSIDEM. Meliores libri parapsidem.  
Graci ferè παρατίδα scribunt. Hesychius tamen utrum-  
que agnoscit, παρατίδες, ή παροτίδες, τὰ μεγάλα τρυπήσια.  
vtiatur etiam fūuen. Sat. III.

CANO CHORAVLAE. Elegans satis Apollo-  
nīcum hoc Cano Dialogus apud Philostratum, lib.  
v cap. vii. Meminit Mart. lib. lxxi ep. v, & lib. x  
epigr. iii.

DENARIOS QVINQUE. Plutar. aureos vocat.  
An ergo denarij etiam aurei fuere?

E PECVLIARIBVS LOCVLIS. Hoc Plut. ex-  
plicat, cum ait adiecisse Galbam, de suo non de publico  
se dare. sic peculiares serui, Cæf. cap. LXXVI.

ATELLANIS. Atellanos hoc loco Atellana-  
rum actores vocat. ergo exortis lego.

VENIT

VENIT IO SIMVS A VILLA. Libri omnes fœde corrupti. quare & ego Turnebū sequor, lib. v cap. II. Illud enim à villa Galba optimè conuenit, quod, ut antè dictum est, plurimum in secessu vixerat. Plebs verò, non verba solum histriorum sed & motus imitabatur, quod agere vocat hic Suet. Vide Tacitum lib. xvi, ubi Neronem in theatrum producit.

QVÆ SECVS FIERENT. Dictio secus in duob. lib. desideratur, fortè scriptum erat sequius: quod alij mutarunt, alij etiam omiserunt. XIV.

T. IVNIVS. Nomen hoc, etiam in Taciti exemplaribus corruptum, primus ex veteri marmore restituit Onufrius Paninius fastis, A. V. DCCCXXII, T. Vinium vocatum fuisse ostendens quod nomine Plutarchus integrum seruat, adde quod Tac. patrem ei ex familia pratoria fuisse scribit: at gens Junia omnes honores adepta est. Titum Vinium quendam sub triumviris seruatum vxoris opera, refert Dio lib. XLVII. exstat & Horati ad Vinium Assellam epistola: cuius nominis memoriam etiam nummi seruant.

EX ASSESSORE PRÆF. PRÆT. Adseffores sunt, qui à magistratibus præsidibusq; in consilium adibentur ab eo dicti, quod in iure reddudo eis adfiderent. l. I. & l. vlt. de offic. adseff. quare etiam consiliarij appellantur: & adseffura ipsorum functio, l penult. de proxenet. Quòd spectat quod de Tiberio refert Suetonius cap. XXXIII, eum sese magistratibus pro tribunali cognoscensibus sapienter obtulisse consiliarium, atque adsedisse. Porro ut hic Laco ex adseffore præfectus præfactus est: sic Paulus quoque & Ulpianus; cum autem Papiniano in consilio fuissent. auctor, vita Pescennij Nigris, Spartianus. Quos autem præfectos præ. Latini, Graci  
b  
fere

ferè tūs àvūns καὶ τῶν δορυφόρων καὶ τῆς εγνωμένης ἐπάρχεις  
vocant: ut hunc Laconem & Nymphidium Plutar-  
chus. Burrum quoque sub Nerone Dio, & Perennem  
sub Commodo Herodianus.

SOCORDIAQUE. Lib. opt. secordiaque, ut  
semper.

LIB. ICELVS. Variè huius liberti nomen scribi-  
tur. ego Icelum, aut Hicelum Marcianum vocatum  
fuisse credo: cuius diminutivum Icellus. meminit eius-  
dem Nerone, cap. XLIX.

SUMMÆ EQVESTRIS GRADVS CANDIDATVS.  
Placet Petri Fabri I.C<sup>u</sup> interpretatio, ut non de censu  
equestri, sed de præfectura prætorij locus hic intelliga-  
tur. præfecti enim prætorio, ab Augusti usque tempora-  
ribus, ex equestri tantum ordine sumebantur: in quo  
præfectura prætorij summus erat honorū gradus. ut sup.  
Claud. cap. XII. infra Tit. cap. VI. Icelus ergo, iam antea  
donatus anulis aureis, plus quam centū, ut puto, equites  
possidens non censum equestrē sed præfecturā ambiebat.

AD CERTVM PRÆFINITVM QVE TEM-  
PVS. Ob legem Papiam, ne diutius matrimonio absti-  
nerent, aut minus operam darent liberis.

SEXTAM DECVRIAM. Quintam Caius ad-  
iecerat.

CONCESSVM A CLAVDIO BENEFICIVM,  
Sup. Claud. cap. XXII.

XV. PER QVINQVAGINTA EQ. R. Tacitus  
tantum XXX ei exactiōne præpositos dicit, bis & vicies  
millies HS donationibus effudisse Neronom tradens.  
Sic enim legendum.

XYSTICI AVT SCENICI. Athleta atque  
histriones. Aug. cap. XLV.

COMITES ATQVE LIBERTOS. *Cæf. cap. I III.*

PRETIO ADDICI. Libri ms. adipisci. *Quod etiā Beroaldus fatetur ipse addici substituēs: sed male.*  
*Plaut. Trin. non ètate, sed ingenio adipiscitur sapiētia. huinsmodi enim verba cōmunia sunt: quanquā alia aliis altera significatione minus vfitata.* *Gell. xv. c. XIII.*

POENAS INNOCENTVM IMPVNITATEM. ms. pœ. innocentium, impunitates noxi.

SVPFLICIVM HALOTI ET TIGILLINI.  
*Haloti, qui, prægustator cūm esset, Claudio venenum dedit, mentio sup. Claud. cap. XLIII. De Osonio vero Tigellino sepe Tac. Juuenalis quoq; Sat. I. quamquam Tigillimum fere vocant cod. etiam ms. sed Tigillimum vocari debere, & quod à Tigellio derivatur ostendit, & quod Greci fere seruant. Ac Tigellini quidem delationes omnibus nota. de Haloto vero dubitari possit. libertum enim Neronis, qui qua pollebat gratia ad delationes plurimū abusus est, Helium vocat Xiphilinus: cuius etiam Suetonius meminit, Ner. cap. XXIII. & nō vno in loco Tac.*

VNIVERSIS ORDINIB. OFFENSIS. Sic XVI.  
*nostri M. omnes. malè, qui offensus legunt.*

PRÆPOSITI. *Ei scilicet negotio. quos inter vel precipiūs Nymphidius Sabinus, præfectus præt. cuius hec promissio Neronem primo, mox Galbam perdidit. sed & ipse antè periit. Tac. & Plut.*

NAVATÆ ADV. GALLOS ET VINDICEM OPERÆ. *Cūm, vt antè vidimus, C. Julius Vindex Gallos ad rebellionem cōcitasset; præfectus aduersus eū ex Germania, cui præerat, Virginius Rufus, Gallos suo exercitu cōpescuit: sublatoq; morte voluntaria Vindice, imperiū quod sibi parare potuit, Senatui redi voluit. histo-*

*riā refert Xiphilinus. adde Plin. lib. II ep. I, & li. vi ep. xix. Meminit huius Virginij etiā Iunenalis, Sat. viii.*

O B S E Q V I V M R V M P E R E A V S I C A L.  
I A N. Redē sic Pulmannus. pro adigitamen, addici  
habent meliores duo cod.

XVII. P I S O N E M F R V G I L I C I N I A N V M . De  
quo, & uxore Verania Plin. lib. II, ep. xx.

T E S T A M E N T O Q V E S E M P E R . Lib. vnius su-  
per: ut insuper fortassis legendum sit.

XVIII. R V P T O V I N C V L O . Triplex vna in re ostendit:  
quod fugit hostia, & quod effidum inuasit, &  
quod eum pro cuius salute immolata erat cruento asper-  
fit. Festus, Piacularia, inquit, vocabant, quæ sacrifici-  
cantibus tristia portendebant: cum aut hostia ab aris  
profugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliâ  
partem corporis quam oporteret decidisset. Plin. lib.  
viii cap. xlv, Notatum est vitulos, ad aras humeris  
hominis allatos, non ferre litare: sicut nec claudicante,  
nec aliena hostia deos placari, nec trahente se ab aris.  
Similiter Macrob. Saturn. lib. iii ca. xv. Seruius quo-  
que in illud Virg. Et ductus cornu stabit sacer hircus  
ad aras. & iterum lib. ix, staruam ante aras aurata frõ-  
te iuuencum. exempla hic, & Cæs cap. lix, Tito cap.  
x. Mirum vero, quod rupto vinculo fugisse victimam  
narrat Suet. cū Seruius solutas duci solere hostias scri-  
bat: quem scrupulum mouet quidem Beroaldus. sed non  
eximit. Ego crediderim hostias ferociores, ob pericu-  
lum, ne fugiendo sacra perturbarent, laxo quodam fu-  
ne vinciri solere: ut nihilominus tamquam libera duce-  
rentur. atque ita intelligo Junen. locum, è Sat. xii,  
Sed procul extentum petulans quatit hostia funem.  
Verum de his rituales illi Etruscorum libri, quos Festus

com-

commemorat, quosque de sacrificandi arte scriptos fuisse auctore est Linus lib. xxv. vide si libet Macrobius Saturn lib. iii c. v. & Plutarch. problem. lxxii.

SPICVLATOR. Per esse legendum, sup. Cal. cap. lii docuimus. & mox terræ tremor.

MAIORA ET TRISTIORA. Lib. opt. manifestiora & tristiora.

FORTVNAM SVAM TVSCVLANAM.  
Quam Tusculi consacraverat. Sup. cap. llll.

AD EXPIANDVM SOMNIVM. Tib. lib. iii eleg. llll, At, natum in curas, hominum genus omina noctis Farre pio placant, & saliente sale.

TEPIDAM IN ARA FAVILLAM. Omnia infusa atque inominata. fulgere aram oportebat: vi-  
num sympollo; tus acerra, non catino aut calice, qua va-  
sa escaria ac potoria sunt, administrari: nec à sene, & eo  
quidem atrato: sed à puero ingenuo, ac bene culto; quales  
qui Camilli appellabantur. Accedit materie calicis &  
catini vilitas, in Imperatoris maximè sacrificio: cum hi  
quoque, qui argentum ad alios vissus omnes aspernaren-  
tur, patellam saltem Deorum causa haberent argenteam.  
Deture autem & mero, quibus supplicare sunt soliti  
etiam ante quam hostie immolarentur, Aug. cap.  
xxxv.

CASTRENSEM SELLAM. Non solum in ca-  
stris, atque in curia, peculiaris erat imperatori sella; sed  
& in cubiculo, & triclinio, & theatro, qua alium sedere  
nefas esset. Spart. Hadriano, Tunc Seruianum quasi  
affectatorem imperij, quod in sedili regio iuxta lectum  
posito sedisset. Idem Seuero, Sedit & in sella impera-  
toria, temere a ministro posita, ignarus quod non li-

ceret. loquuntur autē de cōmūio. Herod. lib. I, de Lucilla sorore Commodi, sella imperatoria sessilare in theatro, & ignem de more præferre patiebatur. sic enim vertit Politianus.

- XIX. ARVSEEX. Umbricium vocant Tac. & Plutarchus: de quo nō fallor Junien. Sat. 111. Eundem, ut aruspīcū suo aeo peritissimū, celebrat Plin. lib. x, cap. vi.

LORICAM TAMEN INDVIT LINTEAM. Thorace appellat Tac. & Plut. erāt olim igitur etiā linei thoraces, quas loricas vocat Suet. qua de re sic Cornelius Nepos, sine is Āmilius Probus fuit, vita Iphicratis, mutauit genus loriarū, &, pro ferreis atque æneis, lineas dedit: quo facto expeditiores milites reddidit. Apud Homerū quoq; li. II Iliad. Ajax Oileus ἄνωθεν est: at Telamonius, apud Sophoclē, οὐκούσωθεν. Lineos etiam thoraces cōmemorat Pausanias in Atticis: nō tamen tā ad prælia, quā venationes aptos: cōfringi enim in his leonī ac pardorū dētes scribit. De thorace deniq; lineo, quo Amasis rex Āgypti usus sit, Plin. lib. xix cap. 11.

DISSIPARANT. Lib. unus disperserant. Sed dissiparerum morem, famam, sermonem, non sēmel etiam apud Cic. inuenias.

PER PVBLICVM. Sic Ner. cap. ix, per publicum vectus est, Oth. cap. vii, raptus de publico. & Tit. cap. vii, spectari in publico. Malè igitur qui per populum legunt.

DIMOTA PAGANORVM TVRBA. Pagani militibus opponuntur, Aug. cap. xxvii.

- XX. PROCLAMASSE EVM. Meliores codices non habent eum.

ET VT HOC AGERENT AC FERIRENT. Lib. unus, & hoc agerent. Non diffculter autem mihi quis

quis persuadeat, duas illas dictiones, ac ferirent, non esse Suetonij. Nam hoc age dicebant Romani, cum rei quam quis ageret intentum esse iubebat. ut antea dixi Cal. cap. LVIII. Plutar. sane rem sic narrat, ut nemo dubitet quin legendum sit ut ego censeo. Tac. tamen cum Suet. conuenit.

EXCEPTA GERMANICIORVM VEXILATIONE. Sic duo è nostris ms. alijs Germanicorum, aut Germanorum: quod sane malim. Germani enim fuere, & Germanicos vocat Tacitus. at Germaniciani propriè vocati videntur, qui in Germania undecimq; adsciti militabant. ut Germaniciani exercitus, Tib. ca. xxv. Oth. cap. viii. Vespas. cap. vi. Beroaldus nescio quos equites nobis somniant. Turnebus Germanos illos fuisse vult, de quibus antea cap. XII: dimisso quidem illos, sed adhuc tamen, ob non soluta forte stipendia aut militiae commoda, apud vexillum manentes. Atqui Sueton. sine ullis commodis in patriam remissos tradit. & Tacitus, quem legisse oportet cum qui Suetonium interpretari velit, Germanica fuisse vexilla ait nempe eorum quos Nero Alexandriam præmisserat: atque inde reversos longa navigatione agros, impensiore cura Galba in atrio libertatis resouebat. Porro cù plura fuisse vexilla cōmemoret Tacitus, vexillationis vocabulū pro cōplexione quadā pluriū vexillorū hic accipio: quāquā Veterius ad equitū alas vocabulū illud referat, lib. II c. I.

PRAE CALVITIO. Plures libri caluitie. Malle caluitio, ut Cie. vititur.

GALBA CUPIDO. Sic Turnebus quidē: ut Galba, qui tam grandi etate formosus videri adhuc voluit, per iocum Cupido vocetur. Sed lib. ms. omnes, quos ego viderim, dissentunt, & Cupidē legunt.

PATROBII NERONIANI LIBERTVS.  
*Placet hæc lectio plures tamen libri, Patrobij Nero-*  
*nis libertus, aut Neronanus. Patrobiū, vñā cum ple-*  
*rīsg<sub>3</sub> aliis Neronis emissariis, excepto Haloto et Tigel-*  
*lino, Galba occiderat: Eum Neronianum vocat Suet.*  
*quod Neronis libertus fuisset, vt Demetrium Pompei-*  
*ianum Seneca, de tranquil. vita cap. viii. Vide Plu-*  
*tarchum: qui in eo tamen à Suetonio discrepat, quod*  
*Patrobij seruis caput donatiū dicit; hic liberto venditū.*

AVRELIAE VIÆ. Mallem Aurelia via pro de-  
dit autem, tradidit habet opt. cod. Notandum verò  
quod locum, ubi in Patrobiū animaduersum fuisse  
scribit Suetonius, Sestertium vocari Plutarchus ait:  
quo nempe eorum qui Cæsarum iussu suppicio affecti  
fuerant, capita abiciebantur. Hinc ergo Posidonij (si-  
ne is Paulus Diaconus, sine aliis fuerit) de vita Cy-  
priani, locum intelligimus. Cum venisset, inquit, in  
eum locum qui dicitur sextus, quarto ab urbe milia-  
rio expoliauit se birro, & tradidit carnificibus: dal-  
matica verò tradidit Diaconis, & stetit in linteis ex-  
pectans speculatorum. pro sextus, legendum sester-  
tius, ex Plutarcho, quod alij quoque monuerunt.

XXI. STATURA IVSTA FVIT CAP. CALVO.

*Lib. opt. statuta fuit iusta, capite præcaluo.*

XXII. VSQVE ADEO ABUNDANTEM. *Lib. unus*  
*abundanti, alter abundans. & vsque eo.*

SPARGIQUE AD PEDES STANTIB.

*Spargi pro diuidi dixit. Ad pedes verò stabant viliores*  
*in conuicio ministri. Cal. c. xxvi, astantib[us]que re-*  
*liqui interdū distribuebatur. Seneca epist. cxxxviii,*  
*Marcellinum admonuit non esse inhumanum: quē-*  
*admodum, cōna peracta, reliquiæ circumstantibus*  
*dini-*

diuiduntur; sic, peracta vita, aliquid porrigi his qui totius vitae ministri fuissent.

LIBIDINIS IN MARES PRONIOR. *Malleum libidini. Ner. cap. xl. cui spei pronior. & sup. cap. xii, Cn. Dolabellæ proniorem.*

IN HISPANIA ICELVUM. *Rectè Pulm. non, C. Icelum. Plutarchus mendoza est.*

TERTIO ET SEPTVAGESIMO. *Zonaras, XXI non malus auctor, obiit, inquit, natus annos LXXII, dies XXIII; imperij mense IX, die XIII.*

ROSTRATÆ COLUMNAE.

Talem in veteribus Augusti nummis cernimus, nec nō Titi Cesaris, quos Augusto restituit. male igitur qui striatae, pro rostratae, hic legunt.

## IN OTHONEM.



**M**OTU CAMILLI. *Recte. non, metu I. Cam. vt in nonnullis ms. Vide Claud. o. XIII.*

ANTE PRINCIPIA SE CORAM.  
Virumque supplicij severitatem auxit, &  
h 5 locus,

locus, & ducis præsentia. cùm non extra vallum, ut māris erat, neg<sup>o</sup>, per centurionem; sed, veluti in ipsa castro-rum fronte, omniūque conspectu, se coram illos capite plecti insserit. Extra vallum vero plectendos duci sole-re, & centurionem suppicio præfici, docet nos Seneca locu-s lib. i de ira: cùm de militis suppicio loquens, Dam-natus, inquit, extra vallū deductus est, & iam c<sup>r</sup>ruicē porrigebat. & paulo post, Tunc centurio, suppicio præpositus, condere gladium speculatorēm iubet. Principia quoque ἀρχεῖα vertit Plutarchus Othonē, ubi & aquilæ legionum, & signa cohortium, magna Ro-manis religione culta, seruabantur. vsus eo vocabulo etiā C. Gracchus, apud Gell. cap. xii lib. xv, in coniunctio liberi vestri modestius erant quām apud principia: sic enim in veteris duobus cod. legi, cùm vulgo principem legatur. At verò Terent. Eunicho, cùm ait, ego mihi cauebo post principia, non castrorum locum, sed eorū qui post hastatos erant, ac principes vocabantur, ordi-nem intelligo: uti & apud Nonium, cū scribit Sisenna, post principia paulatim recedunt, atque inde cum paucis fugae se mandant.

E QVITIS R. Alterum illorum duorum signifi-cat, de quibus Claud. c. xiiii.

ALLECTVM INTER PATRICIOS. Cūm gens Salvia ante plebeia tantum fuisset; nec quidē Ro-mana, sed ex oppido Ferentino translata.

HÆC QVOQVE ADIECIT. Li. duo, hoc quoq; adiecit.

ALBIA TERENTIA SPLENDIDISS. FEM. Lib. opt. splendida.

MARCVM COGNOMINE. Sic editio Gallica, & ms duo: Germanica verò, et alijs veteres libri, cognominem sibi. quam Nlectionē sequor. Orbonis enim Prin-cipis

cipis patrem, qui Galba in cōsulatu successit, Othonem & ipsum cognominatum fuisse, auctor est Suet. Galba, cap. vi. Cognomines itaq; fuere, pater, & Marcus minor filius: maior vero Lucius, Titiani cognomen tulit: cuius filius Salnius Cocceianus, à Domitiano occisus est. Domit. cap x. vide Vitell. c. ii.

## CAMILLO ARRVENTIO DOMITIO AENO-II.

BARBO. Scribe Ahenobarbo. De Arruntij nomine dubito. nā qui fastos nobis concinnarunt, hoc anno, qui fuit DCCXXCV ab U. C. Cn. Domitiū Ahenobarbum, Neronis principis patrem, & M. Furium Camillum Scribonianum Coss. faciunt: qui an etiam Arruntij nomen tulerit, nescio. Lector cogite.

FLAGRIS GBI VRGARETVR. Sic ferulis obiurgari, Cal. cap. xx: vbi plura nota nimis. Adde Festum, cum ait, post turpe factum obiurgatio est, monitio ante factum. quamquam admonere, pro coercere & castigare, interdum accipitur.

IN SVBLIME IACTARE. Idē Nero factitabat, cap. xxvi. Itali & Galli non ineleganter, à vanno, vannare vocat. Martial. Ibis ab excusso missus in astra sago.

QVO EFFICACIVS COLERET. Id est, maiore fructu ac cōmodo ei obsequeretur. noti Iuue. versus, optima summi Hunc via processus, vetulæ vesica beatæ. Colere igitur dixit Suet. quod ancillari in Salust. Cicero, si modo Ciceronis, & non potius declamatoris alicuius ea oratio est. Graci quoque de exēstē.

DIE QVEM NERO NEC. MAT. Lib. opt. quem necandæ matri Nero.

POP PÆAM SABINAM. Aliquid Ner. cap. xxxv. sed prolixè historiam narrat Tac. lib. xiiii annal. quamquam non nihil à Suetonio discrepat. Plutar-

*Plutarchus, Othone, idē sentire videtur quod Sueton.*

NEC CORRIPVISSE CONTENTVS. Sic editio Gallica, Germanica, & cōplures ms. corripisse. quod sāne magis placet. opt. cod. neutrū habet. vt sensus sit, Othonem non contentum eo, quod sibi creditam à Nerone coniugij specie recepisset; adeò eam dilexiſſe, ut ne Casarem quidem, à quo tradita erat, rinalem ferret. Si corripuisse retineas, pro arripuisse exponere necesse est: si corripisse, pro alienasse à Nerone: vt corrumpere alterius seruum dicimus, & actionem de seruo corrupto in pandectis legimus. nemo enim uxoris sua mæchus est, vt mox sequitur.

MISSOS AD ARCESSENDAM. MS. nostri ad arcessendum.

DIDVCTO MATRIMONIO. Duo cod. deducto. male. Diducere enim, & contrahere, opposita sunt. Horat. lib. III od. IX, diductosque iugo cogit aheneo.

VXORIS MOECHVS. Mæchum uxoris vocat, quod sibi nuptam antea, nec repudiatam, sed abductam à Nerone, sollicitanerat: quod nō ferens Nero, prænincie obtenu exilium detulit.

ET EX CONDIT. TEMP. Melius ms. duo, magnam quidem ex cond. temp.

SELEVCI MATHEMATICI. Tacitus & Plutarchus Ptolemaum vocant. nec male Beroaldus utroque nomine vocatum fuisse coniicit.

TVCN VLTRO INOPINATVS. Dictio, vltro, non est in opt. cod.

AVREOS EXC. COH. Idem Plutarchus. Tacitus centenos numeris dicit. Dio lib. LV, et alicubi Zonaras, aureum XXV drachmis hoc est totidem denariis aesti-

estimant: quæ ratio sane etiam cum pondere eius temporis aureorum optimè conuenit, si argenti ad aurum proportio obseruetur. sub recentioribus vero Imperatoribus, aurei estimatio longè maior fuit: pondus autem minus. quod in Iuris studiosorum gratiam annotatum volui. Terni aurei. stipendum militis menstruum fure. De quo Domit. cap. vii.

TOTVM AGRVM. Hac de re sic Tacitus: adeò animosus corruptor, ut Cocceio Proculo speculatori, de parte finium cum vicino ambigenti, vniuersum vicini agrum, sua pecunia emptum, dono dederit. Emancipare dixit Suet. quod Tacitus dono dare. Emancipare igitur quoniam modo alienare, & in alium transferre dominium rei alicuius, significat: quamvis imaginaria fortassis venditione Otto agrum militi numero addixit: quod specie quidem vendere, reipsa donare est. Qua de re Cæs. cap. l. apertius tamen loqueretur Suetonius, si diceret, redemit, ei que mancipauit.

SUCCESSIONIS IMP. DIGNVM. Ita quidem loqui potuit Suet. duo tamen veteristi cod. legunt, successione.

DISPENSATIONE. Sic dispensatoris officium v. vocat. Ingens autem peculium eum Cæsar's seruum habuisse necesse est, qui decies hs pro officio illo penderet; præsertim sub tam auaro principe Argij dispensatoris Galba' mentio, cap. xx: & alterius; quem ordinariū vocat Tranquillus noster cap. xii: ad differentiā nempe eorum qui extraordinarias dispensationes adipiscerantur: qualis dispensator A meniaci belli Neronis seruus; qui libertariē centies vices hs redemit (sic enim lego apud Plinium, lib. vii cap. xxxix) & Drusillanus Claudij dispensator Hispania, qui lancem illam quinqua-

quingenariam possedit: de qua item Plinius lib. xxxiii  
cap. xi. Talem aliquam dispensationem hoc loco intel-  
ligo. Vide Aug. cap. LXVII.

QVINQUE SPECULATORIBVS. Sic scribē-  
dum esse docuimus Cal. cap. LII. accedat nunc Plutar-  
chi auctoritas. Is enim de hac conſpiratione loquens, ſic  
ait, ἐν δὲ τέτοιοις ὀνειρεῖσθαι, ηὐλέγειν δὲ πόπων, δὲ  
τελερέεισθαι. & quia Romana posuit vocabula Optio  
& Tesserarius, addit ſic vocari eos qui nunciorum  
ſpeculatorumq[ue] ministerio funguntur, ταῦτα γέλων ηὐ-  
διοτηρών ὑπηρέτας τελοῦτας. Porro quoniam hic lo-  
cusex Tacito deſumptus eſt, etiam hunc audiamus; &  
quidem ex editione Lipsij: vulgata enim mendofimma  
eſt. Sed tum ē libertis Onomastum futuro ſceleri  
præfecit: à quo Barbiū Proculum tesserarium ſpe-  
culatorum, & Veturium optionem eorundē, perdu-  
ctos. vt inter ſpeculatores Barbius tesserarij, Veturius  
optionis officio functus sit. Et Plutarchus quidē Taciti  
verba non recte expendit; qui, cum tesserarij & optionis  
nomina poneret, ſpeculatoris omiferit: existimans for-  
taffis eos dē eſſe tesserarios qui & ſpeculatores. quod ali-  
ter ſe habet. Attamen cū ea ipſa verba exponēs. ſpecula-  
torū tantūmodo munus attingat (de quo antē diſerui-  
mus) no etiā tesserarij, locū Taciti paulo aliter legendū  
censo: et quidē retēta pene vulgata lectione, hoc modo:  
Barbium Proculum tesserarium ſpeculatorē, & Ve-  
turium optionem, eodē perductos, vt ambo ſcilicet ex  
cohorte ſpeculatorum fuerint: ille vero etiam Tessa-  
rarius; hoc eſt, qui tesseram, à Tribuno vel ceturione datā,  
quibus opus eſſet vltterius nūciaret: hic Optio. Notum  
autē ex Varrone, Festo, Vegetio, Optiones vocari ſoli-  
tos, qui, tanquam adminiftri, gradum aliquē militie  
tenen-

tenentibus dabantur, ut vicariam præstaret operam. Et fortassis hic ipse Vettius, Barbij Proculi, speculatoris tesserarij, optio erat. sic enim Vlp. l. vi de bonis dñatorum, neq; speculatores ea vltro sibi vindicent, neque optiones ea desideret: optiones enim speculatorū vicarios interpretor. neque aliud est tesserarius optio in antiquis marmoribus, quam qui tesserarij vicē gerit. Dissentit autē in eo Suetonius à Tacito et Plutarcho, quod hi duobus tantū initio rem cōmissam tradūt: ille quinq;<sup>z</sup>. Verūm, ut credo, Onomastus Othonis libertus primū duos: hi, tres alios: simulq; numero quinque, mox alios decem compararunt. Et eleganter sānē Tacitus, suscepere, inquit, duo manipulares Imperium p. r. transferendum, & transstulerunt. quo loco notandum, quib; quos paulo antē speculatorē tesserarium & optionem appellauerat, mox manipulares vocat. gradum ergo militia tesserarius nō mutat; minus optio: speculatorē autem militum numero habentur.

T U L E R A T . Liō. vnuſ, erat animus.

VI.

E I V S D E M S T A T I O N E . Stationem vicem vocat, qua cohors illa inter alias tunc iterū excubiis adorat. alioqui statio, ipsos milites certo loco positos, significat. ut statio Germanorum, Ner. cap. xxxiiii. statio Nicomediensis, apud Plin. epist. lib. x. sed & Modest. f. C. l. iii de re militari, Qui stationis munus relinquit, plusquam emansor est. Hoc est, qui suo die stationi nō adest. Hinc stationarij milites, l. i. & l. paull. de fugit. Sed & superstationarios legimus: quibus, vt arbitror, maior incumbebat publica sollicitudinis cura: idem fortasse qui & Irenarchæ. stationes enim militum in prouinciis, quietis ac pacis publica curam gerebant, facinorososque indici sistebant:

vnde

vnde etiam curiosi interdum vocantur. qua de re inter  
alios sic Tertull. *apolog.* Latronibus inuestigandis per  
vniuerlas prouincias militaris statio sortitur. Verum  
de hac re plura Iurisconsulti. Adde Suetonium Tiberio  
cap. XXXVII, & Aug. cap. XXXII.

RELIGIO ET SELEVVS. Religionem su-  
perstitionem vocat. de qua Ner. cap. VIII.

MILIARIVM AVREVUM. Id columnna erat, in  
capite fori Romani: à qua omnes viæ Italiae incipiebant,  
atque in eandem definebant. Plut. Galba. Plin. lib. III  
cap. v. Ibidem ergo Saturni ades.

OSCVLO EXCEPTVS. Tib. cap. XXXIIII.

AD CONSTITUTVM. Sic veteres loqueban-  
tur, subandiendo, locum vel diem, de quo conuenerat. Varro lib. II de re rust. cap. v, cùm aliuseum salutas-  
set, alius conuiciatus esset, qui tam sero venisset ad  
constitutum. Cic. ad Marium lib. VII, Si quod ha-  
bes constitutum cum podagra, fac in alium diem  
differas.

LECTICARIIS. Vide Cal. ca. LVIII. Rem pau-  
lo aliter narrat Tacitus.

OMISSA MORA. Libri duo amissa mora.  
Ego to tum illud, omissa, seu, amissa mora, libenter  
expunxerim.

SUCCOLLATVS. Sic de Claudio cap. x: quia  
serui diffugerant, vicissim succollantibus, in castra  
delatus est. Virg. de apum rege, lib. I IIII Georg. illum  
admirantur, & omnes Circumstant fremitu den-  
so, stipantique frequentes: Et saepe attollunt hu-  
meris. quod Barbari creandis regibus facere consue-  
uerunt.

VII. DEINDE VERGENTE IAM DIE. Pro decli-  
nante.

nante. ut vergit atas, vergens annis, Tac. Dein quoq.<sup>z</sup>. proinde, in opt. cod. legitur.

POSITA QVE BREVI RATIONE. Sic omnes libri. interpretes tamen legunt oratione. sed male. Mox etiam legendum quingenies hs pro festertia.

MANES GALBÆ. Similis de Nerone locus, c. XXXIII.

GRAVITER PROLAPSVM. Lego prolapsus. ut antè pauefactus, repertus.

TI' ΓΑΡ ΜΟΙ ΚΑΙ' ΜΑΚΡΟΙΣ ΑΥΔΟΙΣ. Xiphilinus sic, τὶ γέ με ἔδει μαρπῖσσαντοις αὐλαῖν; ac proverbium esse dicit, de iis qui quid sibi inutile faciunt. Turnebus lib. v cap. i, & lib. XVII cap. xx, varias propter causas adfert: nec ipse sibi satis constat. nobis vna, eaq<sup>z</sup> simplicissima, sufficiat. non omnibus buccis longas tibias, que difficilius inflentur quo longiores sint, pariter conuenire: ut nec Othoni imperium. Ex eodem fonte manat illud Iuuenalis Sat. xi, buccæ Noscenda est mensura tuæ.

GERMANICIANI EXERCITVS. Sic Illyri- VIII. ciani, Galb. cap. xx. Tib. cap. xxv.

IAM DVCIBVS. Mallem, ut in tribus MS. iamque ducibus.

ET PLACVERAT. Melius MS. & editio Germanica, placuerat, sine &c.

PER CLASSIARIOS ARMA TRANSFERRI. Ostiam scilicet. vide Tacitum. De classiariis quoque iam antè diximus, Galb. cap. XII.

IN PALATIVM CVCVRRE RERUNT. Lib. unus concurrent. quæ vox sanè rei tanta magis conuenit. Similis locus Tito, cap. vlt.

PERRUPERUNT. Duo cod. proruperunt. vii & interpretes.

MOTIS NEC DVM COND. ANCILIBVS.  
 Sic & Tacitus extremo lib. i. hist. Fuerunt, inquit,  
 qui proficiscenti Othoni moram, religionemque  
 nondū conditorū anciliorum adferrent. Hoc quid sit,  
*Seruum audiamus.* Is enim lib. viiiii Æneid. in illud  
*Virg.* vtque impulit arma, sic scribit, Qui belli suscep-  
 perat curam, sacrarium Martis ingressus, primo an-  
 cilia commouebat; post hastam simulacri ipsius Dei;  
 dicens, Mars vigila. Motis ergo in hunc modum anci-  
 libus, priusquam de more recondenterentur, Otho ad bellū  
 profectus est. Atque ita fermè Turnebus lib. v cap. i.  
*Beroaldus* verò, quoniā mense Martio profectū Otho-  
 nem constat, mota necdum condita ancilia intelligit, quæ  
*Salij*, ad sollemnem illū saltum deprompta, nondum re-  
 posuerant. Verùm quia Suetonius eo die abiisse eum  
 scribit, quo sacerdotes Matris déum lamētari ac plan-  
 gere incipiebant, hoc est, ante vi Cal. Aprilis, si Mar-  
 cellino credimus; ancilia verò mensis Martij initio cir-  
 cumferebantur, quod ex Ouidij fastis discimus; Tur-  
 nebo potius accedamus.

QVOD ANTIQUITVS INFAVSTVM  
 HABERETVR. Antiquitus, pro ab omni usque  
 antiquitate aut opinionē maiorum sanc & matrimonia  
 tunc contracta infusa habebantur: Ouid. lib. iii  
*Fastorum.*

LAMENTARI ET PLANGERE. Similis Iu-  
 ellus in sacris Leucotheæ, apud Aristot. lib. ii Rheto-  
 ric. ad Theodecten, & Plut. Camillo: in sacris Ariad-  
 ne, apud Plutarch. Theseo: in sacris Hyacinthi, apud  
 Ouid. Metamorphosi, & Atheneum lib. iiiii. Ade-  
 de diem quo Plynteria Minerue, item quo Thesmo-  
 phoria Cereri celebrabantur Athenis, summo cum  
 luctu.

*Iustu. De quibus Plut. Alcibiade, & Demosthene.*

VICTIMAS DITI PATRI CÆSAS LIT.  
pro, victimis Diti cæsis litauit. Simile illud Virg. sacrifici-  
que litatis Indulge hospitio: cum non sacra litemus;  
sed Deo sacris, ut ibi monuit. Sernius.

INVNDATIONIB. TIBERIS. *Qui, ut inquit*  
*Plin. lib. III cap. v, vates quodammodo intelligitur*  
ac monitor, auctu semper religiosus.

PROFLIGARI PLYRIM YM POSSE. *Hoc ix.*  
est promoueri, ac pæne consici rem. aly, pro plurimum,  
prælium substituunt: ut profligare bellum, Liuius &  
Tacitus dixerunt. ipse Cicero ad Cornuficium, profligato  
bello, ac pæne sublatu. Aliter tamen de huius verbi  
significatione Gell. lib. xv cap. v.

ET AD CASTORIS. Sic Orosius quoque, &  
Tacitus lib. II. histor. ad duodecimū à Cremona lo-  
cus Castorum. sic enim Iustus Lipsius restituit, cum  
autem castrorum legeretur. optime.

APVD BEBRIACVM. Lib. ms. de hoc nomine  
dissentient. Meliores Betriacum vocant: uti & Plu-  
tarhus Cætezov. quod Turnebus sequitur. ego nihil  
muto. nam Iuuenalis codices, quos vidi complures, Sat.  
II, Bebriaci in campo, legunt. est autem inter Vero-  
nam & Cremonam vicus. Tacitus.

IN IPSA CONSALVATATIONE. Duo ms.  
in ipsa consultatione. quod historia recte perpendenti,  
fortasse non displicebit.

TRIBVNVS ANGVSTICLAVIVS. Recte. cum augusticla- x.  
uius in vulgatis perperā legatur. sic laticlavius, Ner. c.  
XXVI. & Domit. cap. x. Vide Aug. cap. XXXVIII, et XXXIX.

COHORRVERIT. Libri duo corruerit, ma-  
tē. Sic enim Tib. cap. XXI, Dij me perdant, nisi  
§ 2 cohore-

300 LÆVINI TORRENTII  
cohorrescit corpus meum. nec semel ita Cicero.

CONCVRSVRVM CVM GALBA. An aduersus Galbam? an verò cum Galba, quando ei adhuc in Hispania agenti, ipse prefectus Lusitaniae, adhacit? Prior interpretatio magis placet.

TVNC AD DESPIC. Mallem, tum, pro tunc: vt coniunctionis loco ponatur. nam adhuc Suetonium lenem referentē audimus. nisi tūc, pro deinde accipias.

FRATREM FRATRISQVE FIL. Sup. cap.  
I. Domit. cap. x.

AD SOROREM. Cum qua etiam stupri consuetudinem habuisse eum scribit Xiphil.

SED ET AD MESSALLINAM NERONIS.  
Mallem abesse sed. De Statilia Messallina, Ner.  
cap. XXXV.

XI. ABIRE COEPTABANT. Libri duo, captabāt.  
GELIDÆ A QVÆ POT. Liber unus, gelidæ  
potione aquæ. vt non temere quis suspicetur, aquæ, su-  
perfluum esse. Iuu. Sat. v, caldæ gelidæque minister.  
aliter tamen Suet. Vitell. cap. XI I I I, & Vespas. cap.  
XXII I I.

FORIBVS ADOPERTIS. Sic Turnebus, &  
MS. nostri duo: alij adapertis legunt. ego verò obductas  
fuisse puto. quare adapertis placet.

ET CELERITER (ITA PRÆCEPERAT)  
FVNERATVS. Placet Turnebi lectio, quam codex  
noster opt. confirmat, & celeriter, nam ita præc. fun.  
Accedat Plutarchi auctoritas; qui Brixelli eius se vi-  
disse sepulcrum affirmat. Merum igitur somnū est,  
quod commentator nescio quis, apud Culiternam, aut  
Veliternam, aut Ulterinam, infarsit.

XXXVIII. Zonaras obiisse scribit, natum annos  
XXXVII:

XXXVII: Imperij die XC. Idē Dionis epitome; nisi quod annis XXXVII, XI dies eximit. T acit us quoque XXXVII ei annos tribuit: sed quamdiu imperauerit, non addit. Optimè cum Fastis cōueniet ratio. si vita annos XXXVII, imperio dies XC annumeremus. Entropus Suetonium sequitur.

SCAMBVS QVE. Placet Turnebi coniectura. nā XII.  
 & nostrorum librorum fidelissimus cambus habet, non caluus, ut vulgati omnes. anaugēs enim prauum curuumq; significat. quod ad pedes & crura Graci trāstulerunt: Latini, si Nonio credimus, ad deplanatam oculorum aciem: vt scambi sint idem qui strabones. Suetonius tamen Grecos sequitur. De Othonis verò munditia, seu mollitie potius, Juuen. Sat. 11. De Isidis sacerdotibus, Domit. cap. I.

## IN VITELLIVM.



**N**ISI ALIQVANDO D.E. Editio Gallica,  
 & vnuis è nostris ms. aliquando prius: ceteri  
 omnes aliquanto prius, vti & interpretes.

AVGVSTI QVÆSTOREM. Ex his,  
 inquit Beroaldus, qui candidati principis dicebantur.  
 Ego potius Augusti in expeditione aliqua quæstorem  
 eum fuisse crediderim, aut militaris ararij praefectum.

ET VITELLIA. Dea Vitellia nemo, quod sciām, prater Suetonium meminit. Arnob. lib. IIII, Vibillia commemorat, quae ab viarum erroribus liberet. Macrobi. Saturn. lib. III cap. III, Vitulam seu, ut alij legunt, Vitulinam, quæ latitia præsit: quam Piso ait Victoriam nominari. verū quoniam eam nominis rationē adfert Macrobii, quod potens sit vita toleranda; non temere suspicemur, Vitellia potius quā Vitulam scribit illuc debere. quāquā. & Vituna vocari debere videatur, ut Vitunnus Deus, quod vita tueatur. verū satius est ut Dea hāc, sive Nympha fuerit, certo loco circumscribam: qualis futurna, & Venilia: ut nō mirū sit obscurā esse, cū in cali Senatū nūquā venerit. De Vitellia quoq; via nihil memini me legisse. viā Vitularia cōmemorab Cic. ad Q. fratrib; ep. I lib. III, verū alia parte Italia.

IMPERASSE. Duo cod. imperitale. & mox, mansisse diu.

ÆQVICVLOS. Vitelliae colonia ab Equis expugnata meminit Linius lib. v, quā Vitelli, à sua dictam gente, propriis opibus tutandam ceperant. ut Suet. hic.

### II. CASSIVS SEVERVS. De hoc Aug. c. LVI.

SECTIONIBVS ET COGNITVRIS. Sic Turnebi codices, & noster optimus: alij consuturis legunt: credo, quia sutoris antē facta mentio. Est autem cognitor, inquit Festus, qui litem alterius suscipit: de quo plura ad Horatium, lib. II Sat. v, si cognitor ipse. hinc cognitura, pro cognitoris questu. Sectores vero dicti, qui proscripta damnatorum bona coëmebant, presertim confuse atque uniuersaliter, ut postea, res singulas vendendo, inde lucrum facerent. vnde sectiones, questus acerbissimus, exempla passim apud Ciceronem, Cesarem, Tac. & alios.

MULIERE VULGARI. Recte Turnebus vulgaris interpretatur, quæ sui copiam faciat, & cum populo alicui communis sit. Ouid. lib. IIII Fastorum, Numinavulgares Veneris celeb̄tate puellæ. Suet. Domit. cap. XXI, nataretq; inter vulgarissimas meretrices, sed & Vlpianus l. XIII de adulteriis, cūm ait, Sed & in ea muliere potest maritus adulterium vindicare quæ vulgaris fuerit, vulgarē appellans quæ se olim prōst̄ituerit.

DOMO NV CERIA. Sic Virg. Qui genus, vnde domo? Horatius quoq;, vnde domo quis, Cuius fortunæ. Frequēs in antiquis marmoribus, ut post tribum etiam patriæ nomen elogiis, militum maximè, apponatur: vt Romæ in edibus Matthaorū, L. CASSIVS L. F. ROM. NIGER DO MO ATESTE MIL. COH. I. PR. MIL. ANN. XVII VIX. ANN. XXXVII. Iterum, L. PINARIO L. F. SCAPTIA MATERNO FLORENTIA MIL. COH. XII, VRB. VIX. ANN. XXX. MIL. ANN. VII. Sic alibi, ARRETIO. VIENNA. AVGVSTA TAVRINORVM. HASTA. MVTINA. Sed & Seneca consolatione ad Helviciā, iube, inquit, omnes istos ad nomē citari, & vnde domo quisque sit quærē.

COGNOMINES. Nihil mirandum si de gentis nomine intelligamus, quod Vitelliū omnes vocati sint: verū de cognomine loquitur, quod omnibus idem fuit. Vide Oth. cap. I. Onufrius huic P. Vitellio Nepotis cognomen tribuit, alioqui obscurum ignotūmque.

AVLVM, QVINCTIVM. Mallem, vt in MS. A.Q.P.L.

AVLVIS IN CONSVLATV. Oth. cap. II.

QVINCTVS CARVIT ORDINE. Q. Vitellium inter eos numerat Tacitus lib. II. Annal.

i 4 quos

quos Tiberius Senatum mouit, aut sp̄ote abire passus est.  
Suetonius igitur nouè dixit, carissime eū ordine, quo de-  
iectus sit.

PUBLIVS GERMA. COMES. Tacitus lib.  
III. Plin. XI cap. XXXVII. Suet. Calig. cap. I.

SEIANI CONSCIOS. Lib. probatissima fidei,  
consocios.

SCALPRO LIBRARIO. Sic scalprum sutoriū,  
fabrile, chirurgicum etiam, apud anclores inuenias.

LVCIVS EX CONS. SYRTÆ PRÆPOSIT  
TVS. In qua prefectura, ut in Iudeos benignus, nō uno  
in loco à Iosepho laudatus est.

AD VENERANDA LEG. SIGNA. Hoc est,  
opinor, quod Dion narrat, non solum coactum à Vitellio  
pacis condicione accipere, filiosque obsides dare; verum  
etiam Augusti & Caij statuis sacrificare. Imperatorū  
sanè imagines signis imponebantur. Historiam latius  
enarrat Iosephus lib. XVIII Antiq.

AADORARI VT DEVM INSTITVIT. Hoc  
est, exemplo suo auctor fuit vt pro Deo adoraretur. Hoc  
ergo est quod Sext. Aurelius Victor tradit, primum  
Caium Dei ac Domini nomen vindicasse. fecit id vero  
Vitellius vt necem effugeret. Dio lib. LIX: quo loco &  
illud refert, quod cum eum percontaretur Caius, qui cū  
Luna sibi rem esse credi volebat, vidissetne ipsum cum  
Dea congregidi; quasi attonitus, defixis humi oculis, voce  
exigna, ac tremens solis, inquit, Domine vobis diis licet  
innicem videre. quò facto initio omnes adulando su-  
perauit.

CAPITE VELATO. Ut deos, sic Cesarem reli-  
giose adibat Vitellius. unde Plinium intelligimus,  
operis sui praefatione ad T. Vespasianum, cum ait,  
Te

Te quidem in excelsissimo humani generis fastigio positum, summa eloquentia, summa eruditione præditum, religiose adiri etiam à salutantibus scio. *De gestu vero habituq; deos adorantium*, ut pulchrè hoc loco Suetonius, sic *Lucr. lib. v.*, Nec pietas ylla est velatum sæpe videri. Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras, Nec procumbere humili prostratum, & pandere palmas. Ante Deūm delubra. *Plin. quoque lib. xxvi i i cap. ii*, In adorando dexteram ad osculum referimus, totumque corpus circumagimus: quod in læuum fecisse Galliæ religiosius credunt. *Idem lib. ii cap. xlvi*, Antiquis Græciæ in supplicando mentū attingere mos erat. *Plaut. Amphit. Act. v. Scena i*, inuocat Deos immortales ut sibi auxiliū ferant, manibus puris, capite operato. *Idem Curg. act. iii sc. i*, Quis hic est, qui opero capite Æsculapium salutat. & festiuè admodum *act. i sc. i*, cum Palinurus seruus diceret, quò me vortam nescio; respondet adolescens Phadromus, Si Deos salutas dextrouorsum censeo: quod ad Plini, quē modo citauimus, locum facit; ne quis solos Gallos id obseruasse existimet. pulchri etiam hac de re Tibulli versus *lib. i eleg. ii*, Non ego tellurem. Porro quod ad capitis velationem attinet, exemplum apud Curtium *lib. iii i*, Ille in cādida verbenas manu præferens, capite velato, præibat preces regis. in nummis etiam & marmoreis, sacrificantes ferè velato capite cernimus. Plura *Macr. Sat. lib. i, cap. viii*. Seruus in illud Virg. Purpureo velare comas adopertus amictu. & *Plut. probl. x.* Accedat, quond posuisse panulis adiri Deos ex Tertull. notavimus, *Cland. cap. vi*.

DETRACTVM QVE SOCCVLVM. *De mu-*  
*i s lierum*

506 LÆVINI TORRENTII  
lierum focculis, Plin.lib. ix cap. xxxv, loquens de mar-  
garitis, quin & pedibus, inquit, nec crepidatum  
tantum obstragulis; sed totis focculis addunt. Vide  
Cal.cap. lli.

III. EX SEXTILIA. Tac.lib. ii histor. Mater Vi-  
telliorum Sextilia, antiqui moris. Libri veteres etiam  
Sestilia habent. & sane utroque modo in marmoribus  
scriptum obseruani: sèpius tamen Sextilius, vti & Sex-  
tius, repperi.

EODEM AMBOS TOTO QVE ANNO. Quo  
pater ipse L. Vitellius ter cos. cum  
Claudio Imperatore etiā censor fuit,  
anno V. C. vt Onufrius computat,  
DCCCI. Exstant etiam nummi A.  
Vitelli principis, in quorum altera  
parte patris effigies, cum hac inscri-  
ptione, L. VITELLIUS COS. TER.

CENSOR.

PRO AFFLICTO LAMENTATA. Cal.ca. xiii  
prope afflictæ domus.

TIBERIANA SCORTA. Scorta ergo vocantur,  
etiam pueri meritorij. Liu.lib. xxxix, Philippum Pœ-  
num, carum ac nobile scortum. Sex. Aurelius de  
Domitiano, iniuria verborū, quæ se scortum vocari  
dolebat, accésus Antonius. Suet.Tib.cap. xliii, ubi  
de Spintriis ex quibus omnibus locis, aduersus Laurētiq  
Valla discriminem, scorta vocari pueros non meritorios  
tantum, qui mercede se prostituant, verum etiam eos  
quos catamictos ac concubinos honestius appellabant,  
manifestum est.

XXXI. PRÆSIDENS CERTAM. NERONEO. Ner.c.xii.  
EXORANDVM PRÆBVERIT. Imper-  
fecta

fecta oratio est. ms. tres, exorandumque præbuerat.  
utque ita omnino legendum est.

CVRAM QVOQVE. Mallem, curamque o- v.  
perum publ. Inter officia ab Augusto excogitata, cura  
operum publicorum, viarum, aquarum, & aluei Tibe-  
ris. Aug. cap. xxxvii.

SVC CEDENTI FRATRI LEG. SVB STI-  
TVT VS ESSET. Sic editio Gallica, & ms. duo: Ger-  
manica vero, & alijs quos viderim omnes, substitueret.  
hanc dubiè melius. significat enim, cum succedente  
sibi fratre, legati titulo adhuc in prouincia mansisse.

STANNVM ET AVRICHALCVM. Plures  
ms. orichalcum: quemadmodū & origo vocabuli scri-  
bendum esse ostendit. à montibus enim Græci deducunt.  
vnde prima syllaba breuis est. Horat. de arte, Tibia nō,  
vt nunc, orichalco vindeta, tubæque Æmula. Virg.  
lib. xii, Ipse dehinc auro squalentem, alboque ori-  
chalco Circumdat loricā humeris. Errant igitur, qui  
aurichalcum aurum eti mixtum dici volunt. Festus,  
Cadmæa terra, quæ in æs coniicitur vt fiat orichalcū.  
Pand. tamen Flor. aurichalcum scribunt, l. xlvi, de  
contrah. emp. & alibi.

FILIVM PETRONIVM. Plures omnis gene- VI.  
ris libri, Petronianum legunt. reble. vt cognomen sit,  
ne gentis nomen ei pereat.



LIBEROS VTRIVSQUE  
SEXVS. Duorum capita videntur  
in Vitelliis nummis, qualcm seruo au-  
reum, cum litteris, LIBERI IMP.  
GERM. AVG.

T. IVNII. T. Vinij scribendū VII.  
esse, docimus Galb. cap. xiii.

PER

PER COM. FACTIONIS SVÆ FAVORREM. *Lib. unus*, factionis Venetæ fauorem, & ascriptum, alias suæ. *Ego suæ retineo: & Venetam interpretor*, cui ita fauit *Vitellius*, ut, *Veneto indutus habitu*, ipse aliquando abstergendis equis operam suam circo præstiterit. *Xiphilinus*. eidem ergo factioni. cū faueret etiam *Vinius*, eius patrocinio prouinciam adeptus est. magna enim (quod ait *Satyricus*) inter molles cōcordia.

NISI QVOD GALBA. *Mira locutio, quali vitituretiam Galba cap. x.*

MERITORIO COENACULO. Sic *Aug. cap. XLV*, ex amicorum libertorumq; cœnaculis. frequēs f. C<sup>is</sup> pro superiore ædium contignatione, quò scalis ascenderetur: ibi enim tenuiores sere, distinctis mansionibus, habitabant. Plura ad *Horat. ep. i*, Quid pauper? ride. mutat cœnacula.

EX AVRE MATRIS DETRACTVM VNIONEM. *Plin. lib. ix cap. XXXV*, loquēs de vniōnibus, hos, inquit, digitis suspendere, & binos ac ternos auribus, seminarum gloria est. Cūm verò *Sextilia*, antiqui moris femina, tanti pretij vniōnem auribus suspenderit, minus sanè mirandum de Cleopatra, ac Metella.

SINVESSANOS. *Lib. unus*, Suessanos. sed male. Simile mendū apud Tacitum, lib. i histor. ubi de morte Tigellini. vulgata enim exemplaria Suessanas aquas vocant, quas Sinuessanas vocare conuenerat: de quibus Strabo lib. v, Plin. xxxi ca. 11, ipse Tacitus lib. annal. xii, de Claudio, reficiendisque viribus mollitie cæli, & salubritate aquarum, Sinueßam pergit.

QVORVM PVBLICA VECTIGALIA INTERVERTERAT. Dictionem vectigalia, vt adulterinam, amouendam censeo. Publica enim, vnde publicani,

licani, tum apud *J. C<sup>tos</sup>* tum apud alios auctores classicos, absolute pro vettigalibus accipiuntur, nec solum urbibus Romae, sed & aliarum ciuitatum bonis. l. i de publice. l. xvi, & xvii de verb. signif. Cicero epist. ad *Q. fratrem*, publicis male redemptis. Horat. epist. 1, Pars hominum gestit conducere publica. Ipse Suet. Vesp. c. 1, publicum quadragesimæ, id est vettigal quadragesime. Sape Tac. & *Quinctil.*

IN VRIARVM FORMVLAM. *Claud.* cap. xiiii, formula excidere.

III. COS. FILIVM. Sic nummus *L. Vitellij*, de quo antè cap. iii. *Tacitus*, Aderat Vitellius, Vitellij Censoris ac ter col. filius: id satis videbatur.

DE SE EXPERIMENTIS. *Duae ista vocula*, de se, non sunt in opt. codice.

CALIGATORVM QVOQVE. *Aug. cap. xxv.*

REIS SORDES. Non è, sed non ineleganter, sor- VIII.  
des pro ueste sordida atque habitu quo in reatu uter-  
tur, ac consequenter pro reatus abolitione, dixit. Sordida-  
ti autem incedebant, non solum rei; verum etiam propin-  
qui & affines. de quo *Venuleius J. C.* l. xxxix de iniuriis, Vestem sordidam rei nomine in publico habere, capillumue submittere, nulli licet; nisi ita coniunctus  
sit affinitate, ut inuitus in reum testimonium dicere  
cogi non posset. quam vero sordida *Venuleius*, squal-  
lidam vocat *Ulpianus*, l. xv de iniuriis: & obsoletam  
*Valer. Maximus*, lib. vi cap. iiii, de *P. Rutilio*.

IN VESTE DOMESTICA. Ad horum dis-  
crimen, forensia vocabant quibus in publico uter-  
tur. *Aug. cap. LXXIIII.*

DIVI IVLII GLADIVM DETRACTVM  
DELVBRIO MARTIS. Sic *Strabo* lib. iiii, &  
*Plutar-*

Plutarchus Cæsare. Gallos etiam scribunt monstrasse  
Cæsaris gladium, suspensum in templo Martis. Alterum exemplum apud Tacitum, lib. xv, de Nerone, qui  
Scænini pugionem foui vindici in Capitolio cœsecravit.  
Tertium videbimus cap. x. Sed & sibi ipsi detractū pugionem Vitellius, post quam eum consules & Senatus re-  
cusassent, in æde cōcordiae deponere voluit. Addam &  
Horatij locum lib. 111 od. v, Signa ego Punicis affixa  
delubris, & arma militibus sine cæde, dixit, derepta  
vidi. Contigere autem ea de quibus hic Suetonius, apud  
Coloniam Agrippinam, quam strictum tenens ensim,  
Vitellius ingressus est: ut Romā Galba, suspēso à cerui-  
cibus ante pectus pugione. Coloniam ergo, quaquam cis  
Rhenū esset, inferiori Germania attribuerunt Romani.

IN Q.VIT: BONO ANIMO. Bono, inquit, animo, habent meliores codices.

CONSENTIENTE DĒINDE ETIAM IAM.  
Particula iam non est in opt. codice.

QVI PRIVS A GALBA. Idem codex qui prior.  
vide Tacitum & Plut.

AVGVSTI DISTVLIT CÆSARIS IN  
PERP. RECVS. Idem Tacitus & Plutarchus. Et Cæ-  
sar is quidem nomen neq; in nummis eius, neque in mar-  
moribus unquam vidi: Augusti vero persape. sic enim  
numisma aureum, cū liberis ipsis, cuius antè memini,  
A VITELLIUS GERM. IMP. AVG. TR. P.

ix. LVSTRATISQUE SIGNIS. Lustrare circuire  
est. vt Aquila, que magnarum semper rerum facit  
auspicia, primum circumvolauerit agmen: deinde, leni  
meatu, nullo gaudentium militum clamore territa,  
tanquam dux via præcesserit. Tac. Vide Senecam, 11  
quæst. natur. Virg. li. viii; Lustrat Auentini mōtem.

GAL-

GALLINACEVS. *Quid hoc portenderit ipse post Sueton. explicat: ventrum nempe in alicuius hominis Gallicani potestate. quod mihi sane frigidum videtur. Gallus, quem Martis pullum vocat Aristophanes, viri pugnacis atque invicti symbolum est; qualem insultaturum eius capiti ostentum significat.* Adde prouerbiu[m] ex iustis.

DE BEBRIACENSI. *Hic quoque meliores codices,* x.  
Bebriacensi, legunt.

EX AUCTOR AVIT ED. IVS. TRIB. TRADERE ARMA. Pulchre huic loco conuenit illud Ulpiani, l. II de his qui not. infam. Sed & si eum exaucitorauerit, id est insignia militaria dettinxerit. Eodem spectant l. IIII, § non omnis: & l. VII de iure militari.

NVLLA FAMILIAE AVT MILITIS DISCIPLINA. Scio familiae nomine significari eos qui in familia sunt; ut sic militi opponantur: malim tamen militiam. Sed hoc exile nimis, ac pene putidum est.

NEC EM REPRÆSENTANTES. Sic Virg. Presentemque viris intentant omnia morte. Sup. Claud. cap. XXIIII, tormenta representare.

DIVISIT PARI VANITATE. Dno ms. post diuisit interpungunt: deinde sic, Pari vanitate atque insolentia. Locum autem hunc Plutarchus illustrat. Vidi, inquit, ipse cum Brixelli esset, & monumetum modicum, & inscriptionem hanc, M. OTHONIS.

MARTI DEDICANDVM. Sup. cap. VIII.

PER VIGILIVM EGIT. An in Martis forte honorem ob victoria? sic Galba illa fortunam suam menstruis supplicationibus, ac per vigilio anniversario coluit. cap. IIII. Tacitus omnia apud Vitellium indisposita, temulenta, per vigiliis & bacchanalibus, quam discipline & castris, propiora fuisse scribit.

VRBEM DENIQUE AD CLASSICVM.  
 XI. Galba pugionem præferens, Vitellius ad classicum Vrbem intruit. Vtrumq; imperij signum est. De gladio passim I.C<sup>a</sup>. de classico sic Veget.lib.ii cap.xxii, Classicum appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt: hoc insigne videut imperij, quia classicum canitur imperatore præsente, vel cum in militem capitaliter animaduertitur, quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est. Sic ille. Tacitus quoque lib.ii Annal. In P. Marcium consules, extra portam Esquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco aduertere. Adde Varr.lib.v de lingua Lat. ubi de supplicio T. Quinctij Trogi: & Sen.lib.i de ira,c.xvi.

ALLIENSI DIE. Libri duo opt. Aliensi, ab Alia flumine, ut inquit Seruius, lib. vii Aeneid. quamquam poëta metri causa alterum L addiderunt. Alius tamen, & Alienus, Romanorum nomina, duplii Linnummis & marmoribus scribuntur. De historia vero sic Tacitus, lib. ii hist. funesti ominis loco acceptum est, quod maximum pontificatum adeptus Vitellius, de ceremoniis publicis xv Kal. Aug. edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi Aliensiique cladibus.

XII. POST QVAM VEND. DEPREHENDISSET. Tres libri reprehendisset. bene, nam reprehenduntur profugi. Cal.cap.xlv, veluti profugos ac reprehensos, in catenis reduxit. Linius lib. xxxiiii, adeò turbatæ erant dextræ alæ equites peditesque, ut quosdam cōsul manu ipse reprehēderet. atq; ita etiam Beroaldus,

AVREIS DONAVIT ANVLIS. Ut Icelum suum Galba cap. xiiii. Jus vero aureorum anulorum à principe dari solitum.

IN C. SVETON. VITELLIVM. 513  
ROGANTIB. PRO EO CVNCTIS. Tacitus  
exercitum rogasse dicit. Suetonius ergo, cunctos cum  
ait, milites intelligit.

COMISSIONESQUE. Libri nostri MS. CO<sup>a</sup> XIII.  
messationes scribunt, uti & exemplaria Horatij,  
qua vidi plurima, lib. I III od. I, comedere. viri  
docti tamen aliter sentiunt. Lambinus, ἔπος τε καὶ μάζα,  
comassari scribendum esse contendit: aliis Festi auctoritas  
potior est: qui à vicis, quos καὶ μας vocant Græci, vo-  
cabulum deducens, comassari scribit. Petrus Victorius  
M. geminat, & commissari, commissatorēsque scribi de-  
bere vult: ut in Bemb. Terentio (quod etiam Faernus  
affirmat) & in castigatissimis Ciceronis exemplaribus,  
lib. I ad Att. epist. XI III, & I Famil. epist. IX. Verū  
cum e & i litterarum tanta cognatio sit, & vocabulum  
id in linguam Latinam transferit, accedente tot veter-  
storum exemplarum fide, non video cur recepta iam tot  
sculpis scriptura mutari debeat: præsentim quod, meo  
sane iudicio, probabilius à comedum deripiari possit, vel-  
uti frequetatiuum (ut Grammatici vocant) quam vel à  
vicis, quos καὶ μας vocat Græci, vel ἔπος τε καὶ μας, ut Varro  
maluit. Ex Suetonio interim discamus, commissari pro-  
priè post cœnā dici: uti etiā Domit. ca. XXI: & non semel  
apud Linium, lib. XL, ubi de Persei & Demetrij dissidio.

QVADRINGERIS MILLIB. NVMMVM.  
Lib. unus quadragenitis. qua sane summa exigua est,  
ubi una comedunt patrimonia mensa.

COENA EI DATA ADVENTICIA  
A FRATRE. Solebant veteres, tum Gracitū Romani,  
aduenientes peregre amicos lautiore conuiuio excipere.  
Athenaeus ὁδοιπορὸν, Plutarch. Sypos. ἔπος Σεντνὸν  
Σεντνὸν vocant: Suetonius cœnam aduenticiam: Plautus,  
k Bacchid.

Bacchid. act. i sc. 11, viaticam: Ego sorori meæ cœnā  
hodie date volo viaticam. Iterum act. 111 sc. vlt. sal-  
uus cùm peregrè aduenis cœna detur. & lepidè Mo-  
stell. actu 111 sc. 111, cùm T европides peregrè se ve-  
nire dixisset; præuertens Simo, promisi, inquit, foras:  
ne me te ad cœnam vocare censeas. eodem spectat tā  
follicita Antiphonis excusatio, Sticho act. 111, quod  
qui fratribus duobus peregrè aduenientibus prius dare  
cœnam debuerat; ipse ab eorum altero vorari se passus  
fuisse; quate cras, inquit, apud me eritis, & tu, & ille,  
cum vestris uxoribus. Cœnam talem Vitellio principi  
frater dedit, quamquam & ipse unà absuerat. Sed &  
Horat. talem celebrat lib. i od. xxxvi, cuius in vet-  
erissimo cod. h. ec inscriptio est, Eucharistice ad Numi-  
dam, amicum Lamiæ, redeuntem ab Hesperia. Mar-  
tialis quoque, prefatione libri xi, aduentoriam vocat  
epistolam qua aduenienti amico obuiam mittitur. Ad-  
dam postremo, Grecos vocare ὁ οὐτόεν, quod adue-  
nienti datur, sine cœna sit sine aliud.

DEDICATIONE PATINÆ. De hac Plinius,  
lib. xxxv cap. xi 1, Vitellius principatu suo decies hs  
(sic enim Budens) condidit patinam. quo loco condiit  
legendum puto. neque enim operis sed obsonij sumptum  
notat: quemadmodum & Iuvenalis Sat. xi, cùm ait, Et  
quadringentis nummis condire gulosum Ficile.  
ut enim patina quoque magno constititerit, (quò spectat  
quod subiicit Plin. eo venisse luxuriam, ut fililia pluris  
constent quam murrhina) decies hs certè in eam im-  
pendi non potuit: sed bene una lance conditum absumi.  
Similis Domitiani patina, si operis labore spectes, apud  
Iuven. Sat. 111; & Drusillani, Claudi Caesaris serui,  
apud Plin. lib. xxxiiii cap. xi: si vero feruli sumptum;  
Æsopi

Æsopi apud Plin. & Elagabali apud Lampridium.  
 ΑΙΓΑΙΔΑ ΠΟΛΙΟΥΧΟΥ. Libri nostri aut nō habent hæc, præsertim optimus: aut aliter habent. Mibi sanè, nec immerito, suspecta sunt, contra Tranquill. con-suetudinem, ab aliquo adiecta. At Turnebus clypeum Minerue illius colosse, quā Athenis fecit Phidias, intelligit. quasi vero non omnia, quæ Deorum sint, ma-gna semper fecerint veteres: cū etiam architecti tradat, diis maximas, his proximas, heroiibus; Regibus deinde; atq. ita porro alis, maiores minoresque statuas cōuenire. ad magnitudinem ergo indicandam, Minerue clypeū dixisse suffecerat. Macianus ter cos. patinarum pa-ludes Vitellio exprobrat, apud Plin. Πολιούχος autem non Palladi proprium est: sed commune Dius, urbium protectoribus, epitheton. Suidas.

A CARPATHIO VSQVE FRETOQUE HIS-PANIAE. Sic Budens lib. llll de asse (vt taceam inter-pretes) hunc locum restituit: cum antea, magni librorū consensu, à Parthia vique legeretur: quasi vero tam exi-guo tempore, quo Roma fuit Vitellius, à Parthia, & quidem triremibus, pisces aduchi possent. à Parthis ta-men aues peti solitas, uti & ultra Phasis, auctor est Seneca lib. de consolatione ad marrē, cap. ix. De Phæ-nicopteri verò lingua, quam optimi saporis esse Apicius docuit, Plin. lib. x cap. xlvi. Mart. Xenii, lxxi: qui & scari viscera commendat eo lib. epigr. lxxxv. Scaro etiam suo tempore principatum datum fuisse, auctor est Plin. lib. ix cap. xvii. quare & prin-cipalem appellat lib. xxxii cap. vlt. Adde si libet Macrob. lib. iii cap. xvi. Sed plura ad Horat. epod. ii. Has verò omnia aulicis suis apposuit Elaga-balus.

VISCVS ET FARRA PÆNE RAPTA E  
FOCO. *Viscus non solum intestina significat: sed  
quicquid inter ossa & cutem est. Seru. in illud Virg.* Et  
solida imponit taurorum viscera flammis, *lib. vi.*  
*Lucr. quoque lib. i, quæ citat Nonius, de pauxillis atq;  
minutis visceribus viscusas gigni, sanguenque creari.  
pro farra autem farta, vel ferta legendum esse putabat  
Langius. Verum de sacrificiis loquitur. ad rem diuinā  
autē far torri, & nisi tostū purum non censeri, Numa  
instituit. vnde et festa fornacalia dicta. Plinius li. xviii,  
cap. 11. Farra igitur hic retineo. E foco autem rapere  
dixit Suetonius, vt de patella edere Cicero 11 de finibus,  
vt asoti & irreligiosi solent. Similia illa Græcorum Στο-  
τυγάλζειν, καὶ Στοτυγάρν, καὶ Στοχύσοτθων, καὶ οὐ πάδος  
επειν.*

#### XIIII. FENERATORVM ET STIPVLATORVM.

Bene hos coniungit. Nam quia usuræ non nisi ex stipula-  
tione debebantur, quo incertiora erant nomina, eo ma-  
iore opus erat cautione, ne creditores defraudarentur. id  
curabant stipulatores. vt enim actionum iudiciorumq,  
sic & stipulationum certa erant formulæ; quarum periti  
contractibus ferè adhibebantur. Docent id Orationes  
pro Quintio, & pro Cæcina: sed & liber i de legibus,  
Quod me vocas, aut quid hortaris, an vt iudiciorum  
& stipulationum formulas componā? adde, si lubet;  
Plautum Pseudolo, act. i sc. 1, & act. IIII sc. VI.

VENETÆ FACTIONI CLARE MA-  
LEDIXERAT. Veneta factioni fuisse Vitellium,  
iam antè diximus. Simile Domitiani sauitiæ exem-  
plum, cap. x. Quod verò liber unus, pro clare, habet di-  
ræ, id quid sit nescio; nisi (vt diræ, maledixerat)  
legamus.

VERNACVLIS ET MATHEMAT. *Interpretes sine coniunctione legunt: ut Romæ tantum natos mathematicos; non etiam exterros, intelligamus. egregiè sancè. cùm Tac. & Dio non distinguant: et hoc genus homines ferè Græculi fuerint.* Placet igitur Turnebi conjectura, *vt diuinaculis legamus, donec aliquid occurrat melius. Nec displicet etiam, quod monuit Iosephus Scaliger, veraculis, & vericulis legi posse: vt nunc etiā nostro eos idiomate appellamus.* Tibullus sancè veracis epitheton sagæ tribuit, lib. I, eleg. II.

CHALDÆOS DICERE. Non puto quemquā, memonente, dubitaturum quin legendum sit edicere. sequitur enim Bonum factum: quod edicturi prefari solent. Cæs. cap. LXXX.

NE VITELL. GER M. Lib. opt. vt Vitell. lego igitur, vt Vitellius Germ. intra eundem Kal. diem vsquam ne esset. quod magis edictum sapit.

VATICINANTE CATTA MVL. Liber opt. Cata: alij Chatam, & Charam, & Caram vocat. Germanam autem fuisse vel ex eo credibile est, quod et Germani, vt ceteri ferè barbari, mulierum vaticiniis plurimum utebantur: quales Velledas & Arunias commemorat, libro de ipsorum moribus, Tacitus. Hispanæ etiam virginis fatidicementio Galb. cap. IX.

DELECTVM. Dilectum cod. optimus. de quo ali- XV. bi plura.

BEBRIACENSES COP. Betriacenses iidem libri quos ante citauimus.

EADEM VERBA. Eadem illa verba, haud dubiè elegantius, ms. duo: vt paulo post, coëgitque iurare & cetero s. & metuentes pro metuens.

SOL. A LATERE PUGIONEM. Quo facto  
k. 5 scilicet

518 LÆVINI TORRENTII  
s' ilicet ostenderet, deponere se Imperium. sic Dionis compendium. sup. Gaib. cap. XI.

CONCORDIAE COGNOMEN. Ut olim, M.  
e. Antonij III viri frater Lucius cognominatus est Pie-  
tas. nraomi veteres & Dio.

XVI. SVASIT SENATUI. Meliores MS duo, sua-  
fitque Senatui. Coniunctionem sustulit qui Suetoniu*m*  
in capit*a* dñis*s*ir.

CVM VIRG. VESTALIBVS. Cas. cap. I.

GESTATORIA SELLA. Claud. cap. XXXIII.

PISTORE ET COQVO. Pistorum dulciarium  
intelligo. Digni sanc*t*e Vitellio vel in morte comites.

DESERTA OMNIA REPERISSET. Lib.  
vnu*s*,comperisset.

CELLULAM PANITORIS. Sic Cal. cap. LVII,  
cella Palatin*i* Atriensis. Dionis epitome narrat, eum  
forando attritoq*z* amictum sagulo, abdidisse se in obscu-  
rum locum, ubi canes alebantur. sed melius, ex Roma-  
norum consuetudine, Suetonius; de qua sic etiam Petronius  
Non longe ab ostiarij cella canis ingens catena  
vincitus in pariete erat pictus: supraq*z* quadrata littera  
scriptum. CAVE CAVE CANEM. Canem autem pro  
foribus ligauerat, lectumq*z* & culcitam obiecerat Vi-  
tellius, ut ipse ausuzisse crederetur.

XVII. ET VBI ESSE, Lib. opt. Ecubi: vt ecquid, pro  
& quid.

VESTE DISCISSA. Libri meliores,  
descissa.

REDUCTO COMA CAPITE. Sic Turne-  
bus, pro apprehensa coma, capite retracto ac resupinato.  
Libri vero nostri receptam lectionem seruat: vi reducta  
coma a capite intelligatur, qua, remota a fronte, vultum  
quoad.

*quoad fieri potuit nudauerat: ut, reductis sole flagrātissimo velis, Cal. cap. xxvi. Entropius, diligens Suetonij imitator, sic habet, nudus, erecta coma & capite, subiecto ad mentum gladio quamquam, ne quid dissimulem, codex Entropij veterus sic habet, nudus erecto coma capite. quod pro Turnebō facit.*

MVRONE GLADII SVBIECTO. Turneb. subiecto, ex veteri, ut ait, codice. sed subiecto melius est, ex Dione & Entropio.

INCENDIARIVM ET PATINARIVM. Ob incensum Capitolium; & illas quas diximus patinarm paludes.

MINIST. EXHIBERET. MS. duo, se exhiberet.

QVOD FACTVM EI VIENNÆ. Lib. opt. XVIII.  
quod factum Viennæ.

COGNOMEN BECCO. Sic libri veteres, aut becca; non beco, ut in vulgatis. Id autem hodie quoque Gallis Germanisq; in usu est, non pro gallinae tanti, sed cuiusuis etiam alterius avis rostro. Porro de Antonio primo, Vespaniani partium acerrimo propugnatore, Tac. Dio, & Egesippus lib. III.

## IN VESPASIANVM.



I. T. FLAVIUS PETRONIUS. Sic quidem in omnibus exemplaribus: non puto tamen, eo prasertim tempore quo hic Titius vixerit, duarum eum gentium, Flavie & Petronie, nominibus appellatum fuisse. Quid si igitur Petronianus scribamus? quod sane libes fecerim: postquam etiam de Vitelli filio, c. vi, similem errorem deprehendimus. Glareanus, ex vetusto codice, T. Flavius Petro scribit.

SPONTE AN EVOCATVS. Non satis constat mihi quid his verbis velit Sueton. sponte, vel euocatus ad Pompeium venerit; an potius profugerit. nam, quod sequitur eum veniam impetrasse, id eò referendum est, quod necdum expletis stipendiis militiam reliquerat.

COACTIONES ARGENTARIAS. Coactores non unius generis fuerunt. nam & publicanis & argentariis ministrabant. qui publicanis; ea quæ minutim a reliquatoribus debebantur, vel redimebant ipsis ut inde lucrum facerent, vel mercede aliqua persequebantur. de quibus Cic. pro Rabirio, & pro Cluentio. qui verò argentariis; (quos auctionibus praefuisse ante ostendimus, Ner. cap. v) pretiarerum venditarum ab emporibus certa & ipsis mercede colligebant: qualem fuisse patrem suum

suum testatur Horat. li. i, Sat. vi. & hoc est, quod coactiones argentarias facitare appellat hoc loco Suet. Adde Catonem de rerustica cap. CXLVI, & cap. CL. Atque ita intelligo Plautinum illud, Asin. act. i sc. 111, *vetus est nihil coactio. presentem enim pecuniā lena postulat, odit quod in diem promittitur.*

PUBLICVM QVADRAGESIMÆ. Malè interpretes publicanum legunt. publicum enim agere, pro vectigal colligere, dixit Suet. etiam Vitell. cap. VII.

APVD HELVETIOS. Liber vnum Helueticos: alter Illurios, ut in Decij Imperatoris nūmis GENIVS ILLVRICI. quod sanè malim. quod enim è fenebri pecunia lucrum apud Heluetios?

SABINVS AD PRÆFECTVRAM. Præfectum fecit Nero: neque vel Galba, vel Otho, honorem ei ademerunt. Plut. Othonē.

VESPASIVM POLLIONEM. Pollionem hunc quidam esse volūt eum de quo Plut. Othonē in fine: verū repugnat temporum ratio. Cùm enim Vespasianus iam senior ad imperium venerit; qui fieri potuit, ut maternus eius annis, post occisum Othonem castrorum præfetus fuerit. non negauerim huius vel filium, vel nepotem fuisse.

SPOLETVM EVNTIBVS. Lib. opt. Spoletium.

PETRONII PATREM. Si vera est coniectura nostra de qua ante, Petroniani legendum est: nisi quis forte Petronem vocare malit.

NATVS EST IN SABINIS. Lib. ms. Samniis, II. & Samnis. hinc Turnebi coniectura, Sauini pro Sabinis scriptum fuisse; atque ita legi debere. quam sententiam firmat Entropius.

VLTRA REATEM. Scribendum Reate: vt  
k. 5 Plinius,

Plinius, & alij appellant.

Q. Sulpicio Camerino. A.V. DCCLXI.  
quo lata lex Papia Poppæa.

PRÆDIIS COSANIS. Liber vnius Consanis.  
non recte. Cosa enim in Etruria est: Consa in Hirpinis.  
Seru, in illud Virg. lib. x. Quique urbem liquere  
Cosas.

POCVLO EIVS ARGENTEO. Libri tres po-  
cillo. placet.

EA DEMVM EXTVDIT. Liber vnu, excusſit:  
Gryphi editio, extrudit: male extundere enim vocabu-  
lum elegans, pro extorquere. Nonius.

TRIBVNATVM MIL. Nihil dubito quin tri-  
bunus mil. legi debeat, ut Tito cap. 1111, Tribunus  
militū, & in Germania, & in Britannia, meruit. Scri-  
pserat Suet. TR. M. vel, TR. MIL. vt in Valerij Pro-  
bi notis legimus: hinc Tribunatum fecere alij, vt  
Cas. c. v.

CRETAM ET CYRENAS PROVINCIAM,  
Liber opt. prouincias. Et alia quidem Creta, alia Cyre-  
naica: illa, insula nota omnibus; hec pars Africæ: a Cy-  
renis urbe nobili sic dicta; eadēq; Pentapolis, quod pra-  
ter Cyrenas vrbibus aliis quatuor, Berenice, Arsinoë,  
Ptolemaïde, & Apollonia insignis esset: diu ante Cretā,  
testamento Regis Ptolemai Apionis, in potestate populi  
Rom. redacta. sed amba tamen unius præsidis imperio  
regebantur. vna igitur censenda prouincia. Sic enim  
Appianus, post Cesarii dictatoris mortem, Cassio pre-  
tori Cretam cum Cyrenis mandatam scribit.

ETIAM NON SINE REPULSA. Locus  
mendosus. quem sic restituo. Illam non sine repulsa,  
sextōque vix adeptus est loco: at, prima statim peti-  
tione

tione & in primis Prætor, infensus Senatui, Caium. Infensum vero Senatui intelligo, quia Caius, cui place-re volebat, Senatum oderat. Sed quid sexto demum loco adilitatem adipisci sit, ambigo. negant enim tot uro anno adiles fuisse: nec verisimile est quinques cum re-pulsam tulisse. Verum de Ædilium numero res aliter se habet. Nam cum antea quatuor tantum crearentur; Cæsar duos, qui frumento præsens, addidit. auctor Pö-pon. f.C.l. 11 de origine Iuris. neque id eo tantum anno seruatum: sed morem illum creandi adiles sex, duos pa-tricos, plebeios quatuor, ad suam usque durasse etiam auctore est Dio, extremo lib. XLIII. Vespaſianus igitur & ante repulsam tulerat; & tandem honorem quidem adeptus, sed sexto demum loco renunciatus est.

POENÆ CONIVRATORVM. De coniuratio-ne Lepidi, Cal. cap. XXIIII.

HONORE CENÆ. Calig. cap. XXXIX.

FLAVIAM DOMITIL-  
LAM. Reclite, ut in nummo veteri.  
vulgati Domicillam vocant, &  
plures ms. III.



SABRATENSIS. Sic ex Tur-nebo Pulmannus. vulgati cod. Sa-bracensis: ms. nostri duo, Scabra-tensis: unus Subracensis, & Sabrata quidem Afri-ca oppidum est apud Plin. & Ptolemaeum, Syrtim minorem contingens: sed Tabraca nobilior, & quidem ciuum Romanorum, teste Plin lib. v cap. III: de qua etiam Iuuenalis Sat. x. Quales umbriferos ubi pan-dit Tabraca saltus. ut fortassis Tabracensis hic Stati-lins fuerit.

DELICATAM OLIM. Libri omnes, quos equidem. viderim,

viderim, delegatam habent. Turn. delicatam substituit (sed conjectura tantum) pro amica seu concubina, quam Statilius ille in deliciis habuerit. sic enim Hadrianum refert Spartanus corrupisse Traiani libertos, curasse delicatos, eosdemque sepelisse. addit inscriptio-  
nem lapidis vetusti, TEIÆ EVPHROSYNÆ RUFINÆ  
V. V. D E L I C A T Æ. Hactenus Turnebus aduers. lib. XXII cap. XV. Petrus vero Pithoeus, suis & ipse aduersariis lib. II cap. IX, antiqui codicis auctoritate fre-  
tus, ut ait, delegatam legit: ut pœna nomine aliquando  
vincita fuerit, & proinde Latinae condicionis. quae de re  
f. Cui & nos, quantum satis est, Claud. ca. XIX diximus,  
adiungit apud Spartanum delegatos se legere malle; ve  
serni significantur potius, quam concubini Casaris. A qua  
sanè ego dissentio. cur enim Hadrianus Traiano place-  
re studes, vincitos potius ac compeditos curasset e seruis,  
quam alios? aut cur vincita Domitilla? forma enim ac  
morum venustate eam excelluisse verisimile est, cuius  
codicio placuerit Vespasiano. præterea si vincita aliquā-  
do, quare non dediticiam potius quam Latinam vocat?  
Itaque Turnebus potius de Spartanis loco assentior, eo  
magis, quod vocabulo illo usus est etiam Suetonius Tito  
cap. VI l. gratissimis delicatorum. ac simile mendū  
apud Senecam deprehendi, lib. de clementia cap. XV, his  
verbis, exilio delegato Massiliæ patricidam continuit.  
delicato enim legendum esse, nemo paulo doctior nega-  
bit. De Domitilla tamen adhuc dubito. Sex. Aurelius  
Victor simpliciter libertam vocat. Quare & hunc Suet-  
tonij locum sic scribi malim: Statilij Cap. eq. R. Sabra.  
ex Afr. libertam delegatam olim. Dicitio enim liber-  
tam, unius tantum litteræ L signo notata, facile pre-  
teriri potuit. & alioqui si Domitillam pater, assertam  
in

in libertatem, à Statilio abstulit; ostendi par erat, quomo<sup>d</sup> ad Statilium peruenisset. addit ergo Suetonius delegatam ei olim fuisse: hoc est, vt ego interpretor, creditam, commissamq<sub>z</sub>, ac demandatam. quo verbo de Poppaea, Othoni à Nerone sic tradita, vitetur Sueton. Oth. cap. III. Ac pari ratione amores suos Aurelio cuidam commendat Catullus, epigr. Quae coniectura si, quod vereor, displacebit, addam alteram, nihil fortassis feliciorem: vt, non addita voce libertam, Statilio pro Statili<sup>j</sup> legamus. nam quae sequuntur, Eq. R. Sabratensi, raro à veteribus integra perscribebantur. Lettor iudicet. Illud interim monitum velim, inscriptio<sup>n</sup>s, quam citat Turnebus, testimonium fidem non mereari. nam & verba quadam desunt: & nota illæ v. v. virginem Vestalem signant; quam in deliciis habere piaculum fuerit.

RECVPERATORIO IUDICIO. Sic de palestra sibi apud recuperatores ab iudicata queritur Labrax leno, Rudente. Plura Nerone, cap. XVII. atque hic spectat titulus de liberali causa, item, si libertus ingenuus esse dicatur, Pandect. lib. XLIII.

FERENTINI. Duo cod. Ferenti. quam lectionem etiam Pithoeus agnoscit. sed male. Ferentinum enim Etrurie oppidum: unde & Othonis maiores orti. Suet. Oth. cap. I. Plin. lib. III: Strabo lib. V. quamquam fuisse volunt etiam in Hernicis eiusdem nominis oppidum, de quo Horat. epist. ad Scenam, si te puluis strepitusque rotarum, Si laedit capona, Ferentinum ire iubebo. Strabo, nisi mendum subest, illud Φερεντίον, hoc φερέννων vocat. & Horati<sup>j</sup> Ferentinum collocari etiam in Etruria potest. neutrū enim altero frequentius, aut nobilius. quales nimirum Sora, Fabrateria, Frusino,

QVÆSTORIO SCRIBA. Scribarum ordinem, quod alij aliis aderant magistratibus, in plures diuinum fuisse decurias supra ostendimus, Aug. cap. c. hinc ergo quæstorum scribam dixit: ad aliorum differentiam, ut Domit. cap. ix. Sic scriba ædilitius, & prætorius, non solum apud Ciceronem; sed & in vetustis marmoribus. Festus quoque nauales scribas commemorat, qui in nubibus apparebant, minime inter omnes dignitatis.

ADHUC VTRANQUE PRIVATUS. Melius ms. duo, utramque adhuc priuatus.

ANTONIAE LIB. ET A MANV. Scribendum puto, libertam à manu, sic enim tam serui, quam liberti, passim ab officiis vocabantur: quod qui ignorabant, pro à manu ad amauit, & ex amauit scripsere. sic enim libri veteres. libertam autem à manu dixit, ut librariam Juuenalis Sat. vi, periit libraria, ponunt Cosmetæ tuticas. Exstat sane Roma hac inscriptio, IV-CVNDS DOMITIAE BIBVL LI BRAR. AD MANVM. quamquam librarium dici malim, qui vel à studiis vel à bibliotheca fuerit. nam à manu idem est qui amanuensis: quod antè ostendimus. librarij vero, si Vegetio credimus lib. ii cap. vii, inter castrensa officia, dicti etiam illi, qui rationes ad milites pertinentes in libros referebant: ut & hi qui cuiusq; professionem in tabulas publicas. Cic. ad Att. lib. iii. Qua ratione Orat. ii in Rullū, de xv viris loquens quos ille agris diuidundis instituere conabatur, Ornat eos, inquit, apparitorib., scribis, librariis, preconib., architectis. alius igitur hic scriba, alius librarius. librarij tamen nomē generalius est: quo promiscuè etiā, pro scriba vtitur Cicero: vt librarij manus epistola. hinc librarius ad manū in veteri illa inscriptione;

IN C: SVETON. VESPASIANVM. 527  
scriptione, ad aliorū differentiā, pro amanuēsi ponitur.

REVOCAVIT IN CONTUBERNIVM. Ut  
taberne, quod ex tabulis olim fiebant, si Festo credimus;  
vel quod tabulis cladebantur, si Vlpiano, l. CLXXXIII  
de verborum signif. sic & tabernacula à tabernis dicta;  
ad quarum nempe similitudinē componebantur: & hinc  
porrò contubernia, & contubernales. Contuberniū enim  
castrē vocabulū est, pro cohabitatione militum; qui,  
expeditionum comites, iisdem tetti pellibus, ac proinde  
maiore iuncti necessitudine, cōtubernales dicebātur. vnde  
factū, vt, qui belli duces ac prōvinciarū præfides comitū  
numero securi, atq; adeo honestiore loco habiti esset, ma-  
xime adolescentes, in eorū agere cōtubernio; et cōtubernā-  
les esse dicerētur. Suet. Cas. cap. II, & c. XLII: & mox hic  
ca. sequente. Illud verò minus propriè, quod Caiū, extin-  
cto patre Germanico, primū in matris; deinde in Linia  
proania sūa cōtubernio māsisse scribit, c. x. Elegāter verò  
Cic. Ver. VII, vbi illud contuberniū muliebris militiæ  
in illo delicatissimo litore. Porrò ad militaris contu-  
berniū similitudinem quandam factum est, vt, cūm in-  
ter seruos iure Romano vera nuptia dici nequeant, ser-  
uile connubium non matrimonium vt inter liberos; sed,  
vti mera coabitatio, contubernium diceretur. Sic enim  
de seruilibus cognationibus pulchre Paulus I. C<sup>us</sup> l.  
XIII, de ritu nupt. Hinc contubernales etiam seruorum  
viores dictae, cum sepe alibi, tum l. CCXX de verb. signif.  
sed & eleganter Seneca, controverſ. lib. III, in contu-  
berniū, inquit, deducta serui domina est. Talis igitur  
apud Virg. Amaryllis. & hoc loco Canis: quæ quanquā  
serua non esset; quia tamen libertinam ducere Senatores  
lex prohibuit, Vespasiani vxor dici nō potuit. quin etiā  
si mulierem cum qua matrimonii iniri potuit, non ta-  
mē maritali affectione, sibi quis adiūcerit; contuberniū  
potius

*potius dicetur, quam coniugium aut nuptie. Sic enim Iustinianus Instit. lib. III, tit. I.*

IV. INSVLAM VECTEM. *Vectim vocant Plin. et Ptolem. verum Ptolemaeus inter Galliam & Britanniā eam constituit. Plinius, quod verius est, inter Britanniā & Hiberniam. Eutropius Vectam scribit. & hinc Vespasiani laudes apud Valerium Flaccum, lib. I; & Silium, lib. II.*

A. PLAVTII CONSVL. LEGATI. *Liber opt. consularis leg. vide Claudi cap. XXIIII.*

TRIVMFHAL. ORN. ET IN SPATIO BREVI. *Tres ms. in breui spatio. sic verò etiam Galba ornamenta triumphalia accepit, et sacerdotium triplex, cap. VIII.*

FRATRI OBLIGARIT. *ms. omnes obligarat, vel obligaret.*

PEREGRINATIONE ACHAICA. *Ner. cap. XVII.*

SALVTATIONE PVBLICA. *Quæ in turba, atque inter ceteros fieret, ut J. Cu loquuntur.*

IUDÆA PROF. RER. POT. *Hoc verissimum de CHRISTO Seruatore vaticinum, nec Iudei nec Romani tunc intellexere. Vide Egesippum.*

ET VT INDVSTRIÆ EXPERTÆ. *Melius ms. vt & industriæ expertæ. Optimus etiam expertus habet. vt, expertos belli iuvenes, Virg. lib. x: &, expertos certaminum, Linius lib. x.*

PROXIMAS QVOQVE. *Recte. non addita dictione ciuitates, quæ est in vulgatis codicibus. Sententia enim est: etiā proximas provincias Vespasianū in se convertisse, admiratione virtutis. Iosephus sanè, nō Iudeā solū: sed orientē totum commotū scribit, missō illuc Vespasiano.*

SCVTO

**S**CVTO SAGITTAS. Lib. duo, scutoq. sagittas.

**O**THONE ATQVE VITELLIO. Codex opt. vi  
ac Vitellio.

**Q**VERCVS ANT. QVÆ ERAT MARTI  
SACRATA. Idem cod. Quercus ant. Marti sacrata  
SINGVLOS REPENTE. Verbūm repente desi-  
deratur in nonnullis MS.

**Q**VICQVAM ALIVD QVAM CACHIN-  
NASSE. Liber unus non habet dictiōnē aliud: loqui-  
tur autem de Tertulla Sabini matre Vespaſiani ania.

**C**. CÆSAR SVCCENSENS PROPTER CV-  
RAM. Libri ms. succensus, aut succensēs, unus etiā  
vetustissimus, sine propter. Terent. Andria, si id suc-  
censeat nunc, id est, propter id. Donatus.

**C**ANIS EXTRARIUS TRICLINIO. Lib.  
ms. ex triuio, vel è triuio. quod sequor. firmat enim  
augurium. extrarius autem opponitur domēstico; quod  
extra focum sacramentum iusq. sit. Male igitur qui  
Latinum negant, & extraneus tantum admittunt;  
Terent. Phormione, hanc condicōnēm si cui tulero  
extrario. & extraria lux, Lucr. lib. I. I. I. I.

**A**D IPSOS ACCVMB. Mallem ad ipsius ac-  
cumbentis pedes. ut in uno codice.

**E**VVLSA RADICITVS ATQVE PRÖ-  
STRATA. Liber unus prostrata, expunctis aliis:  
credo, ne nimium mentiretur. Infr. Domit. cap. xv, ar-  
bor quæ cuersa surrexerat. De eadem quoque Taciti-  
tus, cupressus arbor repente prociderat. Dio non mu-  
nus tragicè, quam hoc loco Suetonius:

**T**ANTVM QVOD EXEMPTVM. Sic Turnebi  
codex, & unus è nostris: alij omnes, recenter quidem  
exemptum. vide Aug. cap. LXIIII, & XCIVIII.

CARMELI DEI. *De has re sic Tacitus lib. II historiarum:* Est Iudeam inter Syriamque Carmelus, ita vocant montem deumque: nec simulacrum deo, aut templum hic tradidere maiores; atam tantum, & reverentiam. *Carmelum vocat Tac. & Suet. deum qui sine nomine est, & regnat in aeternum.*

QVANTVM LIBET MAGNVM. *Li. opt. quilibet magnū.*

JOSEPHVS. *Nobilis ille historicus: quem vide lib. IIII belli Iudaici, cap. XLI. an tamen Suetonius Iosephi nomen addiderit ignoror. Plura Xiphilinus.*

ET IN CIRCVM. *Duo libri, & inde in circum. Placet. Aug. c. XLV, è puluinari.*

BEBRIACENS. *Plura exemplaria vetusta Bebriacensi, ut antè sapius.*

A SOLIS ORTV. *Lib. Tornacensis ab exortu solis. Faustum id, & perse, & quia in oriente tunc agebat Vespas. Horat. lib. III od. XXVI, Oscinem cornuum prece suscitabo Solis ab ortu.*

VI. GERMANICANO. *Sic Illuriciani exercitus, in numero Decij Imperatoris. vide Galb. cap. XX.*

CETEROS ALII ALIVM. *Melius ms. duo, cum ceteros alium alia de causa.*

NOMENQUE EIVS. *Sic Xiphil. Vitellio, Delét Vitellij imagines ex signis, iurantq. sub imperio Vespasiani f. re. quem locum sic cū Suetonio cōpares, ut signa Cæsarū imagines; sic vexilla quoq; eorum nomina præferebant.*

REVOCATIS AD OFFICIVM NVMERIS. *Recte. sic enim & editio Germanica; cum aly muneris legant. Numerus enim militare vocabulum est, non solum pro catalogo seu breviculo militum, quam etiam matriculam vocant recentiores; sed pro ordinibus ipsis turmisq; & cohortibus militum, varie enim distinguebantur.*

bantur. Hinc referri in numeros, in numeris manere, definere in numeris esse, apud Ic<sup>tos</sup> tit. de testam. milit. præsertim l. xiiii, ubi sic Ulpianus: Ex eo tempore quis iure militari incipit testari posse, ex quo in numeros relatus est: antè non. proinde qui nondum in numeros sunt, licet iam lecti tirones sint, & publicis expensis iter faciant, nondum milites sunt: debent enim in numeros referri. Nec minus eleganter l. ii, de his qui not. infamia: Exercitum, non vnam cohortem, neque vnam alam, dicimus; sed numeros multis militum. Hinc ergo Plini ad Traianum epistolam intelligimus, lib. x, qua de seruis inter tirones inuentis, sed qui nondum per numeros erant distributi, querit. addit. epist. viii lib. iii; & quidem Tranquillo nostro, ut arbitror, inscriptam. Corruptus verò Flavius Vopisci in vita Probi Imperatoris locus, cum scribit. Accipit præterea xvi m. tironum; quos omnes per diuersas prouincias sparsit, ita ut numeris vel limitaneis militibus quinquagenos & sexagenos intersereret. lego enim, ita ut numeris limitaneis quinquag. Legio etiā in Macrini vita apud Capitolinum: Quod si vel vnius numeri consensu accederet, neq. ille recusaret, omnes cupidissimè id facerent. Vulgati codices mendosi sunt. Sed & apud Sen. de tranquillitate vita cap. iii, ex his verbis, quæ ministeria quamvis incruenta sint, in numerum stipendiorum veniunt, quanquam apta aliqua sententia colligi possit; multo ramen erit aptior, si in numerorum stipendia, legamus. Denique Claudianus epithalamio Palladij & Serena, cum ait, Regnorum tractat numeros, cuneosq. recenset, locum eum de militaribus copius interpretor: & eodem pulcherrima quadam translatione respexisse

*Virg. arbitror, illo versu, Nauita tum stellis numeros  
& nomina fecit.*

V. IDVS IVLII. Tacitus v. non. Iul. vt alteru-  
ter emendandus sit. & sanè Tacito magis assentior. ne-  
que enim tam longa intercedere potuit mora, tanto Iu-  
daici exercitus ardore. scribam fortasse decepit, quod  
Julio non nisi quatuor Nonarum dies ascriberet.

VERÆ SIVE FALSÆ. Pro vera an falsa, vt  
ferè loquitur Tacitus.

VITELLIVM VICTOREM. Lib. meliores, vi-  
ctorem Vitellium.

VOLOGESVS PARTHVS. Tacitus & Victor,  
Vologesen vocant. Cod. Torn. Vologæsus, per æ scribit.

VII. PROPITIATO MVLTV M. Sic, profligato plu-  
rimum bello, Oth. cap. ix.

BASILIDES LIBERTVS. Atqui Tacitus  
Basiliden hunc è primoribus Ægyptiorum, & quidem  
sacerdotem fuisse narrat: & alioqui non nomine tan-  
tum, quod regale est; sed & in specie ipsa ac functione  
sacerdotis, imperij omen est. Accedit quod Carmeli  
quoque, sine montis siue Dei, de quo ante, sacerdotem  
Basiliden vocat, eundem nimirum, qui in Serapidis  
templo apparuit: siquidem tunc longè ipsum abfuisse  
narrat Suetonius. quibus adductus rationibus, dictio-  
nem libertus à Grammatico aliquo, pari imperitia at-  
que impudentia ascriptam, amouendam censeo. quid  
enim Romani hominis liberto cum Iudeorum, aut Æ-  
gyptiorum sacris?

VT SCILICET INOPINATO. Liber unus,  
vt solet inopinato, & nouo adhuc pr. Placet.

LVMINIBVS ORBATVS. Similia Hadriani  
Principis miracula, apud Spart.

## CONSVLATVS OCTO VETERI ADDI-VIII.

DIT. Veterem vocat, quem priuatus adhuc gessit, sub Claudio principe, ex Cal. Nouembris: quo anno P. Cornelius Faustus & L. Salinius Otho Cal Ianu. interant magistratum. sup. cap. 1111. Infrà Domitiano cap. 1. Onufrius tamen aliter digerit.

PARS VICTORIAE FIDUCIA, PARS IGNOM. DOLORE. Interpretes nescio quos sub prioribus principibus ignominia notatos inducunt: quod ridiculum est. nam cum ignominia dimissi iam milites esse desierant. Victoriae igitur fiduciam, & ignominiae dolorem intelligo, prout vel Vespasiani partes fecuti fuerant, vel adhaeserant Vitellio.

HALIVM OBOLVISSES. Sic scribunt qui ab halando deducunt: sed vetustissimi codices, & Suetonij hic, & Horatij epod. 11, alium scribunt, Edit cicutis alium nocentius. Adde Pierium ad illud Virgilij, Alia serpyllumque herbas contundit oientes.

CLASSIARIOS. Hos remiges seu nauales socios fuisse, iam ante didicimus, Galb. cap. xii. ex eorum igitur corpore quidam vltro citroq; Hostia Romam pedibus commeabant. de quibus hic Suetonius.

PER VICOS COMMEANT. Libri ms. per vi-  
ces: unus etiam commeabant. & sane per vices ma-  
lim: quanquam Roma Hostiam usq; ripa adificiis ple-  
na erant.

CALCEARII NOMINE. Calcearium dixit Suetonius, ut clauarium Tacitus lib. 111 historiaru, pro donatino quod vel in calceos, vel in caligares clanos impenditur. Sic Camelasia, vel, vt alijs legunt, camelaria, apud I. c<sup>105</sup> quod alcendis camelis duratur, l. 1, & t. vlt. de munereb. quo vocabulo usus est etiam Ammia-

nus lib. xvii. Nec alio sensu Ciceronis in Pisonem verba accipio, cum ait, Nonne His centies & octogies, quod quasi vasarij nomine in venditione mei capitatis ascriperas, ex ærario tibi attributū Romæ, in quaestu reliquisti? Vasarium enim vocat omne illud, quo iurari in prouinciam magistratus, supellebilis causa instruebantur. quæ de re Aug. c. xxxvi.

THRACIAM, CILICIAM. Cum diu ante Vespaſianum in ditionem pop. Ro. redacta fuerit Thracia; Turn. aduers. lib. xxiiii cap. xxxvi, Thraciam legi vult: ut eam accipiamus Cilicia partem, quam à montium asperitate sic veteres appellabant. & Thraciam quidem sub Claudio principe factam esse prouincia, auctore est Eusebius Chronicis: verum multò antè Cilicia à proconsulibus administrata Romanis subfuit: & qui Ciliciam dicit, tam asperam quam planam dicere videtur. Accedat Eutropij auctoritas: is enim de Vespaſiano, & quidem ex Suetonio, ut appareat, Achaiam, inquit, Lyciam, Rhodum, Byzantium, quæ liberæ ante hoc tempus fuerant, item Thraciam, Ciliciam, Tracheam, Commagenen, quæ sub regibus amicis erant, in prouinciarum formam redegit. Ut Turnebus tamen assentiar, non solum Eusebij locus suadet; verum id quoq; quod de Cilicia parte Polemoni regi à Claudio tradita, annotavi Nerone cap. xviiii. Sed & Victor, haç de re loquens, Syria, inquit, seu Palæstina, nec non Cilicia Trachea, & Commagene, quam hodie Augustopratensem nominamus, prouinciis accessere. Thraciam igitur apud Eutropium non feremus: & Suetonium, interposita aspiratione, emendabimus.

AERARVM QVE TABVLARVM. Lib. unus, geneatrumque. legenda vero quæ sequuntur unico contextu,

IN C. SVETON. VESPASIANVM. 535  
textu, sublato verbo confecit. sic enim in editione Ger-  
manica, & melioribus ms.

PLEBISCITA DE SOCIETATE. Si codices  
suffragaretur, legerem plebiscita, societas, fædera, ac  
priuilegia cuicunque concessa . alioqui ante dictio-  
nem plebiscita interponenda coniunctio est.

DIVI QVE CLAUDII. Spectat huc Suetonij lo- IX.  
cus, Claudi. cap. XLV: Funeratus est sollempni principum pompa, & in numerum Deorum relatus: quæ honorem, à Nerone destitutum abolitumque, recepit mox per Vespasianum . Sed & Sex. Aurelius Victor: Capitolium, ædem Pacis, Claudiisque monumenta reparauit . monumenta cum ait, non templo Claudi tantum, de quo hic Suetonius; sed & aquas Curtiam & Ceruleam, intellige. has enim à Claudio inductas restituit. qua de re Claudi. cap. xx.

AMPLISSIMOS ORDINES. Amplissimum ordinem etiam equestrem vocat. Ac de ea viriisque ordinis purgatione loqui arbitror Suetonium, qua non solum indignos remouit, sed & gentes, familiæq; composuit atq; restituit: & quidem, si Victor credimus, numero mille; cum agre ducentas repperisset, plerisque tyrannorum sanitia extinctis.

INTERCAPEDINE IURISDICTIONIS. Sic x.  
intercapidinem scribendi facere dixit Cic. epist. famil.  
lib. XVI, ad Tironem: & lib. I de finibus, in quorum vita nulla est intercapido molestiæ: id est, nullum tempus à molestia vacuum. Sed & Sueton. Aug. cap. XXXVII, post longam intercapidinem absintè dicit, pro post longum interuallum. Additum & Furpilium apud Nonium, nunc me ex aliorum ingenij iudicat, Intercapido quorum amicitias leuat.

IVDICIA CENTVM VIRALIA. *Centumuiros*  
 (quos primum quæstura funeti, deinde decemuiri slitibus indicandis, hasta posita, sollemini conuentu cogere solebant: omnibus autem Prator presidebat) de testamentis, alijsq; ciuilibus ac priuatis causis, indicabantur. quales nimurum Crassus enumerat lib. 1. de oratore: ac cernere est apud I. C<sup>o</sup>m<sup>o</sup>, l. xiiii de inoff. test. & l. xxx, de libert. leg. E agitur iudicia qua ad centumuiros pertinebant, Vespasianus etiam aliis extra ordinem cognoscenda commisit. Qua de re qui plura velit, Budæū consulat. addam tantum, in Protoris fuisse potestate, causas quas vellēt solis etiam decemuiris committere: quod oratione pro Cicina, & pro domo sua, Cicero ostendit. unde factum est, ut nonnulli à centum viris ipsis separauerint: cum verisimile sit idem iudicium fuisse, & quoniam non nisi priuatis de rebus indicabat, emendandus obiter Quintilianus, lib. iiiii cap. 1, cūmitas scribit, Quibuldam in iudiciis, maximeque capitalibus, ut apud centumuiros, ipsi iudices exigunt, sollicitas & accuratas actiones, lego enim, & apud centumuiros; vel, vt & apud cent. siquidem, ut dixi, ciuilia tantum iudicia centumuiri tractabant. De quibus elegans admodum Plinius epist. xiiii lib. ii. adde epist vlt. lib. v, & xxiiii lib. iiiii, & xxxii lib. vi. Adde & Suetonium Aug. cap. xxxvi.

AVCTOR SENATVI FVIT DECERNENDI. Observatum videmus ab optimis quibusq; principibus, ut constituturi aliquid venirent in Senatum, atq; ibi ea dere in quam vellēt partem oratione habita censendi arbitrium patribus relinquerent. quo facto Senatus consultum in ipsorum ferè sententiam sequebatur, & interdum à principe tanquam auctore, interdum à consilibus

fulibus in gratiam Senatus, s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> etiam a re ipsa appellabatur. Exempla apud I. C<sup>108</sup> passim obvia. atq; hoc est, quod frequenter eadem de re nunc Senatus consulto, nunc principis oratione cantum aliquid legitur. Quod igitur Vespasianum auctorem fuisse senatu scribit Suetonius, perinde est, ac si ab eo id constitutum fuisse scribebat. Atqui multo ante a Claudio factum narrat Tacit. lib. Annal. xii, his verbis: Inter quæ refertur ad patres de pœna feminarum, quæ seruis coniungerentur: statuiturque, ut ignaro domino ad id prolapsa, in seruitutem sui cōsensisset, & qui nati essent pro liberis haberentur. Quæ Taciti verba quamquam corrupta sunt; nō dubia tamen eorum sententia est: mulierem quippe liberam, quæ alieno seruo ignorante domino se miserisset, veluti proprio consensu seruam fieri; & inde natos quoq; pro liberis non haberi. sic enim S. c. Claudianum exponunt I. c. Ulpianus Inst. titulo ii, Paullus receptarum sententiarum lib. iiiii tit. x, ipse Justinianus lib. iiiii Inst. tit. xi iiii, & in codice suo de S. c<sup>o</sup> Claudiano tollendo. Crebra etiam in codice Theodosiano eius mentio. Sunt itaque qui ve- lint Vespasianum primo suo consulatu, quem sub Claudio gessit, auctorem fuisse ut id decerneretur. Atqui Tacitus nō solum Claudio hoc assyribit; sed & Pallan- tem libertum, tanquā repertorem eius, laudatum ac re- muneratū tradit. Sed & Suetonius hic de Vespasiano, ut iam principe, loquitur. alioqui sanè fieri potuit, ut Claudio rem proponente, Vespasianus tunc consul sena- tri auctor fuerit ex sententia principis statuendi. Alij, pudendo nimis errore, non Claudium ipsum S. c<sup>o</sup> au- storem faciunt; sed Pallantem, qui, cum libertus, Claudi effet, Romana consuetudine patroni nomen

zulerit, Cladius Pallas: ut Tullius Tiro, Iulius Mnester. Ego potius existimauerim S. c. illud, post Claudij obitum licentia temporum obseruari desitum, à Vespasiano instauratum fuisse. Taciti vero locus ille non magno negotio restituetur, si ita legamus, ut ignaro domino ad id prolapsa, in seruitutem, ceu consensisset; & qui nati essent pro liberis ne haberentur: vel, quod ad vetustos codices propius accedit, in seruitutem quæ consensisset. sic enim loquuntur optimi passim auctores. Aliter tamen Lipsius.

NEVE FILIORVM FAM. Id quoque ante Vespasiani tempora sapius cantum. Nam & Latoria legis, circumscriptionem adolescentium vindicantis, meminit Cicero, lib. 111 de offic. & Plantus, Pseudolo, legem quinam vicenariam commemorat; que vetaret adolescentibus pecuniam dari mutuo; ab ipsa, ut opinor, atate, intra quam id prohiberetur, à poëta sic appellatam. Verum, cum ab improbis fœneratoribus leges eluderentur; necesse fuit eadem de re cauere sapientiam & Claudiu[m] scribit Tacitus initio libri 11 Annal. lege lata sanitiam creditorum coercuisse; ne immortem parentum pecunias filijs fam. fœnori darent. eam legem igitur neglectam Vespasianus renocavit. neque id profuit. aliter enim suo mox tempore usitatum fuisse ostendit Iuuenalis, cum ait Sat. 111, fonus promittere patris Nec volo nec possum. Leges igitur bonas semper fœneratorum vicit improbitas: ut de Fusidio illo suo, lib. 1 Sat. 11, tradit Horatius & de Macedone I. c<sup>ui</sup>, ad S. c. Macedonianum; quodram preclari adolescentium circumscriptoris nomen illustrat.

XII. CONDITORES REATINOS. Sic Virgilii lib.

lib. viii, Tum rex Euandrus Romanæ conditor ar-  
cis. condere enim, pro xtiſeu, apud auctores frequens.  
Suet. Aug. cap. xcvi i i. Malgabam qualis condi-  
torem insulæ xtiſeu vocare consueverat.

NON RETIC VERIT. In optimo cod. nec re-  
ticuerit.

CONS VET. SALVTANTES SCRVTANDI.  
Hinc scrutatores dicti, Claud. cap. xxxv non enim te-  
merè qui quis ad viros principes admittebantur. Unde  
admissionis officium mox, cap. xiiii: & admissionum  
Traiani facilitatem laudat Plinius Paneg. sed &  
apud Topiscum Aureliano citantur libri Accoleij  
cuiusdam, qui magister admissionum illius principis  
fuerat: sic enim locum illum restitui, cuius dignitatis  
meminit etiam Ammianus Marcellinus, lib. xv: &  
admissionales, eos qui admittendi ius habebant, appelle-  
bat Lampridius, Alexandro. Verum, quod hoc pro-  
pius spectat, eleganter admodum Vespasianum laudat  
Plinius lib. xxiiii cap. iii, quod equaliter pub-  
licabat principem, cum Claudi Cæsarib[us] libenti ad-  
missionem pro arbitrio dare consueissent, permisso iis  
quibus dedissent etiam principis imaginem in anulo  
gerere. Eodemq[ue] spectat Seneca locus, lib. i de clemen-  
tia cap. x, cum cohortem primam interioris admis-  
sionis appellat, eos ipsos qui primum amicitiae locum  
apud principes tenebant. Qua de re latius multo at-  
que apertius idem Seneca lib. de benef. vi cap. xxxiiii,  
& xxxiiii.

CAVSIDICORVM FIGVRAS. Morsus fi- xiii.  
guratos vocat Macrob. lib. vii Satyrn. cap. iii.

NOTÆ IMPUDICITIÆ. Impudici propriæ,  
qui viris consueverunt. Aug. cap. xxxiiii. quod  
repeti-

repetitum volui, quo melius intelligatur quod sequitur,  
ego tamen vir sum: vel, ut Victor refert, nosti me  
virum esse.

DE METRIVM CYNICVM. *Hic ille opinor Demetrius, de quo sepè Philostratus, vita Apollonij; & Tacitus, extremo lib. xvi.*

POST DOMINATIONEM. *Libri ms. tres, post damnationem. quod sequor. Nam Vespasianus, suadente Muciano, philosophos Roma expulit, relegato in insulam Demetrio. auctor Xiphilinus.*

XIII. VITELLII HOSTIS SVI FILIAM. *Sic nostri quoq; meliores codices, & editio Gallica, pro hostis sibi: & mox, dotauit etiam & instruxit, pro dotauitq.*

EX OFFICIO ADMISSIONIS. *Phœbum vocat Dionis compendium. De admissionibus paullo ante dictum.*

ABIRE MORBONIAM. *Meliores libri, Morbouiam. Dio ἐσκόπησε vertit. Itali, nunc quoque, cui male volunt, morbum imprecantur.*

METIVM POMPOSIANVM. *Cod. Turnebi Pusianum: alter Pusanum. eum ob genesim postea Domitianus occidit. infr. cap. x. ubi constanter Pomposianum legitur, leniore, ut puto, vocis flexu, pro Ponponianum.*

XV. HELVIDIO PRISCO. *Hic ille Helvidius Priscus. genex Thraseæ: de quo præclarè Tac. extremo lib. xvi annal. & initio lib. iiii histor. Inuenal. quoq; Sat. v. Quale coronati Thrasea Helvidiusque bibebant Brutorum & Cassi natalibus. Altercationes etiam de quibus hic Suetonius, commemorat Arrianus, de Epicteti sermonibus lib. i cap. ii, filium Helvidium patricognominem occidit Domitianus. cap. x. De*

De patre & filio elegans Plinij epistola lib. IIII ad Cerealem.

NISI IAM PERIISSE. Liber optimus periisse iam. pronunciatum etiam mallem renunciatum. Tib. cap. XXII.

NEGOTIATIONES. Sic negotiatio Asiatica, XVI. Cic. epist. fam. lib. XV. negotiatio sagaria, Ulpian. l. LII, pro socio. negotiatio lignaria, Capitol. Pertinace. Distrahere autem pro vendere, qua significatione eo verbo hic vtitur Suetonius, proprium f. c<sup>is</sup> est. Adendus porrò locus Plinij, lib. XVIII cap. xxv, de quo Augusto cap. XL.

AD MANVBIAS ET RAPINAS NECESS. COMPVL SVM. In Dionis sanè compendio legimus, Mucianum, tantæ undiq<sup>z</sup> corradenda pecunia non auctorem tantummodo, sed & adiutorem, deriuata etiam in se inuidia, fuisse; habentem semper in ore, pecuniam neruum esse principatus. Manubiarum vero vocabulo vti videtur Suetonius, pro spoliis atq<sup>z</sup> illicito quaestu: vt alibi quoq<sup>z</sup>, & non semel ipse Cicero. De quo verbo Gellius, lib. XI cap. XXII: Asconius, Verrina III: Nonius, & alij. Hinc manubialis pecunia, Augusto cap. XXX.

IN OMNE HOMINVM GENVS LIBERA-XVII. LISSIMVS. Hac verba melius superiori capiti conueniunt, siquidem Suetonium in capita diuidimus.

EXPLEVIT CENSVM SENATORIVM. De censu senatorio sic Suet. Augusto cap. XLI, Senatorum censum ampliavit: ac, pro octingentorum millium summa, duodecies Hs taxauit; suppleuitque non habentibus. Id vero sic exponit Budæus, vt a xx ad xxx. M. coronatorum nostrorum cum censum auxerit.

**XVIII.** ARTIFICES COEMIT. Emere, quod nunc  
mercari est, antiqui, ut scribit Festus, pro accipere &  
sumere ponebant: uti & emptium militem, pro mer-  
cenario.

REFECTOREM COLOSSI. De colosso loqui-  
tur quem Zenodorus ante Neroni fecerat. Ner. cap.  
XXXI, ex Plinio.

INGENTI CONGIARIO. Congiarium vocat,  
quod primato datum fuit, Cæs. cap. XXVII.

PASCERE. Sic duo ex nostris quoque codici-  
bus. vulgationes habent, pascere pane. sed male.

**XIX.** MARCELLIANI THEATRI. Quod Augu-  
stus extruxit. cap. XXIX.

APOLLINARI TRAGOEDO. Tres libri ms.  
Apellari: ut forte Apelli legendum sit: quo sane nomi-  
ne, siue eundem, siue alium memorat Suetonius Cal.  
cap. XXXIII.

TERPNO. Sic etiam editio Germanica, & MS.  
duo. alijs Ptermo. Terpni mentio Nerone cap. xx.

RECTE AC DAPSILE. Recta, legendum: ut  
habent Frobenij codices, & unus ms. infr. Domit. cap.  
vii. Dapsilis autem verbum Plauto familiare.

SICVT SATVRNALIBVS. Paulo concinnius  
ms. duo, dabat sicut Saturnalibus viris apophoreta  
ita & Kal. Martiis feminis. vel, ut in codice Tornacen-  
si, per Kal. Martias feminis. De Kalendis vero Mar-  
tiis quibus femina sua celebrabant Saturnalia, plura  
ad Horat. lib. III od. VIII.

ALEXANDRINI CIBIOTATEM. Sic etiam  
interpretes nostri. tamen ms. Cibiotantem legunt.  
Strabo lib. XVI, in Ptolemaorum genere Cybiosastet  
quendam numerat: atque ita fortassis legendum sit.

Lao.

Loquax autem semper, & ingeniosa in contumelias praefectorum, Aegyptus fuit: maximè Alexandria. quod, cum alij, tum testatur Seneca, extremo lib. de consolatione ad Heluiam seu Albinam manis: & Herodianus, Antonino.

FAVOR ARCHIMIMVS. Sic Turnebo aucto-  
re Pulmannus. Plures tamen & meliores libri, Fauo  
legunt. nec male, vt arbitror. Archimimi vocabulum alibi me legisse non memini: nec à Pantomimo  
differre arbitror; nisi qui primarum partium fuerit ar-  
chimimum vocemus.

FACTA AC DICTA VIVI. Liber unus, viri.  
nec dissipet. imperitus quispiam, quia funeris fit men-  
tio, viui substituit.

CENTVM SIBI SESTERTIA DARENT.  
Hoc est, vel centesimam tantum eius, quam modo ex-  
presserant, summa partem.

VVLTV VELVTI NITENTIS. Aperte qui-  
dem, sed minus verecundè, Mart. lib. III epigr.  
LXXXVII, Vtere lactucis, & mollibus vtere maluis;  
Nam faciem, durum, Phœbe, cacantis habes. Vide  
Festum, Nictare.

NON INFACETE SIQVIDEM. Carolus Lan-  
gius legebat, non infacetè is quidem. quæ lectio sàne  
conciinnior est.

AD NVMERVM IN SPHÆR. DEFRIC. Frictiones quidem summoperè commendant medici: sed audiendos negant qui numero faciant; id enim ex viribus hominis colligendum est. & si perinfirmus est, potest satis esse quinquagies: si robustior, potest ducenties esse faciendum. Vespasianus vero, qui nulla necessitate frictionibus utebatur, numerum voluit esse aquabilem.  
quod

quod conseruanda valetudini magis conuenit.

IN SPHÆRISTERIO. Græca voce *vſus* est, pro ea Thermarum seu balnei parte, in qua post varias exercitationes pila præsertim, vnde & nomen habet, defrigabatur. à τροπιζω. locus igitur valetudini aptus, ut inquit Ulpianus l. XVI mandati: *vbi plura Budens & Beroaldus hic.*

**XXI.** POST DECISA. Sic Horat. epist. ad Macenam, Gaudentem paruisque sodalibus, & late certo, Et ludis, & post decisa negotia campo.

ALIQVÆ PALLACARVM. Libri duo pallacarum. *vti & pelex, propellex*, in antiquissimis quibusq; exemplaribus scriptum animaduerti. Graci tamen παλλανν vocant: & pellicem à pelliciendo deducere videtur Festus. Græca voce *vſus* etiam Plinius lib. XXXV cap. x, *vbi de Campaspe, Alexandro ex pallacis præcipue dilecta*. Adde Gell. lib. IIII, cap. III. & Paulum I.c. l. CXLIIII de verb. signif.

AC SECRÉTO. Codex Tornacensis à secreto. haud dubiè melius.

**XXII.** ET SEMPER ALIAS COMISSIMVS. Liber unus è nostris, cum amicis habet, pro comissimus. eamq; lectionem etiam Pulmannus agnoscit. nec sanè displicet. ut non super cœnum tātūm; sed quouis etiam tempore, apud amicos tamen, iocis *vſus* fuerit.

NE PRÆTEXTATIS QVIDEM VERBIS. sic prætextatus sermo, apud Festum, Gellium, Macrobius: & prætextati mores, apud Juuenalem Sat. II, qui ingenuos minime deceat, præsertim prætextatos.

MENSTRUVVM FLORVM. Sic eum appellat etiam Tacitus. alij Mestrium, quidam Metrium scribunt.

PLAVSTRA P. Q. PLOSTRA. At Probus Grammaticus Plostra potius quam Planstra. unde plostello adiungere mures, apud Horat.

AMORE SVI. Liber unus suo, pro sui. Duo verò meliores, nec sui, nec suo; sed quasi amore deperiret. quod magis probo.

CVM PRODVCTÆ. Scribo perductæ, ut habent optimi codices Cas. c. XLIX. Hinc perductores, non multo lenonibus honestiores. Aliter tamen Pitheus.

RATIONIBVS VELLET REFERRI. Mallem inferri, ut in duobus ms.

IMPROBIVSQVE NATO. Non video quò hæc XXIII. verba spectet. lego itaq<sub>3</sub>, improbiusq. irato. quod optimè huic loco conuenit. versus enim est ex lib. vi i Iliad. de Aiace aduersus Hectorem in pugnam procedente.

ET MAXIME DE CERYLO LIB. Dele maximè. abest enim è tribus ms. qui Cerulo etiam scribunt, non Cerylo. Venustor autem erit sententia, si Cerulum hunc Latine condicionis fuisse dicamus. Latini enim sine Juniani, in vita pro liberis habiti, extremo vita spiritu cum anima libertatem simul amitterant. Inst. de success. libertorum, § vlt. Non ignoror tamen, quo ad ius fisci, deterioris fuisse condicionis, etiā alios cum morerentur, libertos omnes quam ingenuos. Ner. cap. XXXII.

COOPERAT EFFERRE. Melius ms. omnes, ferre, pro dicere aut iactare. Gracorum verò verborum sensus est: O Laches, Laches, cùm mortuus fueris iterum diceris Cerulus. quasi diceret: nunc Laches es. ut lubet, ut Cerulus habeberis mortuus.

ET MAXIME TAMEN. Liber opt. maximè tamen, sine &c. bene.

INVIDIAM AL. CAV. DILVERET. Idem  
codex deflueret. & sānē defluxus interdum & ab initio  
accipitur: ut apud Lucanum, æther defluxus in Au-  
strum. cōcinnē igitur sic legeretur: sed nouitas displicet.

DISPENSATIONEM. Vide Aug. cap. LXVI,  
& Oth. cap. v.

QVEM TVVM PVTAS MEVS EST. Tale  
illud Satyrici, vis frater ab istis libis? O nummi,  
vobis hunc præstat honorem. Vos estis fratres.

PACTVSQVE EST. Duo cod. pactus lucri partem.

ODORE OFFENDERET VR. Huc haud du-  
biè respexit Juuen. Sat. xiiii, cūm ait, Lucri bonus  
est odor ex re Qualibet.

STATVAM COLOSSEAM. Cal. cap. xxxv.  
verbo colosseros.

CVM INTER PROD. Liber optimus sic legit,  
Cūm inter cetera prodigia Mausoleum de repente  
patueret. & sānē dictio Cæsarum minimè necessaria  
est. unicum enim Augusti Mausoleum fuit. Simi-  
lis locus Nerone, cap. XLVI, De Mausolco sponte fo-  
ribus patefactis audita vox est.

AD IULIAM CALVINAM E GENTE AVG.  
Libri ms. omnes ad Iuniam Calvinam de gente vel è  
gente Aug. Interpretes Iuliam supposuere. non recte.  
quasi vero feminine gentis nomen seruum, & non in aliam  
familiam transirent. Sed & Tacitus, initio lib. xiiii,  
Junium Silanum Dini Augusti ab nepotem nominat:  
de quo Plin. quoq. lib. vii, cap. xviii. Et hac igitur  
Iunia è gente Augusti venisse potuit.

AD PARTHORVM REGEM. Verba Vespasianii referens Victor, Istud, inquit, ad Persarum regem  
pertinet, cui capillus est effusior. Idem ergo Parthi  
qui &

qui & Persæ. Barbaros autem reges barbam & capitulum nutritre solitos, prater nummorum & lapidum monumenta, ostendit ipse Suetonius, Cal. cap. v. Libet & illud addere, allusisse ad id Iunenalem Sat. vi, cum sit, Instantem regi Armenio Parthoque cometen Prima videt.

DEVS FIO. Similis Neronis parricide iocus, quo boletum Deorum cibum vocabat, postquam eo occisum Claudium Deum fecerat. Ner. cap. xxxiiii.

CVTYLIAS. De harum vsu Plinii, lib. xxxi, xxxiiii. gelidissimas vocat, eodem lib. cap. iii.

AC REATINA RVRA. Xiphilinus, ex Dione, febribus extinctum scribit, in aquis Sabinis, quæ Cutilia appellantur. Titum quoq; Suetonius, Sabinos antè petijisse scribens; mox addit, excessisse eum in eadem qua pater villa. Reatini ergo ad Sabinos spectant.

VIII KAL. IVLII ANNVM GERENS. Lib. bpt. nono Kal. Iul. annum agens.

IN MEDIA PARTE VESTIBVLI. Idem lib. xxv. tned. parte vest. sine in: ut mox, altera lance; & iterum, altera ipse, omissa ubique propositione.

## IN TITVM.



I. MOR AC DELICIAE GEN. HUMANI. Idem de *Tito Victor*, & *Eutropius* tradunt. Atq<sup>z</sup> equidem *Augusti* & *Galbae* nummis inscriptum legimus, s A L V S G E N E R I S H U M A N I : alijs quoq<sup>z</sup> conserua- tores restitutoresq<sup>z</sup> sese orbis terrarum vocant : sed om- nes omnium titulos *Titus* superat ; qui, omni virtutum genere admirabilis, gentium consensu sic appellatus sit.

IN IMPERIO. Hoc ergo est, quod solus *Titus* in imperio factus dicitur melior.

NE ODIO QVIDEM, NEDVM VITVP. Odio, ob cedes quas praefctus praet. perpetravit : vittuperatione, ob amores & libidinem.

II. PROPE SEPTIZONIVM. Si septizonium tanto ante *Vespasiani* imperium Romae fuit, quomodo Spar- tianum intelligimus, qui *Senieri* Imperatoris opus fuisse scribit, ad caput Appiae viae, non procul a circo maxi- mo, sub palatio, regione x vrbis ? aut igitur collapsum restituit *Senerus* : aut locum ea vrbis regione fuisse di- cemus hoc nomine, ubi postea septizonium *Senerus* ex- truxerat . quod si ita est, nominis etiam ratio in du- biuum veniet. siquidem sic appellatum volunt, quod se- ptem

*prem* siue *zonis* siue *cingulis* (sic enim columnarum ordinis vocant) opus illud affrexerit. sunt qui septisoliis vocare malint. Meminit eius etiam Ammianus.

M E T O P O S C O P U M . Perinde ac si frontis inspetorem dicas. Utitur eo vocabulo etiam Plin. lib. xxxv cap. x. Physiognomi nomen generalius est, pro eo qui se profiteatur hominum mores naturasq; ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. qualis ille Zopyrus, qui Socratem notarat, apud Xenophontem, & Ciceronem lib. de fato. Adde Juuenalis locum e Sat. vi, frontemque manumque Praebedit vati.

Q V I T V M P R O P E A S T . Particulatum, vel tunc, abest ab optimis codicibus.

M O R B O A F F L I C T A T V S . Duo cod. afflictus. nec dispergit. Horat. Sat. i lib. i, Aut aliquis casus lecto te afflixit. De quo vocabulo alibi plura.

H O D I E Q V E . Sic etiam tres nostri ms. alijs hodie quoque.

M A G I S A C M A G I S . Libri duo, magisque ac iii. magis: ac mox, statura procera.

M E M O R I A S I N G V L A R I S . Liber optimus, Memoriae.

L A T I N A E G R A C A E Q U E L I N G V A E . Idem codex, Latinæ Græcæque, absq; verbo linguae. sed nihil muto. ut promptus linguae dicat, Græcorum more.

F I N G E N D I S P O E M A T I B V S . Hanc gloriam etiam Domitianus affectabat. sed uter prestantior in poëtica haberetur incertum est. alijs Domitianum magis commendant: Titum Suetonius. Vide Plini epistolam operi Naturalis historiae præfixam, & mox Domit. cap. xx.

NOTIS QVOQVE EXCIPERE. De notis diximus Galb. cap. v. De celeritate vero notarum, & quam multa paruo spatio scriberentur, Seneca epist. xiiii ad Lucilium. & Quintil. lib. xi cap. ii. vulgariter enim & illud, Homeri Iliadem in nucis putamine sic inscriptam fuisse, ex Solino. Sed & Plutarchus, Catone, auctor est orationem eius quam aduersus Cæfarem de Catilina sociis habuit, notis exceptam sua adhuc atate existitisse.

CVM AMANVENTIBVS, Libertos seruosq; à manu vocant etiam vetusti lapides; ipse Suetonius, Ces. cap. LXXXIII, & Vespas. cap. III. Paulus I.c. no-tarios, l. xl de testam. milit. scribes quoque & libra-rios dici inuenias.

AC PROFITERI SAEPE SE MAX. FALT-  
SARIVM. Mallem, ut in duobus ms. ac sapè pro-  
ficeri, nam qui tam peritè alterius chirographum imi-  
taretur, quotiescumque vellet falsarius esse poterat.  
chirographum autem vocat, quod propria cuiusque  
manu scriptum sit. uti & Aug. cap. LXIII, Nihil  
æquè laboravit, quam ut imitarentur chirographū  
suum. Sed & Paulus I.c. l. xx de testamentis, sin-  
gulos testes, qui testamento adhibentur, proprio  
chirographo adnotare conuenit, quis, & cuius testa-  
mentum signauerit, Eleganter Cic. 11 Philip. Quo  
me teste conuinces? an chirographo, in quo habes  
scientiam quæstuosam? qui possis? sintenim libra-  
rij manu. Notat enim Antonium id facientem, quod  
Titus se facere posse dicebat. Chirographum, hac signi-  
ficatione, Græci ἰδιόχειον appellant.

III. SVMMA INDVSTRIA NEC MIN. MODE-  
STIA ET FAMA. Multo elegantius quod in frag-  
mente

mento vetusti cuiusdam cod. repperi, summa industrie  
nec minore modestiae fama.

APPARET EX IMAGINVM. *Liber opt.* sicut  
apparet statuarum & imaginum eius multitudine, ac  
titulis. *Titulos autem operum inscriptiones vocat, quibus*  
*ob quas causas ea essent posita declarabatur.*

ARRICIDIAM TERTVLO PATRE. *Melius lib.* duo ms. meo saltē iudicio, Arricidiam Ter-  
tullam paire eq. R. sed præf. *Meminisse autem de-*  
*bemus, præfecturam prætorij summum fuisse honorum*  
*equestris ordinis gradum. Galba cap. xiiii.* *Male*  
*igitur qui, sed & præfecto, hic legunt: Tertullum enim*  
*equitē tantū fuisse significat; sed in eo ordine summū.*

MARCIAM FVRNILLAM. Sic in optimo cod.  
*Vulgati Furuillam vocant: interpretes, & ms. duo,*  
*Fuluiam. non recte. nam & Furnia gens Romana est,*  
*& quidem consularis: Marcia tamen multo illustrior.*  
*Hoc igitur est, quod eam splendidissimi generis fuisse*  
*adivcit Suetonius. Sunt qui Marciam Flauillam le-*  
*gent: sed auctoritas deceat.*

TARICHEAM ET GAMALAM. *De his Io-*  
*sophus, & Egesippus. Plinius quoque, & alij.*

REDIIT EX ITINERE. Corinthum usq; pro-  
cesserat. *Redit autem, pro rediit scribunt ferè antiquiss.*  
*codices: uti & Pandectæ Florentini. veterum more, qui*  
*I longum pro geminato ponebant.*

PAPHIÆ VENERIS ORACVLLO. *Id in Cy-*  
*pro inclytum habebatur. Tac. lib. II hist.*

NATALI FILIÆ SVÆ. VIII mensis Septem-  
bris die. *Josephus lib. vii.*

BOVE APIDE. *Sic codex Turnebi, & editio*  
*Gallica. alij boue Api scribunt.*

DE MORE SIQVIDEM. Editio Frobenij de more is quidem: qua ratione locū similem correxi mus Vespas. cap. x x. sed hic siquidem retineo. de Apī autem qui plura velint, Plinium, Diodorum Siculū, Aelianum, & præceteris Marcellinum consulant lib. xxii histor.

SECVS INTERPRET. Liber optimus, secius: alias sequius. quod etiam Turnebus sequitur. & mox, Dein Puteolos, pro dehinc.

VI. QVAESTORIS VICE. Id enim quætorum, qui candidati Principis vocabantur, officium erat. Aug. cap. LXV.

NISI AB EQVITE R. Hoc ergo est, quod præfatione sua ad Titum ait Plinius, triumphalis ac censorius tu, sexiesque consul, ac tribunicae potestatis particeps: & quod his nobilius fecisti, dum illud patri pariter & equestri ordini præstas, præfectus prætorio eius. Porro ex equestri ordine præfatos prætorio sumi solitos, etiam alter Suetonij locus ostendit, Cland. cap. xii: neque in eo ordine maius quicquam aut sublimius fuisse, Galb. cap. xiiii. Idem etiam Capitolinius nos docet, de Perrinace scribens, M. Aurelium palam doluisse, quod cum, cum Senator esset, præfatum prætorij facere non posset. Primus vero Alexander statuit, ut præfetti prætorio Senatorij ordinis insignia haberent: ne Senatorem per non Senatorem iudicari contingeret. sic enim de eo tradit Lampridius. Nec dissimilis Spartiani de Hadriano locus est, his verbis: Cum Tatianum ex præfecto prætorij ornamenti consularibus præditum ficeret Senatorem, nihil amplius quod in eum conferre posset se habere ostendit. Loquitur autem de ordinis Senatorij dignitate.

EGITO<sup>VE</sup> ALIQVANTO INCIVILIVS.  
Præfecturam scilicet: ut agere Tribuniciam potestatem, agere honorem, pro gerere.

DEPOS CERENT VR. Plura & meliora exemplaria, deposcerent. Placet. sic enim & Victor, Præfecturam prætorianam patre imperante adeptus, suspicuum quemque & oppositum sibi, immisso qui per theatra & castra inuidiosa iactantes ad pœnam poscerent, quasi criminis conuictus oppressit.

A CAECINAM CONS. VIR VM. Deleo virum. sic enim & opt. codices, & Victor ad verbum è Suetonio: à quo tamen in eo discrepat, quod ob suspicionem stuprata Beronices, quam etiam uxoris nomine dignabatur, iugulatum dicit.

COMISSIONATES. Comissiones etiam hoc VII.  
loco habent ms. nostri. vide Vitellium, cap. xiiii.

IN CONCIONIBVS PATRIIS. Patris legitur in antiquis codicibus, & nonnullis etiam impressis. Sed quæ obsecro è concionibus rapina? Victor scribit iurgia sub patre venumdata. unde affirmare non dubitem, cognitionibus esse legendum. Principum enim cognitionibus iurgia decidebantur.

DEINDE PROPALAM. Denique propalam, lib. ms. & editio Germanica.

PRAEMIARIQVE. Verbum elegans & antiquum, pro quomodolibet questum facere. præmia enim veteres, quascumq; utilitates & vita commoda dicebāt. Lucr. lib. iii, Omnia perfunctus vita præmia. & initio lib. v, qui talia nobis Pectore parta suo quæsi- taque præmia liquit. Hinc premiosus, pro pecuniosus, apud Festum. & præmiatores nocturnos predones exponit Nonius. quod suo in Lucretium indice annota-

*uit Obertus Gifanius. Atque hinc porrò intelligimus Tibulli locum, lib. i eleg. 11, Nec sinit occurrat quisquam qui corpora ferro vulneret, aut rapta præmia veste petat.*

**N E Q V E V L L O V I T I O R E P.** *Codex optimus, neque vitio vlo reperto. Vitium vocare videtur, quod natura insuerit; non quod artas attulerit, aut paterni imperij occasio. sic enim Tacitus, initio lib. ii hist. Latam voluptatibus adolescentiam egit, suo quām patris imperio modestior.*

**A C Q V I E V E R V N T.** *Sic Tib. cap. lvi, quibus vel maximè acquiescebat.*

**P R A E C I P V E Q V E S V M P T A M S I B I B E R E N.** *Lector diligēs facile animaduertet subesse mendum. Beroaldus in cod. ms. legi affirmat, præcipueq. sunt vīsi. nemini itaque dubium, quin hac precedentibus annexenda sint, legendumq; acquieuerunt, præcipueque sunt vīsi. Berenice qui plura velit, Tacitum, Xiphilinum, Iosephum, & Egesippum legat. De eadem Iuuen. Sat. vi, adamas notissimus, & Berenices In digito factus pretiosior: hunc dedit olim Barbarus, incestæ dedit hunc Agrippa sorori.*

**E G R A T I S S I M I S D E L I C A T O R V M.** *Eneruatos greges vocat Viator. vide Vespaf. cap. iii, ad verb. delegatam.*

**S C E N A M T E N V E R I N T.** *Id est, principem in ea locum habuerint. sic scholam tenere, tenere Remp. Cicero, & alij.*

**F O V E R E P R O L I X I V S.** *Lib. vnus, pronixius: ascriptumq; alijs prolixius. & consuenit quidem huicmodi verbis vti Suetonius: prolixius tamen & elegans est, & Ciceroni familiare.*

IN PUBLICO OMNINO COETV. *Vulgati*  
*cod.* in publico omni cœtu. *Omnium optimus sic, spe-*  
*ctare omnino in publico supersedit. qua lectio ger-*  
*mana est.*

CELERITER EXSTRVCTIS. MS. tres, cele-  
 briter. sed celeriter retineo ex *historia*. sic enim &  
*Martial.* Hic vbi miramur velocia munera thermas.

QVINQUE MILLIA. Sic *Eutropius*, & *Oro-*  
*sius chronicis*. *Dionis compendium impudentius no-*  
*nem ponit.*

ALITER RATA NON HABERENT. Di- VIII.  
 Etio rata, quod miror, abest ab omnibus ms. nec indigna  
 fortassis *Shetoni locutio* est.

PROPOSITO GLAD. MVNERE. Sic propo-  
 sito millies Hs, *Tib. cap. XLVIII.*

STUDIVM ARMAT. THRACVM. Contra  
*Domitianus mirmillonibus fauebat, cap. x.* *Caius etiā*  
*Thracibus, cap. XXX.*

CAVILLATVS EST. *Cauillatio*, ut eleganter  
 exponit *Festus*, iocosa calumniatio est. & *Nomius*,  
*Cauillatur pro iocatur.* *Adde, si libet, 7c<sup>os</sup> l. CLXXVII*  
*de verb. signif. & l. LXV de regulis iuris, ubi cavitatio-*  
*nem esse tradunt, quam Graci cōpītū vocant. Cicer.*  
*cavillari & iocari coniungit, epist. ad Att. lib. II.*

CONFLAGRATIO VESEVI MONTIS. *Lib.*  
 duo Veselij: & mox, Vesebio, nota litterarum V & B  
 cognatione. Alij Vesuum vocant. *Vesbium quoq;*  
 & *Vesuum*, ut *Graci Cēstior.* hinc *Vesuvia inga*, &  
*Vesuvia*. at *Virgil.* vicina Vesuo Ora iugo. neque  
 temere rei vnius nomen toties mutatum innicias: ut  
 taceam, primam syllabam nunc produci nunc corripi.

NIHIL NISI SIBI PUBLICE PERIISSE TE-  
 STATVS.

STATVS. *Hic quoqu variant codices. mis. vnuis sic babet, vrbis incendio nihil perisse testatus est publicè: alter sic, nihil nisi sibi perisse testatus est publicè: optimus sic, Vrbis incendio nihil publicè perisse te-  
status, cuncta prætoriorum suorum ornamenta. qua-  
leçcio mihi magis placet, nam illud nisi sibi rei ipsius  
narratione intelligitur.*

OMNIVM SACRIFICIORVM. *Mallem,  
ut in cod. Tornacensi, omni sacrificiorum.*

DELATORES MANDATORESQUE. *Mandare est gerendum aliquid alicui committere. Hinc mandatores dupliciter fere accipiuntur apud Ictos: & hi videlicet quorum mandato pecunia alicui creditur; nec quicquam à fideiussoribus differunt; nisi quod illi tanquam autores præcedunt, fideiussores vero sequuntur. & hi qui delatores instruunt subornantqu, ad ac-  
cusandum, quare, ut in pari sunt turpitudine, sic pa-  
rem quoqu, pœnam detecta calumnia merentur. sic enim Callistratus, l. 11 de iure fisci, Diuus Pius Cæcilio Maximo rescripsit, constitutionem patris sui, qua compelleretur delator edere mandatorem, ac nisi edidisset ut in vincula deduceretur, eò pertinere, non ut delator pœnae subduceretur, si mandatorem ha-  
beret; sed ut mandator quoque, perinde atque si ipse detulisset, puniretur. Differt tamen à manda-  
tore exhortator, aut instigator tantum, quod Papi-  
nianus respondit, l. xx de his qui not.infama. auto-  
rem ergo fieri necesse est, ut mandatoris nomine quis puniatur. Male autem qui amandatores aut emen-  
datores hic legunt.*

S V B I I C I IN SERVOS AVT VENIRE.  
*Mallem ac venire, nam illud, subijci in seruos, sic  
inter-*

*interpretor, ut hasta subiecti pro mancipijs vendantur.*  
*Iunen. Sat. 111, Et venale caput dominæ præbere*  
*sub hasta. nihil multo tamen. sepè enim, quod pulchre*  
*Paullus Ic. ait, coniuncta pro disiunctis, & disiuncta*  
*pro coniunctis accipi necesse est. l. 111 de verb.*  
*signific.*

VLTRA CERTOS ANNO S. Hinc titulus ille  
*codicis Justiniani, ne de statu defunct. post quinquen-*  
*nium queratur. Sed & Capitolinus, de M. Antoni-*  
*no, de statu, inquit, defunctorum intra quinquen-*  
*nium queri iussit.*

PVRAS SERVARET MANVS. Sic Horat. **IX.**  
*lib. 1 Sat. 111, at bene si quis Etvixit puris manibus.*  
*nec dissimile illud Plini lib. xvii cap. 111, honestis*  
*manibus omnia lætius proueniunt. loquitur enim de*  
*agricultura; in qua cultorum innocentia felicius agi-*  
*tur: at quanto ea magis in pontifice requiritur. Sancte*  
*igitur Titus. nam Di (quod in Alcibiade docet Pla-*  
*to) integritate animorum & precibus placantur. ele-*  
*ganter etiam Horat. lib. 111 od. xxiiii, Immunis*  
*aram si tetigit manus.*

SED PERITVRVM SE POTIVS QVAM  
 PERDITVRVM. Digna vox optimo principe. Libri  
 verò nonnulli habent, puniturum: sed perditum  
 magis placet.

ORNAMENTA PVGNANTIVM. Victor mir-  
 millonum gladios exponit. Ornare eleganter dixerunt  
 veteres, pro instruere. sic ornati asini, apud Catonem de  
 re rustica: ornamenta iumenta, apud Ulpianum l.  
 xxxviii de edilit. edicto: ornata pronicia, & orna-  
 re prouinciam, apud Suet. Ces. cap. xviii. male igitur  
 qui hic instrumenta substituunt.

VENTVRVM QVANDOQVE ET AB ALIO.  
*Quanto venustius in optimo codice, verùm quandoque & ab alio. Cicero vi famil. donec ille quandoque veniat.*

- x.** HOSTIA AVFVGERAT. Sic Cesare, cap. LIX.  
 vide Galb. cap. XVIII. liber unus non malus afugerat:  
 ut afuit, in Pand. Flor. pro absuit.

TEMPESTATE SERENA. Idem de Casaris  
 morte Virg. i Georg. Non alias calo ceciderunt plu-  
 ra sereno Fulgura. Horat. lib. i od. XXXIIII, per  
 purum tonantes Egite equos, volucremque cursum.  
 Sup. Aug. cap. xcV.

DIMOTIS PLAGVLIS. Plagæ, inquit Nonius,  
 grande tegmen linteum, quam lecticariam sindo-  
 nem dicimus. Hinc igitur plagula, non totum illud  
 lectica tegmen; sed quibus fenestra lectica obtegeretur.  
 quo vocabulo usus est etiam Linius lib. IX, ubi de luxu  
 ex Asia Romanam aduerso conqueritur. Malè ergo,  
 qui pallulis legunt: peiusq; qui paludamentis.

- XI.** EXCESSIT. De morte Fiti, & quidem tanquam  
 veneno sublati, nonnulla minime vulgaria Philestratus  
 de vita Apollonij lib. VI. & Xiphilinus, quæ vide.

AD CVRIAM CVCVRRIIT. MS. duo concur-  
 rit, ut supra Othone, cap. VIII.

QVANTAS CONGESSIT. Malè, sic enim  
 legendum: Tantas mortuo gratias egit, laudesque  
 concessit, quantas ne viuo quidem vñquam. quam  
 huius loci correctionem Entropio debemus, Suetonij  
 verba referenti.

## IN DOMITIANVM.



ONOREM. *Consulatus scilicet, quem I.  
per duos nouissimos anni menses gessit. Vespas. cap. 111.*

AD MALVM PVNICAM DOMO  
QVAM. Declarat hoc P. Victor, de regionibus urbis,  
cum ait, Malum punicum, ad quod Domitianus de-  
dicauit templum Mineruæ Flauianæ, seu templum  
gentis Flauiae, & erat domus eius. quod dictum volui,  
ne quis malum Punicum insigne domus illius fuisse exi-  
stimet. fuit autem regione urbis vi. De quo prafatio-  
ne operis sui Valerius Flaccus, Ille tibi cultusque  
Deum, delubraque genti Instituet. loquitur enim  
de Domitiano; non de Tito, ut quidam viri docti cre-  
dider. Quamuis enim Titus patrem Vespasianum  
consecravit; non idcirco Domitianus excluditur. qui &  
ipse, templi de quo agimus dedicatione, diuinos parentis  
suo honores instituit. Quo referendum etiam illud.  
Martialis lib. ix, Addita quid Latio Flauia templa  
polo: Nam Latium polum appellat, eam veluti poli  
partem, cui Latinorum Romanorumq; Diij transcri-  
pri fuerant: eosq; inter Vespasianus. At Beroaldus  
foto, pro polo legit.

A DOLESCENTIAE TEMPVS. Lib. vnuis tempora.  
PRAETORIVM VIRVM. Mallem abesse vi-  
rum.

tum. sic enim loquebantur veteres.

POEMA NERONIS. Ut hunc Clodium Pollio-nem, sic Afranium Quintilianum, vel, ut alij volunt, Quintianum, probroso carmine diffamanit Nero. auctor Tac. lib. Annal. x v. eius autem carminis inscriptio erat Luscio. Hinc itaque intelligimus illum Juuenalis versum e Sat. 1111, improbior Satyram scribete cinædo. Neronem enim significat, qui molles, ipse mollior ac nequior, carminibus suis perstrinxerat.

POLLICENTIS. Sic omnino scribendum. pollicen-tii tamen m.s. nostri omnes: ut polliciti legendum esse quis suscipetur.

CORRUPTVM DOMITIANVM. Dicitio Do-mitianum rectius abesset.

ISIACI CEL. HAB. INTER QVE SACRIF. Libri duo, inter sacrificulos, haud dubie melius. sic enim eadem de re Tacitus, lineo amictu turbæ sacri-colatum immixtus. Sic nimirum & M. Volusius, edi-lis plebis, proscriptus à 111 viris, Isiaci habitu per iti-nera viasq; publicas stipem petens, enasit. Appianus bello civili li. 111, & Valerius Max. li. vii ca. 111. Quem verò Isiaci habitu hic Suetonius vocat, Tacitus lineum amictum appellat: ut linteum religiosamq; vête-stem ipse etiā Suet. Tib. ca. xxxvi, & Oth. cap. x 11. Elegāter etiam Tib. li. eleg. 111, Vt mea votiuas red-dens tibi Delia voces, Ante sacras lino tecta fore se-deat. Sed & Juuen. Sat. vi, Isiacorū gregem linigerum pariter & caluum vocat: ab amictu nempe linigerum; caluum, quod & caput raderet. Vnde Martialis quo-que, Linigeri fugiunt calui, sistrataq; turba, nec ine-le-ganter Gratius de venatione, Vix operata suo sacra ad bubastia lino Velatur sonipes æstiui turba Canopi.

Ortum

Ortū id verò ex Orphei & Pythagoræ disciplina, qui lanca omnia in rebus diuinis, ut impura & profana, dabant. Qua de re, in defensione sua Apollonius apud Philostratū, lib. VIII cap. IIII. cui addere poteris Plin. lib. XIX c. I.

HON. PRÆT. VRB. CVM CONSVLARI POT. Mallem abesse præpositionem cum, ut in duob. MS.

ÆLIO LAMIAE NVPTAM. Hunc Ælium Lamiam interfecit, inf. cap. x. Inuen. Sat. IIII.

MIRARI SE VESPASIANO DICTITANTE. Xiphilinus, ex Dione, Vespasianū gratias egisse scribit Domitiano filio per litteras, quòd se adhuc sineret imperare. De Domitianī vero ambitione Tac. extremo li. IIII. histq.

OB HÆC CORREPTVS QVO MAGIS ÆTATIS. Lib. II. MS. ob hoc corruptus, quo magis & ætatis & condit.

EQVO ALBO COMITATVS EST. Æn. n. e. l. v. t. o. s. vertit Zonaras. nec male Zonarae interpres equum singularem exponit. nā & nauigia quedā aëtuaria, quòd uno tantum remo agantur seu remorum ordine potius, Graci n. e. l. v. t. o. s. vocant. Celoces Gellius. Vide quæ notamus ad Tib. cap. VI, funali equo.

VNVM ORDINARIVM. Ordinarij consules dicebātur, qui kal. Ian. imibant, à quorum etiā nomine ordinabatur annus: alij, suffecti. Cæs. cap. LXXVI.

ET QVIA DISCVSSA EST. Scribo sine est. discussans autem rem dicit, quoniam modo transactam atq; compositam. Sic diffidere, secare, decidere.

DVPLVM DONATIVVM MILITI DONARE. Mallem ut in uno cod. offerret, non quòd displiceat donarium donare: sed quia offerre hic magis idoneum est. duplum enim intelligo eius quod frater Titus promiserat.

PARTICIPEM IMPERII. Sic etiam dno nostri  
MS ceteri, et vulgati omnes, principē imperij sed male.  
nam quod Titus enī cōsortē imperij restabatur, vt supra  
cap. ix, id voluntarium erat, non ex testamento debitū.

PRO MORTVO DESERI. Xiphilinus & Zona-  
ras, ambo, vt opinor, ex Dione, iussisse tradunt in cistam  
niis plenam coniici: tanquam refrigerio scilicet indi-  
geret, atque interim citius periret.

III. SECRETVM HORARIVM. Xiphilinus & an-  
te imperiū & cūm iā Imperator factus esset, in Albano  
enī degere, et huīsmodi ridicula factitare solitū scribit.  
Idem ferme Plinius Panegyrico trādit: vt tenebras sem-  
per secretūq; optantem, nec unquam ex solitudine sua  
prodeuntem, nisi ut solitudinem faceret, grauiter repre-  
hendens. quo fit vt secretū istud horariorum vocari à  
Suetonio, & quidem initio principatus, admirer. nam  
& Victor has nugas pāne assiduas fuisse ostendit. Sunt  
qui solarium pro horatium legant: vt secretori alicui  
solario, seu diæta ad solem positæ, se incluserit. de quo  
vocabulo dictum Claudio cap. x. & sanè id cum muscis  
non malè conuenit. horariorum tamen retineo. vt secretū  
sumere dixerit, quemadmodum captare, & desiderare  
secretum, Oth. & Claud. cap. x: idque horariorum vocet,  
non quod unius tantum horæ: sed ad tempus aliquod fue-  
rit, aut certa diei parte: vt hora matutina, meridiana,  
vespera, apud Plin. lib. xix cap. xi.

STYLO PRÆACVTO CONFIGERE. Hinc Victoris  
locum emēdo, cūm ait, signisque ridiculè remotis om-  
nibus, muscarū agmina persequebatur. legendū enim  
stylisque ridiculè, remotis omnibus, m. agm. pers.

A VIBIO CRISPPO. De hoc sic Quintil. lib. x: Vibius  
Crispus, cōpositus, & iucundus, & delectationi natus;  
priuatis

priuatistamen causis quā publicis melior. Simile eius iocū de Vitellio refert Xiphilinus. cū enim, contracto in Vitellij coniunctis morbo, per plures dies ea intermisserit; ac nonnulli interea comedendo periissent; se quoq; nisi agrotasset, omnino peritum fuisse dixit. Pulchre igitur Juuenalis Sat. 1111, venit & Crispi iucūda senectus, Cuius erāt mores qualis facūdia, mīte Ingeniū. Tactus tamē, lib. 11 & 1111, vt delatorē notat: quod eū fortassis fidentiorem fecit. verū fides penes auctorem sit.

CONSALVT AVERAT VT AVGVSTAM. Ut particulam abesse malim, vt & dictionem eandem qua subsequitur. inserta sunt enim ab imperito aliquo, qui periodi longitudine offendebatur.

REPVDI AVIT. Sed & Paridem interemit. ex Dione. Cum verò eā postea reduxisset. signati tam eius

quā Domitiae nummi, cum inscriptione CONCORDIA AVGVSTI. Filii preterea ē Domitia

natū obiisse infantē, ac consecratum fuisse, prater Martialem & Papiniū, ostendunt alij Domitia nummi, quibus illa DIVI CÆSARIS MATER inscribitur. & aliis eiusdem Domitia multo pulcherrimus apud Ioannem Vinianum cū hac inscriptione DIVVS CÆSAR IMP. DOMITIANI F.

MISTURA QVOQVE IN AEQVABILI. Legō ex duobus cod. mistura æquabili vitiorum atque virtutum. quam lectionem testatur etiam Pulmannus.

SOLEMNES BIGAS QVADRIGARVM. ILL.

QVE CVRSVS. Sollemnes vocat, sine quibus circenses nulli peragerentur.

AD LYCHNVCHOS. Lib. duo lychnos, vide Cœf. cap. XXXVII.

QVÆSTORIIS MVNERIBVS. Videnda que in Cland. notauiimus, cap. XXIII.

PORTENTOSO PARVO QVE. Melius paruo portentiosoque, ut in uno cod. ms.

FABVLABATVR. Lib. duo fabulari.

ECQVID SCIRET CVR SIBI VISVM ESSET. Inter varias lectiones hæc Turnebo potissimum placuit. nec mihi sanè displicet. nullū tamen vidi codicē qui sic legeret. malle itaq; ecquid sciret, & ecquid sibi visum esset. quarebat enim primum, ànne sciret quid proxima prouinciarum ordinatione factū esset; deinde, an & illi visum fuisset Metium Rufum præficere Ægypto.

CIRCVMDVCTO. Libri omnes quos viderim circuстроto: vnius tantū margini adscriptū, aliás circuducto. quod nō probbo. effosso enim dixisse satius erat. circumstructū verò intelligo, in cuius circuitu sedilia exstructa fuerint, vnde spectari pugna posset. sic enim Aug. cap. XLIII. & fortassis ha porticus fuere, quas inter Domitiani opera enumerat Eutropius: uti Naumachiam cap. sequenti Suetonius.

INTER MAXIMOS IMBRES. Ipse mutata sapientia panula: cùm alius neque abire permitteretur, neque panulam sumere.



LVDOS SECVLARES.  
A. V. C. DCCCXL. quo Domitianus XIV cum L. Minucio Rufo cos. fuit. Censor. de die natali, nummi veteres.

CEN-

CENTVM MISSVS. Cum xxv tantum peragi solerent, & septenis quidem singuli spatiis; Domitianus centum, sed quinis tantum spatis exhibuit, ut egregie explicat Beroaldus. Adde, si libet, Seruum in illud Virg. lib. iii Georg. Centum quadriugos agitabo ad flumina currus. & Prop. lib. ii eleg. xxv, Aut prius infecto deposita præmia cursu Septima quam metam triuerit arte rota.

QVINQVENNale CERTAMEN. Vti & Ner. cap. xii. sed Domitiani certamen, quod ab eo annus magnus seu lustrum (ut Censorinus tradit) obseruari cœperit, usque ad Constantini tempora dserauit. Adde Plinium lib. iiiii epist. xxii, queq; in Augustum notauiimus cap. xcvi, & qua in Claud. cap. xii, & qua in Calig. cap. xx.

CORONATORVM. Scribo coronarum. etiam aduersus libros omnes, quos viderim. sic ampliare numerum palmarum, Ner. cap. xxii.

CHOROCITHARISTÆ ET PSILOCITHARISTÆ. Sic Turnebus, libro aduersariorum xx cap. xvi, & nonnulli ex nostris ms. vt psilocitharistas intelligamus, eos qui solo nudog; citharae cantu psallunt: chorocitharistas vero, qui plures rna fidibus modulare co-cinunt. nam citharædi etiam ad fides canunt. sic ille. Ego psallocitharistæ, vt plures habent codices, retineo. citharædus enim, sine quod idem esse arbitror citharista, generale nomen est, pro eo qui citharam pulsat, sine voce accinat sine non: chorocitharistæ vero plures sunt citharædi rna modulantes. quod vocabuli ratio ostendit. qui si non citharis tantum, verum etiam voce accinen-tes symphoniam seruent, tanquam cantores quidam ci-tharædici, psallocitharistæ appellantur. Varro apud

*Nonium*, In conuiciis pueri modesti, vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, & assa voce, & cum tibicine. assa voce, id est, sola lingue voce. ut enim ex altero *Varronis loco ibidem traditum Nonius*, Melos in cantibus bipartitum erat, in assa voce, & organicon.

IN STADIO VERO CURSV ETIAM VIRGINVM. *Melius sic quidem quam ut in vulgaris legitur*, cursu etiam virginis. Mallem tamē, cursu virginū tegere. sole enim virgines decurrerunt. ex *Dione*.

TOGA GRÆCANICA. Nescio quomodo in codices omnes nostros MS. Germanica irrepserit: maximè cum etiam crepidatum indicat: crepida autem Græcorū sunt: et certamē ipsum Græcum fuit. attamē, cū Germanici nomine precipue delectaretur, & togā Græcanicā dicere perinde absurdū sit: ac pallium Romanū, lector cogitet.

MINERVÆ CVI COLLEGIVM. Mineruam, cuius etiam filius dicti accedit voluit, videriq; eius omnia consilio agere, præcipua veneratione Domitianus semper coluit: quod non solum eius etatis historici, sed & Quintil. & Philostratus attestantur: nummi præterea pluri-  
mū, Dea effigiem preferentes. quare, in Albano monte non solum quinquatria annis singulis celebravit, sed & collegium instituit: quod insigniter describit Iuuen. Sat.  
11, tam liber & verax atque ubique sui similis, quam  
conivavani ac futilis Papinius ac Martialis, quanis  
occasione turpissimè adulantes.

MAGISTERIO FVNGERENTVR. Sup. cap.  
11, Annus municipalib. magisteriis.

REDDERENTQVE. Mallem ederentque eximias venationes. natus inde error, quod præcedens dictio in R definit. De his autē venationibus intelligendus  
Iuuen.

*Iuuen. locus, è Sat. IIII, cominus vrsos* Figebat  
Numidas Albana nudus arena Venator.

NUMMORVM TRECENTORVM. *Meliores libri, trecenorum.*

INTER SPECTACVL A MVNERIS. *Huius loci sententia est, Domitianum spectaculo muneris gladiatori⁹ populo, ibidem sedenti, epulum dedisse. ex Dione.*

SEPTIMONTIALI SACRORVM QVIDEM DIE. *Dicitio die abest ab omnibus nostris ms. ex quibus etiam unus sacr. non sacerorum habet. Legi igitur, septimontiali acro quidem: nisi quis quondam, pro quidem, malit. nam haec dictiones & cognatae sunt, & una atque altera sepe littera notabatur. Varro autem lib. V de ling. Lat. septimontium diem ipsum vocat quo id sacrum celebrabatur, dictum, ut inquit, ab his septem montibus in quae sita vrbs est. Idem ferme Festus. Turnebus vero, lib. aduersariorum V, totum hunc locum sic restituit: septimontiali die Senatui & equiti panaria, plebi sportellas cum opsonio distribuit. Verum Turnebus, quod pace tanti viri dixerim, illi excellenti suo ingenio nimis indulget: nostra emendatio securior ac modestior est: ac que sequuntur melius cohærent. Panaria autem, tanquam capaciora atq. honestiora, equiti & Senatui data; ut sportelle plebi. Similis locus Cal. cap. XVII, panaria cum opsonio viriliter divisit.*

INTRA POPVLARIA. *Liber unus, inter. vide que notandi Nerone cap. XI, & Cal. cap. XXVI. notandus vero obiter, quod & Senatorum loca cuneis distinguebantur, quod etiam ex Virgilio animaduertere est, II Georg. hunc plausus hiantem Per cuneos, geminatur enim plebisque patrumque, Corripuit.*

NOVAM AVTEM EXCITAVIT ADEM.  
 v. Domitianus apud editum eo quo iam dictum est modo  
 seruatus, patre adhuc rerum potente, deiecto editui  
 contubernio, modicum sacellum Ioui cōseruatori arām-  
 que posuit: postea verbū factus īmp̄ator, Ioui Custodi  
 templum ingens, seq̄ in finu Dei sacrauit. Tacitus lib.  
 III histor. Exstant & nummi æreicūm inscriptione  
 IOVI SERVAT. Et, quoniam de Domitiani hic operibus  
 agitur, de iisdem sic Eutropius: Romæ quoque multa  
 opera fecit, in his Capitolium, & forum transitoriu,   
 Odeum, pottius, Ilseum, ac Serapeum, ac stadiu. ex  
 quibus Eutropij verbis discimus forū, quod postea Nerv-  
 na vocatum sit, primo transitorium dictum fuisse: quod  
 etiam ex Lampridiū Alexandro colligitur: deinde,  
 Odeum hic legi debere; nō, quod aliqui somniant, Me-  
 thodiu. ἀδεῖον enim scribunt Græci, ut iσεῖον, οὐ πατεῖον,  
 εὐεῖον, ἐπὶ οὐαρβεῖον, pro Iſidis, Serapidis, Bellone, ac Co-  
 cordiae tēplis, apud Dionem & alios. Latini per e, sicut  
 Conopeū & Prytaneum. Odeum porro & stadiu, Gra-  
 corum imitatione Domitianus extruxit. & stadium  
 quidem quid fuerit, omnibus notum est. Odeum verò,  
 Musicorum choris ac Poëtarum recitationibus cōmis-  
 sionib⁹q; seruiebat: quale Athenis instar theatri fuisse,  
 Pausanias Atticis, & Plutarchus vita Periclis, tradidit.  
 eius verò quod Roma fuit, prater Suet. & Eutrop. Eu-  
 sebius Chron. Dio Hadriano, & Marcellinus histor.  
 lib. XVI, meminerunt.

VI. EXPEDITIONES. De Domitiani expeditionibus  
 eadem fermè Eutropius. quæ verò de Cornelio Fusco hic  
 narrantur, declarant locum illum Iuuen. Sat. IIII. Et  
 qui vulturibus seruabat viscera Dacis Fuscus. quod  
 etiam spectat epigramma Mart. LXXV I lib. VI, quod  
 Fusi

*Fusci huius epitaphium est.*

CAPITOLINO IOVI RETVLIT. Sic Plin.  
*Panegyrico*, allata erat ex Pannonia laurea; hanc Im-  
 perator Nerua in gremio Iouis colloccarat. Traianus  
 enim, profligatis Pannoniis, eius victoria teste*m* laurea  
 Nerua miserat: quam Nerua, ipso adoptionis die, Ioui  
 Capitolino consecravit. Sed & Pacatus suo in Theodo-  
 sum panegyrico, Curij, Coruncanij, Fabricij, cū indu-  
 tiæ bella suspenderant, inter aratra viuebant: &, ne  
 virtus quiete languesceret, depositis in gremio Capi-  
 tolini Iouis lauris, triumphales viri rusticabantur.  
 Postremo Plinius lib. xv ca. vlt. de lauru loquens, fasces,  
 inquit, Imperatorum decorat: ex hinc (*sic enim in meo*  
 cod. non ex his) in gremio Iouis opt. max. deponitur,  
 quoties lætitiam noua victoria attulit.

PRIVS PRÆSAGIIS. Simile huic quod notauimus Ner. cap. i. de utroque vero, atque aliis famæ cele-  
 ritatis exemplis, Plutarchus vita Æmili.

OCCISVM ANTONIVM. De huius L. Antonij  
 Saturnini interitu, elegas epigrāma Mart. lib. III, II.

SPORTVLAS PVBEICAS SVSTVLIT. Sub VII.  
 Nerone, ut Suetonij verbis utar ca. xv, publica cœna ad  
 sportulas redacta. Publicas hic igitur sportulas intelligo,  
 qua loco cœna publicæ dabatur: quas Domitianus susti-  
 lit, renovata cœnarū rectarū consuetudine. Sportæ antē,  
 unde sportulae et sportelle, calathi erant viminei, quibus  
 ad rem pennariam vtebātur. Vlp. l. 111 de penu legata.  
 Hinc dictæ sportulae, quæ pro salutatōnis officio clienti-  
 bus erogabantur: sine id opsonij aliquid, sine stipes, aut  
 quadrantes essent. ut facete *Martialis*, Centum mi-  
 selli iam valete quadrantes, Anteambulonis con-  
 giarium lassii, ac sape alias. vii etiam Papinius Siluarū

libris. Sed & Cyprianus, epistola xxxiiii, sportulas vocat, que Christianorum consuetudine sacerdotibus distribuebantur; his verbis: Presbyterij honorem designasse nos illis iam sciatis, ut & sportulis iisdem cum presbyteris honorentur, & divisiones mestruas equatis qualitatibus partiantur. unde etiam sportulantes dicti ab eodem Cypriano, quibus dabatur sportula, epist. LXVI.

A V R A T I P V R P V R E I Q V E P A N N I . Xiphilinus, τὸ μὲν χειροῦ, τὸ δὲ αἴρυγμα ὀρούσας. quam recte nescio. quid enim argento cum purpura? Sed de circifactionibus alibi latus.

INTERDIXIT HISTRIONIBVS. Sup. Ner. cap. XVI.

CASTRARI MARES VETVIT. De hoc sic Dionis epitome: Etsi Carinum amabat, quia tamen Titus execatos dilexerat, vetuit, in eius contumeliam, ne quis in posterum intrafines Rom. imperij castraretur. adde Mart. lib. vi, epigr. II: & lib. XI, epigr. LX. I. C<sup>os</sup> I. IIII, & I. VI, de sicariis.

A P V D M A N G O N E S. Hi enim castrabant pueros, quo pluris venderent. quod Mart. ostendit, cum ait, Non pueri vari sectus arte mangonis. Ostendit & Quintil. lib. V cap. XII, pulcherrima illa similitudine, qua de mancipiorum negotiatoribus vtitur, qui forma puerorum excisa virilitate lenocinantur. Postremo Ulpianus quoque, I. xxvii ad legem Aquiliam, his verbis, si puerum quis castrauerit, & pretiosiorem fecerit, Vianianus scribit cessare Aquilam: sed iniuriatum erit agendum, aut ex edicto Aedilium.

N E Q V I S I N I T A L I A N O V E L L A R E T . Hoc est, vites nouellas, quo verbo aptissime vsus est Virgilius, institueret. Male autem, apud Eusebium Chronicis, vetuisse

vetuisse scribitur Domitianus vites in urbe seri, pro in Italia. nec infaciē apud Philostratum Apollonius, intellecto Domitiani de vitisbus edito, At hic, inquit, præclarus Imperator, qui mares castrari vetuit, terram Eunucham fecit. quod etiam citat Beroaldus: vti & Pauli I.C<sup>i</sup> locum, l.vi de impensis in reb. dotalibus factis, ubi nouelleti vocabulo pro vinea recenter instituta ytitur. sed tamen olivetum etiam ibi legitur.

**L**IBERTINOS MILITES QVE R. Liber unus minimè malus, equitesque Rom. Ego milites seruo amota dictione Rom. nam & qui equites reposuit, ideo id fecit, quod dictio Rom. alioqui otiosa videretur.

**A**D SIGNA DEPONI. Vegetius lib. II cap. xx, diuinitus institutum scribit, ut, cum milites publica sustinerentur annona, ex donativo quod consequbantur pars dimidia ipsis seruaretur: ne inutiliter sua absumerent, & depositi memores signa non desererent. Domitianus tamen ultra mille numeros deponi noluit. causam addit Suetonius. At Pescenius Niger milites suos, itaros in prælium, aurum argentumque quod in zonis portarent publicè commendare iussit; recepturos post prælia quod dederant.

**Q**VARTVM STIPENDIVM MIL. AVREOS TERNOS. Terni igitur aurei militis stipendium erat: quod duplicatum à Cesare dictatore, tandem Domitianus quadruplum effecit. qua de re prolixè dictum, Cas. cap. xxvi. nunc Zonara tantum verba subiungam: Cum militibus septuagenæ quinæ drachmæ soluerentur, centenas dari Domitianus iussit. cuius largitionis cum pœnituisse, stipendiis non imminutis, sed numero militum contracto, utræque re plurimum Reipub. obfuit: quod nec satis multi eā defenderebūt; &

hi ipſi nimis magna ſtipendia acciperent.

VIII. AMBITIOSAS CENTVM VIRORVM SENT.  
De centumuiris antè dictum eſt, Vespas. cap. x. Ambitiosas vero ſententias vocat, non qua decet libertate lataſ: ſed obsequio, fauore, & gratia. Simile illud Vlpiani, l. 1111 de decretis ab ord. faciendis, Ambitiosa decreta decurionum reſcindi debent. ſic index ambitoſus, apud Linium: ambitioſa & fucoſa amicitia, apud Ciceronem.

RECUPERATORES NE SE SEMPER. Di-  
ctio ſemper abeſt à nonnullis codicibus, & bene. Dere-  
cuperatoribus vero antè diximus, Ner. cap. XVII.

PERSVASORIIS ASSERTIONIBVS. Qui  
in libertatem vindicandi erant, quia, quod pro ſeruis  
habebantur, iudicio ipſi agere non poterat; assertores ſibi  
quarebant: hi vero, libertatis fauore, precibus ſapius ac  
blanditiis, quaſitifq; coloribus, quam veris probationi-  
bus nitebantur. iudices igitur Domitianus admonuit,  
ne, contra ius dominorum, his temere nimis crederent.  
Sic fere Turnebus, & ante eum Beroaldus. Exemplum  
etiam iſtiuſmodi assertionis nobis proponitur, Vespas.  
cap. 111. nec diſſimile eſt, quod Gracorū legibus inqui-  
lini versari in iudicio, ſine auctore ac vindice, quem  
oposatv appellabant, vetabantur. Verum qui recuperatores,  
quod antè oſtendimus, non de liberalibus tantū  
cauſis cognoscebant; ſed de quibuscq; prator ipſos adiri  
iuerferat, praerim si de facto quarendum eſſet: assertio-  
nes perſuaforias hoc loco accipio, quae non probationibus  
certis, ut puta per teſtes atque instrumenta, affirmaren-  
tur; ſed nudis tantū verbis, quaſitifq; orationis coloribus  
proponeretur: quibus Domitianus ſtarri noluit, quod in  
facticognitione periculosoſu eſt: nā vbi de iure diſceptatio  
incidit.<sup>3</sup>

incidit, aut *equitas* queritur, liberum relinquitur suas  
cuig<sub>z</sub> rationes adducere, quibus iudici persuadent; dū-  
modo sordes absint & gratia. Iacobus Cuiacius, pro per-  
sualoriis, perfusoriis legit. an recte, lector iudicet.

N V M M A R I O S I V D . C V M S . Q . C O N S I L I O .  
Causam nummariam, iudiciumq<sub>z</sub> nummarium vocant  
I.C<sup>ii</sup> nostri, quando de pecunia disceptatur. sic enim Calli-  
stratū intelligo, l.vlt. ne de statu defunctorū post quinq.  
queratur. at qui contrā Cicero *Verr.* v, nummariu ap-  
pellat iudicium, quod acceptis pecuniis agitur: vt num-  
marios quoque iudices, pro Clueñio. & lib. i ad Att.  
sordidos mercenarios q<sub>z</sub>, qui nummis se corrumpi sinant.  
quales, vt Suet. hoc loco tradit, Domitianus una cum  
affessoribus ac consiliariis suis notauit infamia. Sic nū-  
marios quoque sacerdotes dixit Hieronymus. numma-  
riū tribunal, Seneca de benef. lib. i, cap. ix. Prouincias  
spoliari, nummarium tribunal, audita utrimque li-  
citatione, alteri addici, nō mirum: quando, quae eme-  
ris vendere, gentium ius est.

A V C T O R E T T R I B U N I S P L . F V I T . Ue-  
tus codex sic, Auctor & T.P.R.C.L. Ædilem. quas no-  
tas aliis interpretandas relinquo.

ÆDILEM SORDIDVM REPET. ACCVS.  
Sordes apud optimos quoque auctores etiam pro auari-  
tia legimus. At f.C<sup>ii</sup> manifestius, pro pecuniaria cor-  
ruptionē accipiunt, cum alibi sepe, tum l.ii, & l. ix, de  
receptis vt arbitr. dicant, & l.xv de iudiciis. de arbitro  
nempe agitur sordibus corrupto, cuiusne sordes manife-  
st & sint: item de iudice, cuius evidens vel gratia vel ini-  
micitia vel sordes sint. Sordidum ergo ædilem hic acci-  
pio, qui, pecunia corruptus, aliter officium exercuit quā  
debuit: vt cap. sequenti, nequid sordide facerent. &  
sordide

sordide egisse tutorem legimus, apud Ulp. l. III de sus-  
pectis tutoribus, qui per auaritiam pupillum defrauda-  
uit: & sordide pro consulatum gerere, apud Plin. epist. sor-  
didè concionari, apud Cic. ad Att. cùm pretio quis se  
corrumpi patitur. Porro Tribunis plebis ea demandata,  
accusatio fuit, quia plebis maxime interest, ut ediles suo  
rite munere fungantur.

## SVSCÈPTA MORVM CORRECTIONE.

Sic Tib. cap. XLII, in ipsa publicorum morum corre-  
ctione. Domitianus autem, Caesaris dictatoris exemplo,  
consulatum in annos decem, & censuram perpetuam as-  
sumpsit. Dionis epitome, & nummi veteres. unde adulat-  
or Martialis, Censor maxime principum que prin-  
ceps: at contrà, semper serius ac verax, Inuen. eñ irridet,  
cùm ait, caderet sub iudice morum, Sat. I. I. I. I.

IN EQVITE SPECTANDI. Id est in equestribus,  
sive equitū cuneis, ut ego interpretor: quod qui nō intelle-  
xere, locū varie corruperūt. na &, promiscua iniquitate,  
&, promiscuè in æquitate legitur: Sabellicus vero, pro-  
miscuè & inquietè, si Diis placet. Vide Ner. cap. XI.

SCRIPTA FAMOSA. Vide quæ notauī Aug.  
cap. LV.

QVÆSTORIVM VIRVM. Cecilium Rufinum  
appellat Xiphilinus.

PROBROSIS FEMINIS. Easdē. ut puto famosas  
vocat, Tib cap. XXXV, sicut & Vlpiianus l. II ad S. C.  
Tertullianum. & maximè quidem ab stuprum, aut le-  
nocinium. probrum enim in femina proprie stuprum est.  
ut cùm probrum virginis Vestalis capite puniri; virum  
qui eam incestauisset, verberibus necari lex inbet. de qua  
Festus verbo Probrum, Nonius verbo Fama. adde Ca-  
tonis verba apud Gellium, lib. x cap. XXIIII: & festiuif-  
simi

*simi hominis Egili⁹ iocum in Q. Opimum consularem,  
lib. 11 de oratore, nam me ad famosas vetuit mater  
accedere.*

IVSQUE CAPIENDI LEGATA. *Hinc legi  
fraudem fieri conqueritur Iunenalis Sat. 11, Quid leno  
acciperet mœchi bona, si capiendi Ius nullum  
vxori: lenonem adulteræ maritum vocans, cui legabat  
mœchus quod uxori legare vetabatur.*

CVI DIMISSÆ. Lex, inquit Ulpianus, mariti  
lenocinium coercet, qui deprehensam in adulterio  
vxorem retinuit. Atque hic quidem dimiserat: sed, cū  
eam mox reduxisset, videri poterat non dimisisse. Vide  
l. xxix, de adulteriis.

LEGE SCATINIA. *Hac impudicitiam coercep-  
bat, ut lex Julia stuprum & adulterium: quamquam &  
Julia, si Justiniano credimus, eos puniebat etiam qui cū  
masculis delinquissent. qua de re Aug. cap. xxxiiii.  
Poena autem Scatinia legis primum pecuniaria fuit: sub  
Christianis vero, capitalis. l. xxxi, Cod. de adult. &  
Quinct. lib. iiij, cap. 11, his verbis: Ingenuum stu-  
pravit, & stupratus se suspendit: non tamen ideo stu-  
prator capite, ut causa mortis, punietur; sed x millia,  
quæ poena stupratori constituta est, dabit. Similis locus  
lib. vii cap. iiij. Meminere eiusdem legis Cic. Philip.  
iiij. Cælius ad Cicer. epistolarū fam. lib. viii. Juen.  
Sat. ii. Tertull. de monogamia. & Prudentius, de Ro-  
mano martyre. Sunt qui Scantiniam vocatam velint. à  
C. Scantinio Tr. pl. stupri in Marcelli filium commissi  
damnato: de quo Val. Max. vi, cap. i.*

MORE VETERI. *De quo Liuius lib. xxii.  
Plut. Numa. Festus, verbo Probrum & Juenal.  
Sat. iiij, cum quo nuper vittata iacebat, Sanguine  
adhus*

CORNELIAM VIRG. MAX. Recte. in quibusdam enim libris, Corneliam Maximam, quasi id eius cognomen sit, legitur. Vt in Plini vulgatis exemplaribus, lib. IIII epist. II, de hac ipsa Cornelia, cum Cornelio Maximillam virginem, pro Corneliam virg. maximam. sic namque in antiquis marmoribus, COELIA CLAVDIANÆ V. V. MAXIMÆ. & FL. PUBLICÆ V. V. MAXIMÆ. id est, virginis Vestali.

PRÆTORIO VIRO. Valerium Licinianum vocat Plin. epist. quam dixi.

IX. OMNES CIRCA SE LARGISSIME PROSECVTVS. Circa se, Gracorum more dixit: ut omnibus circa eum, Cæs. cap. XXVI I. Prosequi etiam absolute, pro beneficio ac liberalitate prosequi, quod antea quoque notasse memini.

NON RECEPIT. Exempla bonorum de hacre principum annotauimus, Cal. cap. XXXVI I I.



RVSCII CÆPIONIS. Cæpio notum Servilia gentis cognomen est. Ruscij minus cogniti: ut fortassis Rustij legendū sit. ut in veteri numero, qualē seruo, L. RVSTI.

APVD AERARIVM POP. Suprà, Cland. cap. IX, docuimus eorum qui publico tenebantur, nec soluēdo erant, nomina apud aerarium suspēdi solere. eos Domitianus post quinquennium liberavit: & si qui forte ipsos iudicio repetere vellent, his annum præfixit, sub exilij pœna, si forte non probarent.

SCRIBAS QVÆSTORIOS. Talis Flavius Liberalis, Vespaſiani ſocer, cap. VII.

**C**ONTRA CLODIAM LEGEM. *Legis Clodie de scribis nemo, quod sciam, prater Suet. meminit. Sunt qui velint legem Clodia, seu Claudio, que de Senatorum nauibus lata fuit, aliquid etiam de scribis, maxime questoriis, tantum fuisse; ne & ipsis nauem maritimam, que plus quam trecentarum amphorarum esset, negotiandi causa habere liceret. quod ego quoque crediderim: non tam ab ordinis honestatem, quam quod publicis rationibus non conueniret si questoriū ararii scribe negoziarentur. Porro de hac lege Clodia Luius lib. XXI: Cic. Kerr. VII: & nos Claudio, cap. XIX.*

**S**V B SECIVA. Sic ferè meliores codices, à subsecādo, proprium sensorum vocabulum: ut apud Karronem, lib. I. de rerū rustica, cap. X.

**P**VB EREM AD HVC. Sic editio Gryphi, & vñus è nostris ms. verum nullo sensu idoneo: alij impuberem legunt: sunt qui pauperem substituant. sed impuberem seruo. ut nec etas obſtiterit, quo minus ob magistri odium discipulū perderet. Paridem enim antē necauerat. Nec vero miretur quispiam puerum adhuc adeò excellere potuisse. exstat enim hæc inscriptio: D.M. PVERI SEPTEMTRIONIS QVI ANNORVM XII. ANTIPOLI IN THEATRO BIDVO SALTAVIT ET PLACVIT. Non absimile mendum Claudio c. XXVII.

**Q**VAS DAM IN HISTORIA FIGVRAS. Sic eausidicorum figuras dixit, Vespas. cap. XIII.

**L**IBRARIIIS ETIAM. ms. duo, librarios etiam, q.c.des. cruci affixit.

**T**H RAC EM MIR MILLONI PAR EM. *Hoc quoque, seu scomma seu figuram, ad se traxit Domitianus. nam cum gladiatorio munere pater familias quidam, non infacetus, Thracem mirmilloni, cum quo committitur,*

batur, patrem quidē esse diceret; sed munerario imparē: quod nempe Domitianus, qui munus edebat, aut, ut apud Homerum Achilles, apud Virg. Aeneas munere forte presidebat; ob aduersa factionis fauore, cum premeret: id saus Imperator in se dictum, morte puniit. sic igitur munerarij vocabulum accipio. Patrem quoq; familiās dixit, pro quendam ē populo. ut sup. Cal. cap. xxvi, patres fam. notos. Mirmillonū autem factioni, vel in fratrib; odium, fauebat Domitianus. Titus enim studium armaturā Thracum præse tulit.

IMPIE LOCUTVS PARMVLARIVS. Sunt qui palmularius legant. sed male. nam Thraces, à quorum armatura altera gladiatoriū factio nomen accepit, parma vti solitos auctores ostendunt. argutē igitur Mart. & quidē in Domitiani gratiam, lib. xiiii i, epig. cxxi ii, Hæc quæ s̄epe solet vinci, quæ vincere ratio, Patina, tibi scutū pumilionis erit. Impie verò locutū intellige, qui Domitianis scilicet numen diēto laſerat. laſa enim maiestatis crimen, etiā impietas vocabatur: vt passim in Taciti historia est cornere. & elegāter, ad hoc ipsum Domitiani factū respiciēs, Plin. Panegyrico, nemini, inquit, impietas, vt solebat, obiecta; quod oddisset gladiatoriē: et ret. quæ sequūtur, lectu dignissima.

CIVICAM CEREALEM. Lego Ciucū Cerialem. quanquam quis ille Ciucus fuerit ignoro. Cerialis autem per terrā vocalem scribendum esse, & lapides



ostendunt, & veteres denarij, cum in criptione, MEMMIVS AD. CERIALIA IREIMVS F. E. CIT;

IN C. SVETON. DOMITIANVM. 579  
eit. Est autem Cerialis Aniciorū & Petilliorum co-  
gnomen apud Tacitum. Dictus vero Cincus Cerialis  
hic quisquis fuerit, ut Bellicus Natalis qui sub Galba  
consulatum gessit.

SALVIDIENVM ORFITVM ACILIVM  
GLABRIONEM. Orfiti meminit Philostratus: Aci-  
liq. Dionis compendium, & Juuen. Sat. IIII.

ÆLIVM LAMIAM. De hoc supra, cap. I.

LAUDANTI VOCEM SVAM. Laudauerat  
fortè vocē Lamia vel Domitianus ipse, vel, eo praesente,  
alio: at ille, heu taceo inquit: quod cùm indignantis  
abductam sibi uxorem esset indicium, imperfectus fuit.  
Urbanius vero quod sequitur: num & tu vis ducere, si  
fortè alteram sumpero?

SALVIVM COCCETIANVM. Cuius pater L.  
Saluius Titianus, Othonis frater. Tac.

METIVM POMPOSIANVM. Vespas. cap.  
XIIII. Metij Modesti, viri optimi, mētio apud Plini-  
um, lib. I epist. V quem Domitianus relegauerat.

IVNIVM RUSTICVM. Hic ille Junius Ru-  
sticus Arulenus, de quo saepe Tac. & Philostratus.  
Plinius quoque, cùm alibi, tum lib. I epist. V.

APPELLARET QVE. Libri duo, appellassetque.  
sed nihil muto.

HELVIDIVM FILIVM. Patrem Heluidium  
Vespasianus occiderat. cap. XV.

QVO'D QVASISCE. EXODIO. Recte. non, exor-  
dio, ut in vulgaris & duobus ms. altera quoque illarū  
dictionum, quod quasi, superuacanea est.

DESTINATIVM. Sic saepe alibi, pro designatum.  
huic autem Flavio Sabino nuptiam primū fuisse Iuliam  
Titi filiam indicat Philostratus. vide cap. XV, & XXII.

CIVILIS BELLI. Quod Antonius Saturninus mouerat. *Sup. cap. vi.*

LATENTES CONSCIOS. *Dictionem conscientis, ex glossamatio adiectam, omnino reicio.*

TRIB. LATICLAVM. Sic Trib. angusticlauium dixit, Oihoneca. x. Vide que notauit ad Augustum, cap. XXXVIII. & XL. Adde Turh lib. XXVI cap. XI.

IMPUDICOS PROBAVERANT. Sic Nero professis apud se obscenitatem cetera quoq[ue] concessit delicta. *cap. xxix.* Xiphilinus unum tantum nominat, his verbis: ιένιος καλούασπερ κεχιτιμηχνως εἰς τούτους ἐλατίδαι. sic enim interpretatur tribunus laticlavius, qui in spem senatorie dignitatis tribunus factus sit. & sane laticlavius senatorij ordinis virū vocat Suet. Ner. ca. xvi. Alter tamē tribunos laticlavios interpretor Aug. c. XL.

XI. AVCTOREM SVMMARVM. Nihil dubito quin actorem legendum sit: agendi enim vocabulum latissime patet. hinc rerum actus: & agētes in rebus; quoru[m] tam frequens in constitutionibus mentio, actores etiam serui: quibus precipua rerum domini incumbebat cura; atque in magna familia etiam aliis sub se seruis, quos vicarios vocabant, in sua quisque functione imperabant: generale enim vocabulum esse animaduerti: quos Theophilus dicitur avertit: Scœnola τετραμετρία, l. CL de fidei commiss libertatis: & interdum absolute actores appellantur; interdum adiuncto aliquo; ut actores rerum, actores bonorum, actores prediorum, fundorumq[ue], de quibus etiam Columella lib. i de rust. et Plin. epist. ad Calvisium lib. 111. Simili ergo ratione, actore summarium vocat Suetonius, qui omnium rationibus dispungendis praeerat, eisque observabat: quales qui à nō græcis à nobis Gallico vocabulo contrarotularijs appell-

appellantur. post Suetonij verò etatem, rationarij & rationales, à Marcellino & Lampridio. dici cœpere. Fuit & auctor summae rei in prouinciis; cuius officij meminit etiam Eusebius, hist. eccles. lib. vii cap. xiiii, tñ usq[ue] ap[osto]latus ap[osto]los dicitur: sed hoc seruile non erat munus, de quo sup. Claudio, cap. xxiiii.

**A RETINUM CLEMENTEM.** In veteri mar-  
more, M. ARRICINVS CLEMENS, legitur.

**SIMVL GESTANTI.** Galb. cap. viii, inter ge-  
standum. Malè qui gustanti legunt.

**MORE MAIORVM.** Ner. cap. XLIX.

**LIBERVM MORTIS ARBIT.** Simile de L. Ve-  
teris morte Neronis factum, apud Tac. circa initium lib.  
xvi, his verbis: Nero intercessit, mortem sine arbitrio  
relinquens. ubi, suo arbitrio legendum est, id est libero,

**SED CVM OBNOXIVM.** Melius libri ms. sed xii.  
cūm & obnoxium se barbaris per hoc animaduer-  
ret, neque eo feciis.

**BONA VIVORVM.** Ante hac verba interpun-  
gendum, ut sensus sit apertior.

**FACTVM DIGTVMQVE.** Lib. veteres dictum-  
ue: & mox, vel vno existente.

**IUDAICVS FISCVS.** Iudaicum fiscum vocat,  
quacum queratione non aduersum Iudeos tantum. sed  
etia Christianos ageretur. & hac illa secunda fuit Chri-  
stiani nominis persecutio: de qua Eusebius, & alij. Nam  
Iudeorum nomine Christiani ferè comprehendebantur.  
Vide Xiphilinum. Agere autem fiscum dixit, ut agere  
publicum quadragesima, Vesp. cap. i.

**FREQUENTISSIMO QVE CONSIL.** Que  
particula prorsus supernacanca est.

**CIRCVMSECTVS.** Vulgo circumcisos dicimus.

*hinc recutitus, curvus, apella, fidaorum epitheta.*

**O S C U L U M V T A S S V E V E R A T .** Tib. cap. XXXIII; quotidiana oscula. *Manum autem per contemptum ac fastum, Canidi patris concubinae, sed uxoris loco habita, Domitianus osculandam porrexit: ut Chereæ Caligula, cap. LVI. nam manum osculari summa reverentia erat indicium. Plut. Catone Uticensi, eius abitum æreferentes milites, vestes suas quæ iturus erat sternebant; & manus deosculabantur.* *Adde Plinium lib. XI cap. XLV, & lib. XXVIII cap. II.*

**G E N E R V M F R A T R I S .** Inf. cap. XXII. Notandum vero ex hoc loco, principum ministros albatos incedere solere. albus enim color, ut scribit Plato li. XII de repub: diis immortalibus conuenit, & letitia signum presert: nigru verò contra mortale vocat Hippocrates. li. de morbo sacro, siue alius eius libri auctor fuerit. *Hinc porrò factū, ut in sacrificiis, coniunctisq; & spectaculis, albis vestibus vterentur. Elegans Vopisci locus, vita Taciti Caesaris: Quo in principem lecto, senatores elati laetitia, albati sederunt; atque albas hostias immolarunt.*

**P R O C L A M A V I T , O T K A Γ A Θ Ο N .** Homeri versum simili exclamacione supplet Caius Caligula, cap. XXII.

**X I V . I N P U L V I N A R S V V M .** Quasi nimirū & ipse Deus esset. Diis enim puluinaria sternebantur. hinc ad omnia puluinaria supplicare, Cic. & Linius eleganter igitur de Messallina, e prostituto ad sacrum cubiculum redeunte, Junenalis, Ecclat lupanaris tolit ad puluinari odorem. Sed & Seneca, de consolat. ad Polybium, loquens de fortuna: Potest hæc, inquit, aduersus priuatas domos villam æquitatem nosse, aut villam modestiam; cuius implacabilis sauitia toties funestauit ipsa puluinaria? Puluinaria priuatis laribus opponit.

IN C. SVETON. DOMITIANVM. 583  
EPVLARI DIE. Quo, ut arbitror, inter muneras  
spectacula epulum dedit. *Svp. cap. 1111, ex Dione.*

LIBENTER AVDT. Audit pro audiit, vt  
ante notanimus. Libri tamen variant.

DOMINO ET DOMINÆ FELICITER.  
Domini nomen Romanis odiofissimum, si Sex. Aurelio credimus, primū C. Caligula sibi sumpsit: si Eusebio, & aliis, Domitianus. Verbum autem felici et in nuptiis usurpari solitum, docet nos Iuuen. *Sat. 11*, dictum feliciter, quare Domitiano sic acclamatū crediderim, reconciliata iam ipsi Domitia.

PALFVRIVM SVRAM. Huius quoq<sup>ue</sup> meminit  
Iuuen. *Sat. 1111*, vbi Parfurius habent ms.

FORMALEM DICT. EPIS T. Formale à familiari distinguit; qua nōpe statuitur aliquid: quod principi licere etiā per epistolam I. C<sup>a</sup> tradūt. infra cap. xx.

DOMINVS ET DEVS NOSTER. Sic d. eo Victor,  
More Caligulæ, Dominū sese Deumq; dici coēgit.  
& adulator Mart. Edictum Domini Deiq; nostri.

TANTOS AC TOT. Ingentes vocat Plin. Paneg.  
Vide Aug. cap. XXXI.

INSCRIPTVM ARCVI SIT. Libri duo ms.  
in scriptū sit arcui: ac postea relictum spatiū, nec verba  
ylla Graeca. Lego igitur, ex Turnebi sententia, siue hac  
coniectura siue vetus sit lectio, ut cuidam Græcè inscrip-  
ptum sit APKEI. quod magis placet, quam vel ἀρν vel  
ἀρην. & illud, aream & caluitum, merum somniū est.  
Quanquam, & caluum fuisse Domitianum norunt  
omnes: & venusta translatione, aream calui verticem  
appellat Petronius pulcherrimo de capillis epigram-  
mate, Nuacumbra nudata sua iam tēpora mārent:  
Areaque attritis ridet adusta pilis.

CONSVLAT. XVII. E quibus decimum septimum, qui illi ultimus fuit, adorat (sic enim loquitur) Papinius, lib. I. fil. 1.

XIII. AN. DIEM QVE VLT. VITÆ. Dic̄tio vitæ abest ab uno cod. ms.

SUPER COENAM QVANDAM. Lego quondam: quamquam nulli cod. suffragantur.

EDICTI GRATIAM. Aug. cap. XVI, coniugandi gratiam fecit.

HIS VERSIBVS. Versus, ex Eueno poëta sumptos, primus Politianus hoc loco restituit, Miscell. cap. XXVI. eum vide.

NOVVM ET INEXCOGITATVM HON. Sic quidē Gryphi editio: sed Frobenij, & ms. nostri omnes, nouum & excogitatum hon. Scribendum putarem, nouum tunc excogitatum honorem: vel nouum excogit. hon. sine copulatione.

TRABEATI ET CVM HASTIS. Abesse mallem particulam &c. Trabeam ante, & Deorum, et regū, & ducū, et angurū fuisse volunt Gramatici: triūphantium quoque togam pictam, ac tunicam palmatā, vocari interdum trabeam. Verum propius hic spectat, de Germanici funere locus Taciti, lib. IIII Annal. his verbis, Præcedebant incompta signa, velsi fasces, atque ubi colonias transgredierentur arrata plebs, trabeati equires. Dic̄tæ autem trabeæ, quod discolores haberent tanquam panhorum trabes.

PHENITE LAPIDE. Plinius lib. XXXVI, c. XXII.

EPAPHRODITVM A LIBELLIS. Sup. Ner. cap. XLIX.

XV. FLAVIVM, CLEMENTEM PATR. S. Flavius Sabinus, prefectus urbi, Vespasiani principis frater, Capitoli⁹

Capitoly oppressus incendio, duos reliquit filios: Flanum Sabinum, de quo ante cap. x; & Flanum Clementem. utrique prænomen Titus.

MATVRAVIT SIBI EXITVM. Mallem exitium.

FERIAT IAM QVEM VOLET. Liber unus, velit. fulmina ergo expanit, ut omnes conscijs.

ARBORQVE. Vespas. cap v.

SINE SANGVINIS MENTIONE. Placet, non missione, ut quidam volunt.

ASCLETARIONIS. Idem paullo aliter tamen Xiphilinus & Zonaras ex Dione.

MIMO LATINO. De hoc Iunen. Sat. i. à trepido Thymele summissa Latino.

REFERRETUR. Melius ex vet. codice referebatur.

OBLATOS TUBERES. Tuberis non terra cal-  
lus, ut tubera; sed arboris fructus sunt: prima syllaba  
correpta. Plin. lib. xv, cap. xiiii. Colu. xi, cap. ii.  
Mart. xiiii, ep. xlit.

ITA EST EX TERRITVS. Tūc fortè, cùm som-  
niauit Junium Rusticum, quem occiderat, stricto ad  
se gladio venire. ex Dione.

ARVSP. EX GERMAN. Largum Proculū vo-  
cant Xiphil. & Zonaras, pro Largum.

REQVIRENT I. Liber unus inquirenū: & mox  
transito, pro transacto, & bene.

DOMITILLÆ PROCVRATOR. Domitilla XVII.  
hanc esse puto, quam Flanitius Clemens, si Dionis com-  
pendio credimus, vxore duxerit: quos ambos Domitilla-  
nus illato impietatis criminе, occiderat. At Eusebius,  
Flanitia Domitilla Flanij Clemētis ex sorore nepiē fa-  
cit: & quod Christiana esset, in insulā Pontiā relegatā  
scribit.

scribit. Sunt qui Clementē Pontificē huic gēti ascribāt.

CLODIANVS CORNICVLARIUS. Clodianum etiam Victor vocat. libri ms. variant. Corniculariorum verò, qui etiam Corniculō merere dicebantur, ordo ac gradus in militia erat: nec aliud quām accessi Tribunorum, centurionumq; ac decurionum fuisse videntur: qualis & Optio, sup: Oth. cap. v. De corniculariis Pedianus, Verrina III. Val. Max. lib. vi, cap. i. Suetonius de claris Grammat. vita Orbiliū. Constitutiones Cæsarum, cod. Iustin. lib. x, xi, xii.

SATVRIVS DECVRIO CUBICVLARIORVM. Sunt qui Satrius legunt. nam & apud Ciceronem lib. iii de off. corrupte in vulgaris exemplaribus Satirus, pro Satrius, scribitur. Et Satria quidem gens Romana est: unde cognomen Satrienus. hoc loco tamen Saturius retineo; aut Saturus scribo: seruum enim aut libertum significat. Saturio sanc elegans parasiti nomen est, apud Plantum Persa. Xiphilinus & Zonaraq Parthenio Sigurum, & ipsum cubicularium, quem apόκοτον vocant, adiungunt. Decurionem autem cubiculariorum vocat Suetonius, qui, ad militia similitudinē parti alicui cubiculariū praeftuit. nā omnibus simul praeclū fuisse Partheniū crediderim: qui etiā gladij gestandi honore adeptus fuerat. Exstat Roma, in hortis Card. Carpensis, hac inscriptio, TI. CLAVDIVS AVG. L. QVADRATVS DECVRIO LECTICARIORVM BRITANNICI VIX. A. LX. Recētores ferē Decanos vocāt; vt olim quoq; in monasteriis decanos appellatos fuisse, qui decē monachis praeerāt, Augustinus tradit, libro de moribus Manicheorū.

OMNIA CLAVSA. Liber vetus, clausa omnia: & mox, arrepto, pro correpto. Stephanum verò, ab iis qui nescij coniurationis accurrerant, occisum fuisse scribit

scribit Zonaras. Mirum quoque quod de Apollonio  
Dio, & Philostratus, tradidere; cum Ephesi esset, hanc  
eum vidisse eadem, & Stephani cum Tyranno luctam.

AN. AET. XLV. IMP. XV. Vixit an. XLIIII.  
D. XXVI. Imp. A. XV. D. V. Zonaras.

POPVL. SANDAPILA PER VESPILLO-  
NES. Ut hi qui propter inopiam funebri popa duci ne-  
quibant. Fest. verbo Vespa: qui tamē Vespiliones scri-  
bit, ut hic quoq; in duobus ms. Vispilliones: At in  
Pand. vero Florent. nota litterarum B & V transmu-  
tatione, Bispilliones scribitur. Denique, & vespillo, &  
vespilio, & vispello, & vispilio, & vispilio inuenias:  
sed vespillo magis placet. sic enim in veteri denario, Q.  
LVCRETIVS Q. F. VESPILLO: & in antiquo codice C.  
Caesaris, lib. III de bello civili, Erat tunc Orici Lucre-  
tius Vespillo. Sidonius Apollinaris lib. I. epist. sanda-  
pilarios & vespillones coniungit. Graci ~~καταγεωτας~~, &  
κερπόπτας, & κερπόφορος, & κεπιάτας vocant: quos nos  
libitinarios, pollinctores, designatores, vespillones, san-  
dapilarios. Fuere & Decani, qui in urbe Constantino-  
poli humandorum cadaverum curam gerebant. I. IIII,  
de sacros. eccles.

VULTV MOD. RUBORISQUE PL. De ru- XVIII.  
bore consentiunt Plinius Paneg. & Tacitus: de mode-  
stia non ita.

CALVITIO. Ob id eum Iuu. & Anson. caluniae  
Neronem vocant.

HOC ETIAM ILLVM. Recte sic Pulmannus.  
nam vulgati codices corrupti sunt.

EADEM ME TAMEN. Recte & hoc, ex Tur-  
nebo, Pulm sic enim etiam MS. nostri.

LABORIS IMPATIENS. Plinius, Panegyrico, XIX.  
ad

*ad fastum magis referre videtur, quod non temere pedestibus ambularet. Ante te principes, fastidio nostri, & quodam æqualitatis metu, vslm pedum amiserant: illos humeri cervicésque seruorum super ora nostra vehebant. Pulchrè igitur Juuen. Sat. III, Si vocat officium, turbā cedente vehetur Diues, & ingenti curret super ora Liburno.*

**PRO SCOPVLO.** *Mallem abesse hac verba, vel scopo legere. Victor sic refert: Sagittarū tam doctus fuit, vt inter patentes digitos extentæ manus viri, procul positi, spicula transuolarent.*

**DISPANSAM.** *Lib. ms. expansam & dispassam.*

**XX. MISSISQUE ALEXANDRIAM.** *Idē Victor tradit: quamquā maximam illā Ptolemei Philadelphī bibliothecā bello Alexandrino existam legimus.*

**CARMINIBVS QVE.** *Nisi ad Titū fratri emulacionem. sup. Tit. cap. IIII. atq; hac quidem Suetonij opinio est: Plinius tamen, in prefatione praeclaris illius operis sūi, primas Domitiano tribuere videtur; quem frater Titus felicissimè imitatus fuerit. Sed de eo Plinius loco alijs viderint. Martialis certè Domitianum, eo nomine, pene in calū fert: cū alibi, tum lib. VIII, epig. vlt. Idem de Domitiano Papinius, Silius Italicus, Valerius Flaccus, Quintilianus, Tacitus.*

**COMM. ET ACTA TIBERII.** *Commentarij quidem, quē summatis ab breuiter de vita sua scripsit Tiberius, mentio cap. LXI: magis tamen crediderim, Suetonum hic aliorum de Tiberio libros intelligere, atque acta publica eius temporis.*

**ALIENO FORMABAT INGENIO.** *Hinc formales, ut credo, epistolæ, sup. cap. XIII, quod in vine legis transitura, maiore cura, & fere de consilij sententia*

*CERTA*

certa aliqua formula conciperentur. Mirum autem  
MS. nostros omnes Alpheno, & Alfeno legere: ut for-  
tassis Alfeni alicuius opera vsus fuerit.

CONDICIONEM PRINCIP. MISERRI-XXI.  
M A M. Idem dictum Hadrianus Imp. usurpabat. de  
quo elegans M Antonini ad L Verū epistola, apud  
Vulcatum, vita Auidij Cassij.

ETIAM PROFESTIS DIEBUS. Sic fermè  
de Aug. cap. LXXI.

PRANDEBAT QVE AD SATIETATEM.  
Sup. Aug. cap. LXXVIII.

MATIANVM MALVM. Sic nostri quoq; MS.  
duo: non, Martianum, vt vulgati. Similis error Cef.  
cap. LII, vbi C. Martium, pro C. Matiū, legitur: a quo  
ut arbitror pomo nomen. nam is C. Matius primus ne-  
mora tonsilia inuenit, auctor Plinius lib. XII, cap.  
II; vbi tamen Cneum vocat. De pomo idem Plinius  
lib. XV cap. XIII. & Col. lib. V, cap. X. Macrob. lib. III,  
cap. XIX: quamquam is Mattianum vocat; sed errore.

IN AMPULLA POTIVNCVLAM. Ampulla vasculum erat vetrosum, oris angusti, cuius præ-  
cipuus erat in balneis vsus. unde ampulla olearia, apud  
Ap. ulcium: & ampullarie unctiones, apud Plautum.  
ampulla quoq; & strigilis apud eundem Persa, & Ci-  
ceronem III. de finibus Cynici supellex: sed & viato-  
rem Plautus chlamyde, zona, machera, petaso, atque  
ampulla instruit; verum vinariam potius, vt arbitror,  
quam oleariam intelligens. nam & potoria ampulla in  
mensis usus. de qua Mart. lib. XIII, CX: & Suet. hic.

COMISSARE TUR. Comessari potius scribendū  
videri, ostendimus Vitell. c. XIII.

CLINOPALEN. Sic Victor quoque, Furens, XXII.  
inquit,

390 LÆVINI TORRENTII IN DOMIT.  
inquit, libidine, eius fœdum exercitium κακοτάλιον  
vocabat.

CONCVB. IPSE DIVELLERET. Pro velleret,  
VVLGATISSIMAS. Mallem vulgarissimas, ut  
in veteri cod. vt muliere vulgari, Vitell. cap. 11.

ALII COLLOCATAM. Generum Titi, sed sine  
nomine commemorat Suet. sup. cap. XI 1. & Philostratus  
quidem Flavio Sabino, quem Domit. occidit, nup-  
tam fuisse scribit: sed Suetonius, necem narrans, coniu-  
giy non meminit. cap. x.

COACTÆ CONC. A SE ABIGERE. Tan-  
quam ex priori marito concepisset. aliter Iuuenalis  
Sat. 1, Cum tot abortiuis fecundam Iulia vuluam  
Solueret.

XXIII. A BOL. OM. MEM. Multa nunc quoque Romæ  
marmora, in quibus erasum Domitianus nomen.

## FINIS.



*F. J. Martin Kar-  
línez WR*







TORKEH  
IN  
C. Suetoni  
Tranquill



1285

Num. 235